CODEX DIPLOMATICVS ANECDOTORVM,

RES MOGVNTINAS, FRANCICAS, TREVIRENSES, HASSIACAS, FINITIMARVMQVE REGIONVM,

NEC NON

IVS GERMANICVM ET S.R.I. HISTORIAM VEL MAXIME ILLVSTRANTIVM

TOMVS IV.

EX LATEBRIS IN LVCEM PRODVXIT, DIGESSIT,

NOTASQVE ADDIDIT

VALENTINVS FERDINANDVS

S. R. I. LIBER BARO DE GVDENVS,

CAMERÆ IMPERIALIS ASSESSOR.

PROSTAT

FRANCOFVRTI & LIPSIÆ,

TYPIS IOAN. CHRISTOPH. STOEHR, TYPOGR. AVL. YSENB. BVDINGENSIS.

MDCCLVIII.

PRÆFATIO.

Ex procemio Tomi II. Lectoris in memoriam reducere convenit, quod, cum celeberrimus Hiſtoriæ Moguntinæ (noſtris potiſſimum ſubſidiis elaboratæ) ſcriptor G. C. Ioannis, multifaria in Vitis Archiepiſcoporum citaret adiuncta, ſive narrationum ſuarum probationes, quæ *Codicem* debebant efficere *Diplomaticum* brevi ſecuturum, is autem felici caruerit ſucceſſu, luſtris quatuor otioſe dilapſis fortuita obiecerit ſe nobis tandem

 occaſio,

occaſio, qua pars Codicis prima in lucem emerſit, diplomata exhibens omnis ævi, usque ad finem Anni MCCC.

II.

Submittebatur poſt aliquot hyemes Tomus II. a cœpto declinans tramite, idcirco diplomatum relative tactorum penitus expers.

III.

Filum ſic abruptum reaſſumpſit T. III, curſum Seculi XIV [1301——1400.] cumulatim abſolvens.

IV.

Hic & ultimus ſeriem ita continuat, ut e cunctis a Ioanne citatis (loco referente ſingulis adſcripto *) reſtet nullum.

* *Vbi hoc non apparet, eſt ſignum, quod ex poſteris acceſſionibus.*

V.

Etenim Viri Opere Anno 1722. typis vulgato, Archivum Principis Eminentiſſimi frequentare pergens, iuxta in tot aliis ſane largam adhuc offendi monumentorum copiam, queis univerſa

Mogun-

Moguntinenſis hiſtoria poterit augeri, & plurimum illuſtrari. Maxime ſi quis exſurgeret, Ioanne non inferior, malletque dictam eius editionem, SERARIANA opitulatrice [ad verbum rurſus non intertexenda reſectis utcunque ſuperfluis,] ſimul ac proviſione noſtra, in novum transfundere Syſtema. Quippe tanta quatuor hiſce Tomis comprehenſa ſparſim eſt materiæ farrago, ut egregium ex iis coaleſcere valeat Corpus rite diſpoſitum.

VI.

De communicatione genuina B. L. ne dubitet, fidem præſtamus, ab hauſto fonte,

> *exceptis vocum compendiis, queis Scribæ veteres luxuriabant, item lineolis - - - & punctis . . ., a) ob nimiam prolixitatem, b) nauſeantes pleonaſmos,*

alienum eſſe nihil.

VII.

Succincta, quæ hoc Volumine diſſeminantur, PARERGA, * ſelegimus dudum ex poſtrema rapſodiæ, antequam Vulcano deſtinaretur, luſtratione. Aſt dum illud in typographeo longius

* Incipiunt an. 1464. p. 374.

 iam

iam profecerat, eorundem ſubiit recordatio, quum obviam venerint plura, immo binis applicabilia ſeculis præcedentibus.

VIII.

Quemadmodum porro ad relaxandum Lectoris animum, mera diplomatum evolutione pertæſum, cuivis Tomo haud vulgaria immiſcuimus argumenta generis diverſi, & Elenchos de perſonis dignitate cum Eccleſiaſtica tum politica conſpicuis, ſic parilem ſequimur normam in ſubſtrato, cuius Capita ſunt:

DIPLO-

DIPLOMATARIVM *Equeſtris Ordinis Teutonici*, ſpecioſis decoratum SIGILLIS *. Accedunt Catalogi duo, *a)* Commendatorum Domus Marpurgenſis, *b)* Moguntinæ.

* *His ſubnexa videas quatuor*, 1) *Civitatis Francfurt. An.* 1239. 2) *Godefridi de Eppenſtein* P. 3) *Godefridi de Eppenſtein* F. 1273. 4) *Regis Wenceslai* 1379. *Alioquin ad parthenonem Retters* T. III. *ſpectantia. Quominus congrue locata fuerint*, *cauſavit oblivio. Ne pereant ſupplemus.*

X.

DEO T. O. M. immenſæ ſint grates, quod ſoſpitem me ſervarit, conceſſeritque vires, ut præcipuum apparatus, ultra XL. annos congeſti, reliquum, licet grandævus, firmo potuerim caractere ad prelum tranſcribere, chartis exegeſin præſignare, addere rerum explicationes, locorum & perſonarum contexere indices, cunctaque in iuſtum redigere ordinem.

XI.

Sancte ceterum aſſevero, improbum hunc laborem nullo non tempore ad unicum colli-

maſſe

masse scopum *Boni publici*, a quo nec ingens pecuniæ summa, sub tali nimirum oblata pacto, ut hæc monumenta, ceu thesaurus familiæ privatus, laterent recondita, me detinuisset.

XII.

Vt enim amor Patriæ primævam huic instituto admovit manum, ita subvenientibus postea Archivis [equidem vultu non semper placido flagitanti reclusis] adeo crevit, ut nulli labori, nec impensis, neglecto etiam proprio commodo pepercerim.

XIII.

De residuis (quæ sunt Wetzlariensia) Sylloge altera, par nostræ An. 1728 editæ in 8vo mai. (ni quid obsistat) posset confici.

Ecce hic L. B. & mirare fatum Dni Authoris nostri optime de Republ. literaria meriti, Præfatione hac vix absoluta, post quatuor horas Apoplexia tacti, quarta die subsequente scil. 9na Martii Anno Salutis 1758. Suæ vero æt. 78vo laborem & vitam laudabiliter finientis. Wetzlariæ prid. Id. Mart. MDCCLVIII.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO.

Sistitur tandem novus isque Quartus Tomus egregii Codicis Diplomatici L. B. de GVDENVS post intervallum septem annorum. Non prævideram tunc, cum Tertius prelo eximeretur, difficultates, quæ celeriorem editionem remoratæ sunt. Tam obitus quam mens mutata nonnullorum Procerum, qui antea hoc institutum promoverant, præcipue autem mors acerbissima Serenissimi & optimi Principis YSENBVRGICI, sub cuius auspiciis præcedens Volumen prodierat, varia impedimenta attulerunt; sed sunt superata, eo quidem successu, ut jam in eo essem, ut & reliqua, quæ de his cimeliis adhuc in scriniis illustris Autoris latent, æque ac priora, cum viris literatis communicari digna, in lucem protraherentur, eo quidem instituto, ut, si illorum copia integro volumini, quod prioribus respondeat, implendo non suffecisset, in forma minori comparerent atque Tomum Secundum *Sylloges Diplomatariorum* nostri Autoris constituerent.

Sed dum hæc molior, tristis mihi nuncius de morte inopina illustris Autoris adfertur, idemque me impedit, quo minus

 tuto

tuto aliquid jam promittere audeam, licet de re perficienda non plane desperem.

Non opus est, ut pluribus rem notissimam exponam, cum in propatulo sit, quanta sint merita Defuncti erga omnes, qui valorem ejusmodi Diplomatum juste æstimare sciunt, quod tam insignem thesaurum eorundem publice exponere non dedignatus sit. Non leve decus huic collectioni vetustorum codicillorum maximi momenti etiam exinde præ ceteris accedit, quod in describendis iis tanta cura & sollicitudo adhibita sit, ut quam exactissime cum archetypis conveniant. Optandum omnino, ut Numen supremum vitam Viri dignissimi & toti rei litterariæ exoptatissimi diutius conservare atque ad ea, quæ commodo communi adhuc parabat, feliciter perficienda adhuc aliquot annorum spatium largiri voluerit. *Neubofii* prope *Francofurtum* ad *Mœnum* XVI. Kalend. April. MDCCLVIII.

FRID. CAR. de BURI.

CODEX DIPLOMATICVS

Seculi XV.

1401 ——— 1500.

DIPLOMA I.

PRIMÆ PRECES.

Anno 1401.

RVPERTVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Venerabilibus & Religioſis, Abbati & Conventui Monaſterii S. *Albani* extra muros Maguntinos Ordinis S. *Benedicti*, devotis noſtris dilectis gratiam Regiam & omne bonum.

Sicut de iure & conſuetudine approbata ſacri Romani Regni hactenus extitit obſervatum, quod Romanorum Reges, ſacris coronis regiis receptis, ex Coronationis eorum ſollempniis in ſingulis Eccleſiis & MONASTERIIS, apudque perſonas Eccleſiaſticas, Religioſas, & Seculares, etiam prelationis titulo ſublimatas, ſuper unius idonee Perſone petere habeant proviſione, ac cum promptitudine qualibet exaudiri; Predeceſſo-

rum igitur noſtrorum dive memorie veſtigiis inherentes, ex quo divina hoc ordinante clementia Coronam ſuſcepimus regiam, Solium aſcendentes ſacre Romanorum Regie dignitatis, Devotioni veſtre, pro fideli noſtro dilecto, GOTFRIDO *Suren* presbitero *Trever.* diocefis, Notario theolonii noſtri in *Bacharach*, porrigimus primarias preces noſtras.

Vos requirentes attentius, & monentes, quatenus predicto *Gotfrido*, ob noſtri & ſacri Romani Regni iurium conſervationem, & primariarum precum noſtrarum reverentiam, Beneficium, cum Cura vel ſine cura, communiter vel diviſim, ad veſtram pertinens collationem, vacans pro nunc, vel proxime vacaturum, cum omnibus & ſingulis ipſius iuribus, honoribus & emolumentis conferatis, ſeu prefatum *Gotfridum* ad ipſum beneficium, ſi preſentare habetis, preſentetis, modis, formis & ſollempnitatibus in his fieri conſuetis. Vos exhibentes in premiſſis adeo liberaliter, ut ob inde ſentientes, vos noſtra ac ſacri Romani Regni iura cum devotione promovere, veſtris & Monaſterii veſtri predicti commodis & honoribus ampliandis, graciofius intendamus.

Harum, ſub noſtre Regie Maieſtatis appenſione teſtimonio litterarum. Datum *Amberg* prima die menſis Aprilis Anno Domini MCCCCI. Regni vero noſtri anno primo. *1. Apr.*

II.

CONCORDIA *inter* IOANNEM Mogunt. & *ipſius olim Corrivalem* * Godefridum *Com.* de Leiningen, *facta per Imperatorem.*

*vid. T. III. p. 630.

An. 1401.

[G. C. Ioannis *Vol. I. p. 717. n. 5.*]

Wir Ruprecht, von Gots gnaden Romiſcher Konig, wir Friderich von derſelben gnaden Ertzbiſchoff zu Colne rc. und wir Friderich, auch v. G. g. Burggrave zu Nurenberg. Beken-

Bekennen u. thun kunt offenbar mit diesem Briefe; Als der Erwirdige **Johann** Erzbischoff zu **Mentze**, u. der Edeler **Joffrid** von **Lyningen**, Coster des Stifftes zu **Colne**, ytzunt etwie lange in zweyunge u. mysseheldin miteinander gewest sin, und sie auch derselben zweyunge u. missehelde gentzlichen an uns blieben sin; Des han wir zuschen In getedinget u. uzgesprochen, daz sie darumb gentzlich versunet u. verrichtet sollen sin; und sal auch darumb von beyden syten ein gantzer luter verzieg sin; und Ir iglicher sal den andern eren u. furdern, als sitlich u. billich ist; uzgescheiden allerley argelist u. geverde.

Wer ez auch, daz ein Bistum ledig wurde, darnach der obgenant **Joffrid** von **Lyningen** sten wolte, und daz dem **Johan** Ertzb. zu Mentze verkundet u. wissen liese, so sal er deme Capitul desselben Stifftes, und auch unserm heiligen Vatter deme Babiste, und an alle andere ende do des dann noit ist, fur den vorgen. **Joffrid** von **Lyningen** getruwelich schriben und bitten, und sol daz tun als dicke des noit geschicht, als lange bis daz er alsu zu eyme Bistum genomen u. bestediget werde, ane alle geverde.

Vnd des alles zu urkunde u. gezugnisse, so han wir Konig **Ruprecht**, **Friderich** Ertzb. zu **Colne**, und **Friderich** Burggrave zu **Nurenberg** obgenant, unser iclicher sin Jngesigel an diesen brieve tun hencken.

Vnd wir **Johan** Ertzb. zu **Mentze**, und **Joffrid** von **Lyningen** . . bekennen - - - daz wir beide, und iclicher besunder diese Rachtunge u. Sune, in der masse als vorgeschrieben stet, stede, veste u. unverbrochlichen halten sollen, u. wollen, uzgescheiden allerley argelist, widderrede, hindernisse und geverde.

Vnd des zu merer sicherheit, so hat unser iclicher sin Jngesigel by der obgenanten, unsers gnedigen Herren des Romischen Konigs, Hrn **Frid**. Ertzb. zu **Colne**, u. **Frid**. Burggr. zu **Nurenb**. Jngesigel an diesen Brieve tun hencken.

Datum **Nurnberg**, quinta feria post Inventionem sancte Crucis. Anno Domini MCCCCI. 5 Maii.

III.

INFEVDATIO *Episcoporum* Eichstettensium *de Cancellariatu S. Sedis* Moguntinæ *diu neglecta renovatur. Præsule* FRIDERICO.

An. 1401.

[*p. 717. n. 6.*]

IOANNES *D. G. sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniversis & singulis ad quos presentes nostre littere pervenerint salutem in eo qui est omnium vera salus.

Ecclesiasticarum & secularium dignitatum, quibus ipse ecclesiastice & seculares Persone a divinis quondam, ac augustis & sanctis Patribus olim a longe retroactis temporibus fuerant insigniti, firmamentum & statum suorum operum & officiorum exercitii dilatione longeva transacti temporis vetustas frequenter ab humane recordationis adeo seclusit memoria, quod, nisi scripturarum autenticarum permanentia humana iuvaretur fragilitas, possent multarum prerogativarum ac variorum iurium privilegia verisimiliter interire.

Cum itaque, ut antiquorum Scriptorum testimonio didicimus, felicis record. *beatus* BONIFACIVS, sancte nostre Maguntine Sedis Presul & Pontifex, noster quondam Predecessor, dum adhuc degeret in humanis, sancte memorie beatum WILLIBALDVM Confessorem Episcopum *Eystettensem* ipsius Avunculum certis, pre ceterorum suorum Suffraganeorum & Coepiscoporum consortio prerogativis & gratiis specialibus extulerit, prout in eorundem Scriptorum historia plenius continetur; Ipsum tamen B. *Willibaldum*, & eius Successores in Ecclesia *Eystetensi*, ac ipsam Ecclesiam iure Cancellariatus, tunc sue, nunc nostre, licet immeriti, *Maguntine* sedis, perpetuis temporibus sublimavit; sic, quod quemlibet Episcopum *Eystetensem* pro tempore, suum & suorum successorum in Ecclesia

ſia *Maguntina* fore & eſſe debere Cancellarium, decrevit multorum ſuorum Fratrum & Coepiſcoporum conſilio ſalubriter ordinare.

Sane venerabilis in Xpo Frater noſter & Coepiſcopus, Dns FRIDERICVS Epiſcopus *Eyſt.*, coram nobis perſonaliter conſtitutus, de tanta ſui, & ſue Ecclesie, et honoris prelatione & oneris ſubiectione nec deiectus nec elatus, in publico plurium, nobis, Procerum & Nobilium, Militum & militarium aſſiſtente comitiva, ius & honorem dicte Cancellarie, non ut torpens aut negligens, prout multi ſui predeceſſores ipſos neglexerant, ſed, ut parti ſue ſollicitudinis diligenter invigilans, ſub quodam innovationis titulo ſibi conferri & aſſignari, inſtantius poſtulavit.

Nos igitur IOHANNES Archiepiſcopus prefatus de predictis clarius informati, dictamque petitionem rationabilem & iuſtam diligentius advertentes; ac nolentes diligentem & vigilem Paſtorem ea, que plurium ſuorum predeceſſorum iam torpebat inertia, dignitate privare; antedictum Dnm *Fridericum* Ep. *Eyſt.* iure noſtri Cancellariatus infeodavimus, ac etiam infeodamus publice per preſentes, conſueta deſuper preſtita nobis fide. Volentes dictum D. *Fridericum*, & eius in dicta Eccleſia legitimos ſucceſſores, eisdem, quibus quondam gaudebant, et eandem meritam gaudere debere Eccleſiam prerogativis, & gratiis precellere, temporibus affuturis.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus Litteris eſt appenſum. Datum Anno Domini MCCCCI, feria tertia in Rogationibus. *10 Maii.*

Quibusnam in partibus eximia huic muneri adhaerentes praerogativa conſiſtant, videſis Cod. I. p. 575. & III. p. 183.

IV.

EPISTOLA *diversorum Principum* ad *EL.* IOANNEM, *qua ipsum percontantur, num Pacem publicam intendat servare.*

An. 1402.

[*p.* 718. *n.* 11.]

ERwirdiger in GOt, Her **Johann** Ertzbischoff zu **Mentze:** Wisset, daz wir, die hernach geschrieben stehen, mit namen von GOts gnaden **Albrecht** Ertzbischoff zu **Meydeburg**, und wir von denselben gnaden **Johann** Bischoff zu **Hildensheim**, **Rudolff** Bischoff zu **Halberstadt**, **Balthazar** Lantgrave zu **Doringen**, **Herman** Lantgrave zu **Hessen**, **Friderich** Hertzog zu **Brunswig**, **Bernhart** u. **Henrich** gebrudere, Hertzogen zu **Brunswig** u. **Luneburg**, **Bernhart** Furste zu **Anhalt**, **Otte** Hertzog zu **Brunswig**, **Henrich** Grave zu **Hoenstein**, **Cord** u. **Henrich** gebrudere, Graven zu **Werningerode**, **Gunther** Grave zu **Mansfelt**, **Ulrich** Grave zu **Reynstein**, **Henrich** Herre zu **Homburg**, sint uberein kommen mit andern der Fursten Rede, und ander viel Graven u. Herren, das wir den Lantfriede, den wir globt u. geswtodrn haben, halden wollen.

Weres nu, daz Ir den egen. Friede, den ir auch globt u. geswoorn habt, halden wollet, so wollen wir Uch, uwern Landen u. Luden den Friede widderumbe halden, ußgescheiden **Henrich** Graven zu **Waldecke**, **Cuntzman** von **Falckenberg**, u. **Friderich** von **Hertingeshusen**, Rittere, die den Mort u. ubiltad, u. **Rehrauff** begangen u. gethan haben uff des Richs straßen, binnen verbodunge der Korefursten und Uwer, an dem Hochgeb. Fursten Herrn **Friderich** Hertzog zu **Brunswig** u. **Luneburg** seligen, mit den sinen, und an dem erbern Heren **Henrich** Dumprobste zu **Verden**, an (ohne) alle ire schulde, widder GOt, ere u. recht, dar-

Interfectores Friderici D. Brunsv. a securitate Pacis exclusi.

darvone u. darume sy verlandfriedet sin, dar uns unser eyde zu twingen, daß wir an Yn, noch an iren Gesellen die damidde waren, den Lantfrieden nit halden sollen.

Wannt wir nu diser Sache des Lantfrieds by einander bliben wollen, dem heil. Riche zu Eren, und unseren Landen u. Luden zu nutze; hievon ist unser meynunge, daß Ir uns uwern Willen des widder schrieben wollet by dissem selben Boden, dar wir uns nach richten mogen.

Geben zu Goßlar des nehsten Montags nach Zwelfften. [An. 1402.] Under Ingesiegel Hern Johans Bischoffs zu Hildensheim, Hrn Rudolffs Bischoffs zu Halberstad, Friderichs Hertzogen zu Brunswig, und Bernharts Fursten zu Anhalt., der wir vorgeschriebene Fursten, Graven u. Herrn alle herzu middegebruchen. - - *Ian.*

Consimiles dedere Litteras ad Mogunt. Capitulum, *ut AEpiscopi hac in parte voluntatem explorent*, *eisque rescribant*.

V.
Archiepiscopi IOANNIS *Responsoria*.

[*p. 718. n. 12.*]

ERwirdigen, Hochgebornen, und Edeln, mit namen Her Albrecht Ertzb. zu Medeburg, Her Johan zu Hildesheim, Her Rudolff zu Halberstad, Bischoffe: Here Friderich zu Brunswig, Here Bernhart u. Here Heinrich, gebrudere zu Brunsw. u. Luneb. Here Otte zu Brunswig, Hertzogen: Here Balthazar, zu Doringen, Herman zu Hessen, Lantgraven: Cord u. Heinrich gebrudere von Werningerode, Gunther zu Mansfeld, Vlrich zu Reynstein, Graven, und Heinrich Here zu Homburg.

Als Ir uns Johann, Ertzb. zu Mentze uwern Brieff gesand, und dainne geschrieben hant, wy daz Ir ubereinkomen sint mit andern

dern der Fursten Rete, und anders vil Graven und Heren, daz Ir den Lantfrieden, den ir globet u. gesworn habt, halden wollet; Und sy es nu, daz wir den egenanten Frieden, den wir auch globt u. gesworn haben, halden wollen, so wollet Ir uns, unsern landen u. luden den Frieden widderumb halden ꝛc. Lassen wir uch wissen, daz wir vor Zyten vernomen han von etlichen Lantrichtern desselben lantfrieden, und auch brieve und sigel gesehen han, und an uns komen sint, daß Lantgrave Herman von Hessen egenant, verlantfriedet ist mit dem egen. Lantfrieden, den Ir u. wir globt u. gesworn han; Den habt Ir nu mit Uch in uwern Uberkomen, als wir in uwern brieven verstehen, genomen, als wir meynen daß des nit sin solle, nach lauffe u. innehalde des obgen. Lantfrieden. So habt Ir uns zu uwerm Uberkomen, von des egen. lantfrieden wegen dazu gethan hant als Ir schribet, auch nit verbotschaft, noch eyncherley davon lassen wissen, als wir meynen daß Ir doch billich und mogelichen gethan soltent han, nach dem als wir in dem vorgen. lantfrieden sin, und dazu gehoren. Doch so wollen wir unsere Frunde gerne by Uch an gelegen stede, dahin sy felig komen mogen, schicken, von den, und andern notdurfftigen sachen desselben lantfrieden zu redene; und dem heiligen Riche zu Eren, u. den gemeynen Landen zu nutze u. zu frieden - - erbarlich und mit redelichkeit zu handelen, zu bedencken u. zu uberkomen. Und begeren daruff uwer antworte beschrieben, daz wir uns dernach mogen gerichten.

redarguit Percontatores, quoad consortem Hassiæ Landgr., ubi tamen ille propter pacis violationem sit proscriptus.

25 Ian. Datum *Eltevil*, ipso die conversionis **S.** ***Pauli Ap.*** Anno Domini *MCCCC secundo.*

VI.

De *Miraculo, quod cum sacra Hostia contigit in Vico Rhingaviæ*, Gladbach.

An. 1402.

[p. 718. n. 13.]

Iohannes D. G. *sancte* Moguntine *Sedis Archi-episco-*

episcopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Misericordiarum Pater altissimus, cuius miserationes super omnia eius opera clementer exuberant, omnium salutem equa siciens pietate, nedum in Sanctis suis mirabilis, ut hos velut amicos premio glorioso in bono confirmet, verum & in peccatoribus, ut hos tamquam advenas extraneos & pauperes ad se trahat, & sui Spiritus dulcedine repleat, mirabiliora non desinit operari, quatinus factorum altitudo, sui factorum altitudinem signo congruo representet, ut, quod fieri per opus ostenditur, in Xpi fidelibus spiritum timoris Domini, & fervorem accendat caritatis. Varia namque & innumera Miraculorum genera utriusque Testamenti nobis proponit historia, que, licet tunc sui reverentia, in confessione vere fidei plurimos, videntes, palpantes & sentientes eadem, convertissent, sua tamen vetustate nunc caritas multorum in tanto refriguit, quod, nisi sue largitatis immensitas, que nunquam obliviscitur misereri, modernis hominibus, in quos fines devenerunt seculorum, nova miracula suscitaret, caritas in eisdem ad non gradum progrediens velut extincta deficeret, & mundus proclivius poneretur in maligno. Quibus inquam prospiciens e celo iusticia, nunc nostris temporibus volens salubriter obviare; alias in quadam villa nostre diocesis, dicta *Gladebach*, cunctis admirandum miraculum circa sanctissimum Corporis Domini nostri IHESV XPI Sacramentum dignatus est mirabiliter operari.

Factum est inquam tempore pascali, quod secundum statutum Ecclesie, utriusque sexus homines ad venerandum Eucharistie sacramentum consueverunt accedere, Anno videlicet Domini MCCCC, quod discreto viro VOLZONE, Rectore ecclesie parochialis ville prefate, stante in Altari ad porrigendum suis parochianis Dominici corporis sacramentum, quedam mulier, nomine ELA, de adulterio diffamata notorie, & ab Eucharistie sacramento prohibita, eadem prohibitione non obstante ceteris sumentibus se ingerens, ipsum Sacramentum sumptura processit; cui dictus *Volzo* in evitationem communis scandali manum non audens retrahere, Hostiam dominici Cor-

poris porrigebat; que ſtatim, multis cernentibus de ore prefate mulieris evolavit ſuper brachium predicti ſacerdotis, et per girum ſe circumvolvens, in ipſa patena requievit, eidemque tam firmiter adheſit, quod ab eadem non valuit ſeparari. Que vero teſtimonio iam facta didicimus, et nunc cunctis intuentium oculis adapparet.

Nos igitur tanti miſterii, non ſine cauſa facti, ſeriem paterna ſollicitudine & provida meditatione penſantes, animadvertentesque, quod veriſimiliter tam memoriale ſignum, in loco tam ſolitario & deſerto debita veneratione careret; diſpoſuimus, ipſum cum honeſta proceſſione, & comitiva Presbiterorum & Clericorum, a prefato loco *Gladebach*, ad Eccleſiam parochialem in *Eltvil* - - ſollempniter transferendum, & inibi, tamquam memoriale perpetuum decentius collocandum, prout ipſum videntium oculis hodie cernitur collocatum; ut, ex terrore viſi Miraculi volens inantea ad hoc venerandiſſimum Sacramentum accedere, per humilitatem, integritatem, & veram obedientiam Confeſſionis, a tanta preſumptione acceſſus ſe diſcat retrahere, & Iudicium effugere, indigne ſumentibus comminatum. Predictumque verum Dominici Corporis ſacramentum prefate patene ſic adherens, ſingulis annis in feſto Nativitatis B. *Iohannis Baptiſte*, ante Miſſarum ſollempnia in ſolita proceſſione & accenſis cereis, opidum prefatum ſtatuimus & tenore preſentium ordinamus devote circumferri, in quantum aura permiſerit, & alia non ſint impedimenta legitima; alioquin ipſum per circuitum pred. eccleſie, modo premiſſo ordinamus deferendum.

Et ut Xpi fideles ad tanta devotionis opera ardentius excitentur, de theſauro meriti Salvatoris noſtri ſpirituale munus, nobis ex paſtoralis poteſtatis officio conceſſum ex alto, clementer adicimus & ſalubriter propinamus. Idcirco de Omnip. DEI miſericordia, btor. *Petri* & *Pauli* - - nec non bti *Martini* Patroni noſtri meritis & auctoritate confiſi, omnibus Xpi fidelibus confeſſis & contritis, qui devotionis cauſa in prefato feſto S. *Iohannis* ad Eccleſiam parochialem in *Eltvil* prefatam con-

convenerint, & si in primis Vesperis intererint, XL, si processioni & Misse, similiter XL, si secundis Vesperis, totidem, aut qui pro fabrica eiusdem ecclesie manus suas porrexerint adiutrices, similiter XL dies indulgentiarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presenti pagine duximus appendendum. Datum *Eltvil* ipso die bti *Iohannis Baptiste* Anno Domini MCCCCII. *24 Iun.*

✲ ✲ ✲

TOMVS *noster in ordine III, qui anno MDCCLI lucem aspexit publicam, in Diplomatario Seculi XIV. nonnullas, sub n. 403. 404. 405. complectitur Chartas, de* FRIDERICO *Duce* Brunsw. *ausu quorundam execrabili, structis per viam regiam insidiis, Domum* Francofurto *dum repeteret, trucidato, mentionem facientes; Quæ iam sequuntur, nefandi huius facinoris continent progressum.*

In popularem Sceleris suspicionem venerat, ceu primarius auctor & instigator, Archiepiscopus IOANNES; *qui rumor etiam effecit, ut, quemadmodum primi istius per Imperium Præsulis vaga, eaque temeraria accusatio multorum fatigavit Scriptorum ingenia, ita vicissim eiusdem Defensio plurium solertiam calamosque excitarit.*

Inter alios HENR. Meibomius *Rer. German.* T. II. p. 420. in Dissert. *de* FRIDERICI D. Br. & Lun. in Imperatorem Electione * & misera Cæde, *potissima, quæ diffamatum Archipræsulem gravarent, contra redderent noxa vacuum, indicia & rationum momenta examinavit, suum hinc inde arbitrium interponendo.* ** prætensa.*

Tandem vero p. 426. *Sententiam a Cæs.* RVPERTO *in ipsosmet Parricidas,* FRIDERICVM puta *Hertingshusium &* CVNZMANNVM *Falckenbergium,* anno 1403. *Norimbergæ latam, exhibet. Huius originale in Archivo* Mogunt. *asservari, testis unus instar omnium est* Serarius - - L. V. p. 869. *Ast quum nec ab eo, nec alibi producatur apographum, diuturnis illud, licet irritis, se exoptasse votis* Meibomius *pergit; donec sibi demum singulari beneficio Ill.* HVLDERICI Eybenii, *Cameræ Imp. Adsessoris, auspicato obtigisset. Cui hoc*

 nomine

nomine curiosum lectorem, quod multa contineat egregia, profecto debere plurimum, asserit: exemplar immediate subiungens.

Wir Rupert ——— ——— ———

Membranaceum huius sententiæ Autographum in Mogunt. archivo etiamnum existere, certum nimis est; de quo ne quis dubitet, manu nostra accuratissime descriptum damus. Veruntamen in omnium oculos ut cadat, quantum sit discriminis Copias chartarum genuinas inter & tales, quæ, antequam prelum subeunt, per multas sæpe ambularunt manus, utriusque tenorem iuxtim hic inserere, dignum duximus. Authenticam lit. A. *corruptam lit.* B. *signatam.*

VII.

Imp. RVPERTI *Sententia in* Hertingshusium *&* Falckenbergium.

An. 1403.

A.

Autogr. Wir Ruprecht von Gots gnaden Romischer Kunig, zu allen zyten Merer des Richs. Bekennen und dun kunt offenbar mit diesem Briefe allen den, die yn sehen oder horen lesen; Als Friderich von Hertingshusen und Cuntzmann von Falckenberg, Rittere, sich verschriben haben eins hinderganges hinter uns, den sie mit hantgeben truwen an eydes stat gelobt haben zu halten, nach ußwisunge des Anlaß briefs, den sie uns daruber gegeben haben, von der Geschichte und Handelung wegen, als der Hochgeborn Furste, Hertzog Friderich zu Brunswig und

B.

Apogr. Meibom. Wir Rupert von GOttes Gnaden Römischer König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, bekennen und thun offenbar mit diesem Brieff allen denen, die ihn sehen oder hören lesen, als Friderich von Hertingshausen und Cuntzman von Falckenberg, Rittere, sich verschrieben haben, eines Hintergangs hinter uns, den sie mit Hand-gegebenen Treuen an Aides statt gelobt haben zu halten, nach Anweisung des Anlaß-Brieffs, den sie uns darüber gegeben haben, von der Geschicht und Handlung wegen, als

und zu Lunenburg unser lieber Oheim schaden genomen hat, und erschlagen ist worden, daran man sie beschuldiget; also wie wir in (Ihnen) darumb besserung scheiden u. usssprechen, das sie das by denselben iren truwen halten, u. vollenfuren sullen u. wollen ane geverde; Also scheiden u. sprechen wir uß, als hernach geschriben stet.

Curabunt Missam perpetuam. Zum ersten, das dieselben Friderich u. Cuntzman eine ewige Messe und einen Altare wydern u. stifften sullen, da ein erberger Priester ein redeliche gute narunge wol gehaben moge; mit namen zu dem mynsten viertzig Gulden ewiges geltes ierlicher gulte; und die also gewidemt werde off solichen Guten, da es gewisslichen u. vollenklichen gefallen moge. Und dieselb Messe sol gemacht u. gewydemt werden in dem Stiffte zu Frytzlar; und dieselben Pfrunde u. Altare sollen auch gemacht u. gewidemt werden ane (ohne) des Pfarrers schaden, ussgenomen alleine als hernach geschriben stet.

Und dieselbe Messe, Pfrunde u. Altare sollen gemacht u. gestifft werden in der Jars friste nach datum dis briefs. Und wann die also gemacht, u. volleclich gestifft werden, *Cuius Beneficii collator erit Senior Ducum Br.*

als der hochgebohrne Fürst Herzog Friderich zu Brunschweig u. Lüneburg unser lieber Oheim, Schaden genommen hat und erschlagen worden ist, deren man sie beschuldiget, also wie wir ihne darum, Besserunge, Schäden u. Ansprächen, das sie das bey denselben ihren Treuen halten u. vollführen sollen u. wollen, ohne Gefehrde, also gescheiden u. scheiden wir uns, als hernach geschrieben stehet;

Zum ersten, daß dieselbe Friderich u. Cunzman eine ewige Messe und einen Altar wiedmen u. stifften sollen, da ein ehrlicher Prister eine redliche gute Nahrung wol gehaben möge, mit Nahmen zu den Messen 40 Fl. ewigen Geldes jährlicher Gültde, und die also gewiedmet werden auff solchen Gütern, da es Geistlichen gefallen möge, und dieselbe Messe soll gemachet u. gewidmet werden in dem Stifft zu Friẓlar, und dieselbe Pfründe u. Altar sollen auch gemachet u. geordnet werden ohne des Pfarrers Schaden, außgenommen allein als hernach geschrieben stehet; Und dieselbe Messe, Pfründe u. Altar sollen gemachet u. gestifftet werden in Jahrs-Frist nach

den, so sal ein iglicher Hertzog von Brunßwig, der dann der eltst ist, dieselben pfrunde u. altare lyhen vorbaß eweclich, als offt die ledig werden; Und diß obgenante Friderich von Hertingshusen u. Cuntzman von Falckenberg Rittere sollen auch das usstragen mit dem Bischoff u. dem Pfarrer, in der gebiete dieselbe Messe dann gestifft ist, daſ das ir gut wille u. wort sy. Doch also, daſ ein iglicher Capplan derselben pfrunde, eim Pfarrer darin dieselbe pfrunde gestifft ist, undertenig u. gehorsam sin sol; also ob er nicht tede u. vollenfurte als dann der pfrunde u. Messe zugehoret, daſ in dann der Pferrer darumb zu straffen habe, nach bescheidenheit als zimlich ist, ane geverde.

Iuramentum de non vindicando. Auch sprechen u. entscheiden wir, daſ die obgenanten Rittere zu den Heiligen sweren sullen, daſ sie, diewile sye leben, wider die vorgenante von Brunswig und ire nachkomen u. die iren nymer mer sin, noch getun sullen in dheine wise, ane (ohne) bescheiden fruntlich recht, mit geferde, noch ane geverde.

migrabunt in Turrim, Wir scheiden u. sprechen auch, daſ die vorgen. Rittere in einen Thurne sullen faren, dahin wir, oder der, dem wir das an unser stat enphel-

nach dato dieses Brieffs, und wenn die also gemachet u. gestifftet werden, so soll ein ieglicher Hertzog von Braunschweig der der älteste ist, dieselbe Pfründe u. Altare-Lehen für loß ewiglich, als offt die ledig werden, und diese obgenante Fridrich von Häringshausen u. Cuntzman von Falckenberg, Rittere, sollen auch das Austragen mit dem Bischoff u. Pfarrer, darunter dieselbe Pfründe gestifftet ist, unterthänig u. gehorsam seyn soll, als ob er nicht thäte u. vollführte, alsdem der Pfründe u. Messe zugehöret, daß ihn dann der Pfarrer darum zu straffen habe nach Bescheidenheit, als ziemlich ist, ohne Gefehrde. Auch sprechen u. scheiden wir, daß die obgenante Rittere zu den Heiligen schwehren sollen, daß Sie, dieweil sie leben, wider die vorgenante von Braunschweig und ihre Nachkommen u. die Ihren nimmermehr seyn noch thun sollen, in keine Weise ohnbescheiden freventlich rachen mit Gefehrde noch ohne Gefehrde. Wir scheiden u. sprechen auch, daß die vorgenante Rittere in einen Thorn solten, dahin wir den, den wir das an unser statt empfelen, sie weisen u. heissen, und

enphelhen, sie bewisen u. heißen; und sullen darinne sin u. lygen als lange, bis wir, oder dem wir das enphelhen daruß heißen, und yn das verkunden. Vnd wann sie dann uß dem Thurne also komen, so sullen sie sich erheben uß Dutschen lannden zu ryten, und in Dutsche lannde nicht wider komen in zehen Jaren, die schierst nacheinander komen; die ersten vier Jare ane gnade, und die ander sehs Jare sullen zu unsern gnaden steen; also, wann wir sie nach denselben vier iaren heischen, oder in erlauben herheime zu ziehen, das mogen sie dann wol dun. Were aber, daß wir in den egenanten vier Jaren von dodes wegen abegiengen, da GOt vor sy, so sal vorbaß dieselbe gnade sten an unserm elsten Sone.

Postea ex Solo Germ. emansuri per decenn. salva gratia post annos 4.

ITEM wir scheiden u. sprechen auch, daß die vorgeschriebene besserunge, mit namen die Messe, in der Jarefrist nach datum diß briefs bereidet u. gefertiget sal werden, als vor geschriben stet; Vnd daß auch die Buntnusse wider die vorgen. unser Oheim von Brunßwig anegeen sal zu Stunden, als in (Ihnen) der egenante brief geantwurt wirdet. Vnd sollen sich auch

Missa procurabitur intra annum a Dato.

und sollen darin seyn u. liegen, als lange biß wir das befehlen, daraus heissen und davor kommen, und wann sie aus dem Thorne also kommen, so sollen sie sichern Geleit hebben, aus teutschen Lande zureiten und in Teutschland nicht kommen in 10. Jahren, die schierst nach einander kommen, die ersten 4. Jahr ohn Gnade, und die andere 6. Jaren sollen zu unsern Gnaden stehen, also wenn wir sie nach denselben 4. Jahren heissen oder ihn erlauben herrin zu ziehen, das mögen sie denn wohl tun, wäre es aber, daß wir in den ehegenanten 4. Jahren von Tode wegen abgiengen, da GOtt vor seye, so soll fürbaß dieselbe Gnade stehen an unsern ältesten Sohn. Wir scheiden u. sprechen auch, daß die vorgeschriebene Besserung, mit Nahmen die Messe, in Jahres Frist nach dato dieses Brieffs, bereitet u. gefertiget soll werden, als vorgeschrieben stehet, und daß auch die Bündniß wider die vorgenante unser Ohm von Braunſ. angehen solle zur Stunde, als in dem ehegenanten Brieff geantwortet wird, und sollen sich auch in dem nechsten halben Jahr nach dato dieses

Terminus quoad Turrim. auch in dem nehsten halben iare nach datum diß briefs bereiten u. erheben, in den Thurne zu ziehen, dahin wir sie dann bewesen; und *Emigrationem.* darnach zu Stunden vom Lannde ryten, u. ziehen als obgeschriben stet, und begriffen ist; ane geverde.

Abolitio, Wir scheiden u. sprechen auch, das unsere Oheimen von Brunßwig, alle ir nachkomen, und die iren, umb die vorgenante Date u. geschicht, den obgen. Rittern, u. iren Erben dheins argen warten, noch dun oder zufugen sollen in dhein * wyse vorbaß ewenclich.

* dhein & kein *Veteres* scribebant promiscue.

Und aller vorgeschribnen stucke u. Artikel zu orkund u. fester stetikeit han wir unser Kuniglich Maiestat Ingesigel an diesen briefe dun hencken. Geben zu Nurenberg off de nehsten Sambstag nach unser Frauwen tag Liechtmeß, Purificatio zu latin. In dem Jare als man zalt nach Crist geburt Vierzehen hundert, und darnach in dem dritten iare, unsers Richs in dem Dritten iare.

Ad mandatum Domini Regis
VLRICVS de *Albeck*
Decretorum Doctor.

[*a tergo*]
R. † Bertoldus Durlach.
† registrata.

dieses Brieffs bereiten u. erheben, in den Thurn zu ziehen, dahin wir sie dann gewiesen und hernach zur Stunde von Land reiten u. ziehen, als obgeschrieben stehet, u. begriffen ist, one Gefehrde, wir scheiden u. sprechen auch, daß unser Ohm von Braunſ. alle ihre Nachkommen und die ihren um die vorgenanten That u. geschicht den obgenanten Rittern u. ihren Erben kein arges warten noch thun und zufügen sollen in keine weise, wo das möglich, und alle vorgeschriebene Stück u. Articul rc. zu Urkund u. stetter Festhaltung, haben wir unser Königl. Maj. Ingesiegel an diesen Brieff thun hangen. Geben zu Nürnberg, Sambstag nach Purif. Mariæ 1403, unsers Reichs im 3ten Jahr.

En *igitur præclarum apographi specimen! Tam gravibus respersum scripturæ vitiis, ut non immerito bilem alicui moveat, nihilo tamen minus sese ultimato in cachinnos resolventem. Lectori in memoriam revocantes ea, quæ de nauseabundis huiusmodi copiarum exemplis notavimus T. II. p. 692.*

* * *

VIII.

Pronuntiatio Regis RVPERTI, *super delatis a* IOANNE *Gravaminibus contra* Ottonem *AEp.* Bremensem, BERNARDVM & HENRICVM *Duces* Brunsv., *coortis ex nupero* Bello.

An. 1403.

Wir Ruprecht von Gotes gnaden Romischer Kunig, zu allen zyten Merer des Richs. Bekennen und - - -, als Wir vormals zu Hirßfelden zuschen dem Erwirdigen Johan, Ertzbischoff zu Mentze - - an einem, und dem Erwirdigen Otten, Ertzbischoff von Bremen, den Hochgebornen, Bernhart u. Heinrichen gebruder, Hertzogen zu Brunßwig u. zu Lunenburg an dem andern deile, eine gutliche berichtunge beredt, und mit ire beider wissen betedingt haben; also das sie aller u. iglicher ansprache, die sie beider syt aneinander zu haben meynten, an Uns zu dem Rechten komen u. gegangen sint; als das alles in solichen anlaßbriefen .. eigentlich begriffen ist; Und als wir Yn darumb beider syt off den nehst vergangen Sant Anthonien tag vor uns gein Nurenberg, sie daselbs zu entscheiden, Tage gesetzt hatten; Also haben wir daselbs ire beider ansprache u. entwurt eigentlich verhoret. Und wannt wir sie mit der Myne u. gutlichkeid darumb nit entscheiden mochten, darumb haben wir sie, mit guter vorbetractunge, und rate unser u. des Richs Fursten, Graven, Herren, Edlen u. Getruwen; und mit rechter wissen, und auch nach lute ir ansprache, entwurt, u. des egenanten anlaßbriefs, mit Recht, und als hernach geschriben stet, entschieden, u. gesprochen; *ex Autogr.*

Zum ersten, wan dis nachgeschriben drye Sproche (drey Sprüch) in dem anlaß briefe also begriffen sint, das wir die sprechen sullen; Darumb sprechen und entscheiden wir, das alle u. iglich Gefan-

gen, sie sin Edel oder unedel, Pfaffen, Munche, Gebure, Burger, oder wer die weren, die von beder syten in dem obgen. Kriege gefangen worden sint, gentzlich u. gar ledig u. lose sin sullen off ein alte urvehede; Und daß auch daruff alle u. igliche Schatzung, es sy von gefangenen, frideschatzung, prandschatzung wegen, oder anders wie man das genennen mage, ane geverde, sie sin verbriefet, verburget, gelobt, oder anders versichert, den obgen. beiden parthien, irn Helffern, Amptluten, den Iren oder andern, den sie es dann vorbaß verschafft hetten, in welich wege das were, die vor der obgenanter unser berichtung noch ungegeben u. ungericht worden, und darzu alle u. igliche briefe, gelupt oder ander verspruchniß, oder verbunteniß wie man die genennen moge, die vor soliche schatzunge geben, gesatzt u. gescheen weren; Und ob einche Gefangen - - zu keinem verbuntnisse getrungen weren, heimlich oder offentlich, oder wie das bescheen were; Und ob einige - - von beiden Parthien gefangen weren die nit Finde gewest weren, samenlich und sunderlich, u. gentzlich u. gar ledig, abe, tod und crafftlos sin sollen.

Auch sprechen u. entscheiden wir; weliche Helffere der egen. Parthien von des . . Krieges wegen ire Lehen, die sie gehabt haben von denselben Parthien, In (Ihnen) offgeben han; oder soliche verpuntniß, als sie vor dem . . Kriege verbunden waren, mit Slossen oder anders wie das were, In offgesagt haben, oder der anders meynen ledig worden sin von der egenanten hilffe wegen; Und ob dieselben ichts verbuntnisse darumb, mit briefen oder anders getan hetten; Daß das alles abe und tod sin sulle; Und daß die soliche Lehen von den egen. Parthien, von den sie rurent, wider entphahen, und In auch gewonlich huldung, manschafft u. eide darumb dun sollent; und daß auch derselben Parthie, u. ir igliche, In dieselbe Lehen lihen sulle ane vertzihen u. widersprechen.

Auch sprechen u. entscheiden wir, Were es sache, daß etliche der . . Parthien, ir Helffere, undertanen, oder der Iren; oder ymant

ymant von yren wegen, der andern parthien, irn Helfferen, undertanen, oder der iren etliche ligende gutere, wie die genant oder wo die gelegen weren, genomen, bekumert, oder verbotten hetten von des obgen. Kriegs wegen, mit Gericht oder ane gericht - - -, daſ ſolich Kummer ab und tod ſin, und denſelben, den ſoliche gutere genomen weren, wider werden ſollen; es weren dann Gutere, die eins Herren weren, oder ſin Eltern off in bracht hetten.

ITEM als dann der obgenante Johan den obgen. Bernharten u. Heinrichen, in ſolichen Artikeln als er unſ verſiegelt gegeben hat, czum erſten beſprochen hat, daſ ſie yn mit unrecht geſchuldigt, und in yren offen briefen von ym geſchriben haben, daſ er ſolichs Todſlags u. ubeltad, als ir bruder ſelige, Hertzog Friederich erſlagen ward ꝛc. ein Anleger geweſen ſy, als ſie duncke; als man das in allen Landen gemeinlichen ſage, und wie auch ſin burgere damit geweſen ſin ꝛc.; Und als *Bernardus & Henricus* - - geantwurt haben, daß ſie beduncke, daſ Yn der Clage zu der zyt wol noit were, und auch noch hut des tages wol noit ſy; wann yr lieber bruder ſelige Hertzog Friederich, und yr Prelat Heinrich Leſe Dumprobſte zu Verden von ſinen Mannen u. unterſeſſen, mit namen Friederich von Hertingßhuſen, und Cuntzman von Falkinberg Rittern, und andern yrn geſellen ermort u. erſlagen ſin ꝛc., Daroff ſprechen u. entſcheiden wir; ſiddemale daſ (*Bernhardus & Henr.*) in yr antwort ſchriben, Sie duncke ꝛc., Und, ſiddemale daſ ſich *Archiep.* IOANNES vormals an dem Rechten oder mit urteil nicht entſchuldiget hat als recht iſt; ſo ſollen Ym *bini Duces* keins wandels darumb pflichtig ſin, wann ſie nu irs egenanten bruders ſel. tode geclaget haben, und clagen ꝛc.

ITEM als der . . Johann den . . Hertzog Heinrich ſunderlich beſchuldiget hat, daſ er habe laſſen rennen fur ſin ſloß Duderſtad, und den ſinen groſſen Schaden tun gelaſſen habe ꝛc. und daſ er mit ſin ſelbs libe u. den ſinen, offentzelichen darhinder gehalten

 habe;

habe; Und als der . . Heinrich - - daruff schribet - -, er bedorffe dem . . Johann von rechts wegen daroff nit antwurten; siddemale daß er der Geschichte u. Schulde, mit dem Erwirdigen Johann Bischoff zu Hildensheim, der der egenanten Reyse ein Hauptman u. anleger ware, dem er zu der zyt nachgevolget u. nachgeriten hette, fruntlichen geeinet u. gericht sy, ꝛc., solt er aber von Rechts wegen dartzu antwurten, were das vorgeschriben seine antwurt; Daroff - - entscheiden wir, siddemale daß derselbe Heinrich - - schreibet, Er were zu der zyt dem Bischoff von Hildenßheim nachgeritten ꝛc., und *Moguntinus* sy (seye) darumb mit demselben von Hyldenßheim gutliche gerichtet ꝛc.; Sy in derselben richtunge begriffen, fur sich, u. sin Helffere ꝛc.; und die darunter verdacht sin ꝛc., Und, sy dann der egen. Heinrich des - - von Hyldenßheim helffer gewesen, oder sy Ym nachgeritden ꝛc., so sy er *Moguntino* darumb nichts schuldig zu antwurten; Sy er aber ein Heuptman gewesen, und sy in der richtunge ußgesetzt, so sal er billig keren, als recht ist.

Item, als dann derselbe Heinrich geschriben hat in siner antwurt, daß er *Moguntino*, noch den sinen zu derselben zyt nichts genomen, oder schaden getan habe ꝛc.; Daroff sprechen wir, getur er das erwisen als recht ist, so solle er des billig geniesen.

Item, als *Moguntinus* den . . Heinrich aber sunderlich beschuldiget hat, daß er mit sin selbs Libe (Leib) und den sinen geherfertet, gereiset, und zu felde gelegen habe fur sinen Slossen, Geißmar, u. der Nuwenburg; Und habe Fure darinn geschossen, die genotiget, und underſtanden Ym die anzugewynnen ꝛc., den flor verzert u. getilget, Mul (Mähl) verbrant, und andern grossen schaden getan habe, den er geacht hat an Acht duset Guldin ꝛc., Und sy ym das gescheen wieder Recht u. ane gericht, und in den dingen als er mit dem . . Heinrich nichts wuste zu schaffen han ꝛc.; Und als *Henricus* daroff antwurt, er were mit sinen Herren u. Frunden gereiset,

reiset, und geherfertet off iene, die Im sin - - lieben bruder Herzog Friederich seligen, und den egenanten Prelaten ermordet, und die sinen gefangen haben zc., die er auch mit rechten urteln an Lantgerichten erwunnen u. verwisen gelassen habe zc., Und auch off Die, die dieselben Verwisten huseten u. hegten zc.; Er habe auch sin Ere adversus Moguntinum wol bewart, und sy des Schadens sind gewesen, das er wol erwisen moge zc.; Daroff sprechen wir, moge *Henricus* erwisen, daß er das in Fehede getan habe, als mann dann ein Fehede billich bewisen sol; und nach dem als der anlaß brieff usswiset, so sol er des an (ohne) wandel sin.

ITEM wir sprechen auch, daß der egenanten von Brunßwig Ansprache (die sie *contra Moguntinum habeant vel habere putent.*) vorgen solle.

Wann nu alle u. igliche vorschriben Sachen, Stucke, und auch diese unsere Ussproch u. entscheidung, durch manicherley sache wegen darzu notdurftig, off diese zyt nicht vollenzogen noch geendet mochten werden nach lute derselben unsers ussspruchs u. entscheidung; Darumb setzen wir den egenanten Parthien Tag gein Mulhusen in Doringen, off den Sontag dry wochen nach dem Ostertag nehst kumpt, als man in der heiligen Kirchen singet *Iubilate*, daselbs zu sin, und alle diese vor geschriben Sachen zu follenden, die iglich Parthie der andern nach Eren, nach Recht, nach Kuntschafft, und nach Innehalt u. lute diß unsers Ussprochs und entscheidung zu folenden hat, und folenden sal, ane geverde.

Causa reassumptionem Muhlhusæ *ad effectum pervenisse, nullis desuper extantibus Chartis maxime dubium.* HENR. Meibomius, *postquam l. c. de obsidione urbis* Heiligenst. *verba fecit, ita continuat:* „Videntur autem successu temporis „animi pacati, & Principes sumptibus nimium gravati discessisse, & tandem Cæsaris in Sontes lata sententia * terminum „Bellis & deprædationibus posuisse.

* *non ista, sed præsenti.*

Vnd aller vorgeschriben stucke, punckte u. artikel zu orkunde u. vester stetikeit, han wir Kunig Ruprecht obgenant unser Kunigliche Maiestat Ingesigel an diesen Briefe dun hencken. Der geben ist zu Nurenberg, off den Sambstag nach unser Frauwen tag
3. Febr. Liechtmesse, Purificatio zu latine. Nach Cristi geburt Viertzehen hundert u. dry Jare. Unsers Richs in dem dritten iare.

R. BERTHOLDVS *Durlach.*

Ad mandatum Domini Regis
VLRICVS de *Albeck*
Decret. Doctor.

IX.

Eiusdem RVPERTI R. *decisio, quoad Gravamina* Brunsvicensium *contra* Moguntinum *incusata.*

1403.

ex Autogr. Wir Ruprecht V. G. G. Romischer Kunig, - - - Bekennen - - - Als wir vormals zu Hirßfelden zuschen dem Erwirdigen Johan Ertzbischoff zu Mentze - - an einem, und dem Erw. Otten Ertzb. zu Bremen, den Hochgebornen, Bernhart und Heinrichen gebruder, Hertzogen zu Brunßwig - - an dem andern deile, eine gutliche berichtigunge beredt, und - - - betedingt haben, also, daß sie aller u. iglicher ansprache, die sie beider syt aneinander zu haben meynten, an uns zu dem Rechten komen und gegangen sint, als das alles in sulichen anlaß briefen . . eigentlich begriffen ist; Vnd als wir Yn darumb beider syt off den nehst vergangen S. Anthonien tag vor uns gein Nurenberg, sie daselbs zu entscheiden, Tage gesetzt hatten, also haben wir daselbs ire beider ansprache und entwurt - - verhoret. Vnd wannt wir sie mit der Mynne u. gutlichkeid darumb nit entscheiden mochten, darumb haben wir sie, mit guter vorbetrachtunge, und rate unser u. des Richs

Fur-

Fursten, Graven, Herren, Edlen u. Getruwen, und mit rechter wissen, und auch nach lute ir ansprache, entwurt, u. des egenanten anlaß briefs, mit Recht, und als hernach geschriben stet, entschieden, und gesprochen;

Zum ersten, wan dis ——— ——— ———

Generalia totidem repetuntur verbis, & concordant cum antecedentibus tabulis, uti a modo præmisso earum exordio, ita continuatim, usque ad verba: Es weren dann Gutere, die eins Herren weren, oder sin Eltere off in bracht hetten. *Dehinc fit progressus ad Specialia, tenoris, qui sequitur.*

Item, Als dann die egenanten, **Otto** Ertzbischoff zu **Bremen**, **Bernhart** u. **Heinrich** gebruder, dem - - Ertzb. zu **Mentze** in solichen Artikeln, als sie uns versigelt gegeben hant, zum Ersten, und in dem ersten artikel zugesprochen, u. gemeinet haben, daß derselbe **Johann**, nach lute des - - anlaß briefs selber solte hie gewesen sin ꝛc.; Und als uns von desselben **Johans** wegen in siner entwurt, die uns daruber auch versigelt gegeben ist, daß beide Parthien in das Recht getretten sin ꝛc. **Daruff sprechen wir**, sytdemmal daß ambæ Partes ir ansprache u. entwurt beschriben gegeben haben, und des Rechten hinder uns gegangen sint nach innehalt des egen. anlaß briefs; Sytdemmal in demselben anlaß briefe nit begriffen ist, daß der - - **Johann** mit sin selbs liebe hie sin sulle; daß dann derselbe **Johann** den egen. von **Brunswig** darumb nichts schuldig sin sal, es sal Im auch keinen schaden bringen ꝛc. *Item* auch sprechen wir, daß der - - von **Brunswig** ansprach die sie an den - - **Johann** haben oder zu haben meynen, vorgeen solle.

Item, als sie denselben **Johann** angesprochen und beschuldiget haben, als sie **Friderich** von **Hertingshusen** und **Cuntzman** von **Falckenberg**, Rittere, die In iren lieben bruder Hertzog **Friderich** selig ermordet haben ꝛc., und die sie darumb verlantfridet haben, darumb mit Heers Kraft uberzogen hatten, sie nach Lant-

fribes

BONA *feudalia, ad Ecclesiam* Wormat. *obitu Vasalli* IOANNIS Wornsperg *de* Dirmstein *revoluta, huius Relictæ,* Irmelæ *de* Saulheim, *Episcopus* MATHÆVS *concedit in Vidualitium.*

An. 1406.

WIr Matheus von Gots gnaden Bischoffe zu Wormß erkennen uns offenlich mit diesem Briefe, Als Her Eckard selige, etwan Bischof zu Wormß unser Vorfare, Fraw Irmeln von Sauwelnheim bewedempt hat, ir lebtage und nit lenger, ane geverde uff diß nachgeschriben Lehn u. Guttere; mit namen ein Auwe zu Rochsheim by Hertwin von Wolfskel, Item (26) Schilling Heller, die gebent die Herren von Franckendal, Item funf Morgen ackers zu dem Stein, di Johan Worinsperg selig von Dirmstein Ir elicher Hußwirt, von uns und unserm Stifte zu Lehen geheit hat, und der vorgenanten Lehen genisen, und gebruchen sal ir lebtage; und wer es sache, daß die vorgen. Irmel abeginge von tods wegen, so solten die vor geschriben Lehen uff uns - - verfallen sin; Derselben Lehen gonnen wir auch der obgen. Frawen Irmeln ir lebtage, in der maß als vor geschriben stet. *ex Autogr.*

Zu urkund han wir Matheus - - unser Ingesigel an diesen Brieffe dun hencken. Der geben ist zu Mentze, als man schreib von Cristi geburde, in Latin Anno Millesimo Quadringentesimo sexto. Sexta feria post festum nativitatis beate Marie Virginis. *14 Sept.*

XXII.

Quomodo PRINCIPES ELECTORES ECCLESIASTICI, *ad ſumendam de violata in fl. Rheno ſecuritate liberi paſſagii vindictam, ſimul convenerint de expugnando ſubvertendoque Caſtro gentilitio* WILHELMI *Dynaſtæ* de Reichenberg: *propter inde adortos, exſpoliatos, & captivos illuc ductos,* FRANCONEM Cronbergium, *Milites, ceterosque Armigeros, dum ab Haſtiludio* Andernaci *habito domum redire ſtatuebant.*

An. 1408.

ex Autogr. WIr Johann zu Mentze, Friderich zu Colne, Wernher zu Triere, Ertzbiſchoffe, des H. R. R. Ertzkancelere Tun kunt, Wann zu andern zyden unſer lieber getruwer, Francke von Cronenberg Ritter, mit etlichen andern Rittern u. Knechten, als ſie zu eyme Ritterlichen Schympfe zu Andernache geweſt waren, uff des fryen Rines Stromme angegriffen wart, geſlagen, gefangen, ire Habe u. Cleinode genommen ſint, uß deme Sloſſe Richenſtein und widder darynne, widder Ere und recht; Und wir dry Herren vor geſchrieben, Wilhelm Herrn zu Richenſtein - -, darumb erſucht u. beſchrieben han, daz er beſtelte, ſintdemmale daz die ubeltad u. geſchichte uß ſyme Sloſſe Richenſtein und widder darynne, und mit ſyme wiſſen u. willen geſcheen weren, daz ſoliche miſſetad, name u. ſchaden gekeret wurden, des doch nit iſt geſcheen; Und uff daz ſolich miſſetad gekeret u. gerochen werde, und auch, daz ſich ein ander daran moge geſtoſſen, ſo han wir dry Furſten . . unſerm Herren Gode zu eren, unſern gemeynen Lande zu nutze, dem Kauffmann unde allermenlich zu friden u. zu troiſte, und ſunderlichin Stramme des Rines fry zu behalten, uns zuſammen verbunden u. verſtricket, verbinden u. verſtricken uns zu hauff mit dieſem brieve, widder

widder den vorgenanten Wilhelm Herren zu Richinstein, sin Sloss Richenstein, widder Ebirhard von der Heyden, und Syfrid Basthart von Runckel, u. alle ire Helffere u. Zulegere, und alle die yene die handtedig daran gewest sint, oder alle die yene, die sich des annemen, sich darynne mengen, oder Yn zulegen wurden oder wolden, nymands ussgescheiden, Sie zu nodigen und zu schedigen, als lange, u. uff die zyt, daz wir dry Herren sementlichen darumb mit dem von Richenstein, Ebirh. von der Heyden, Sifrid Basthard von Runckel, und allen iren Helffern u. Zulegern vor geschriben gesunet sin, und in aller massen als hernach geschriben stet.

Daz ist zu wissen, daz wir dry Herren u. Fürsten . . unser einer dem andern getruwelich u. vesteclich in den sachen beraden u. beholffen sin sal widder den von Richinstein (*& prænominatos eorumque adiutores*) die sie itzund han, oder hernach gewynnen mochten; Und sal sich unser keiner under uns ane den andern, abe sinen vorworten oder frieden oder einche gedolt liden als lange, bis daz soliche missetad, schade u. geschichte, zu unserm willen u. genugen gentzlich u. zumale ist gekeret.

Werez auch, daz sich bynnen solichen Kriegen ymands anders darynne mengen werde, also daz under uns . . Herren . . solicher Kriege unser eins landen oder luden sich me zuziehen wurde, dann des andern; Wilchem - - des dann noit wurde, der sal daz den andern verkunden u. zu wissen tun; Mit namen, beduchte uns Ertzbischoff Johann . ., daz uns des noit were, und darumbe die egenante unsere Neven die Ertzbischoffe von Colne u. von Triere manen wurden; so sollen Ir iglicher zwene siner frunde, und auch wir, zwene unser frunde gein Obernlanstein bynnen acht tagen nach der manunge uff einen nemelichen tag, oder abe uns Ertzbischoff Friderich des noit were, und darumbe manen wurden, gein Rense: oder abe uns Ertzb. Wernher des noit were, und darum manen würden, gein Cappellen bynnen der zyt und der zal unser frunde vorgeschriben zusammen schicken; dieselbe - - dann ratslagen, und bynnen

bynnen andern acht tagen darnach anegeverlich, uff bescheidenheit u. Eide uberkommen sollen, wilchem under uns, und wie stargke man by dem, deme des noit ist, Lute zu hulffe u. Were legen sollen und auch nit von dannen kommen, sie haben es dann getan u. uffgericht, unde doch, daz sie daz uber dieselben acht tage nit verziehen. Ane geverde. Und wes die, oder der merteil under yn also nach aller gelegenheit uberkommen, daby sal es bliben, und also gehalten werden getruwelich, ane geverde.

Wir sin auch eines Zoges fur daz vorgen. Sloss Richinstein uberkommen, das Sloß zu verbuwen und lude zu legen, nach inhalde einer zedeln daruber begriffen, der unser iglicher Herre eine hait. Were auch sache, daz wir Herren . . daz Sloß Richinstein gewonnen, so solden wir daz gemeinlichin brechen u. wusten; und unser keiner - - sich desselben Slosses - - besunder underziehen oder underwinden.

Were auch ymands, er were wer er were, der sich des egen. Wilhelms v. Richinstein u. des Slosses R. ., Eberharden von der Heiden, Sifr. Basthards von Runckel, oder ire Helffere zuleger - - underwunde, sie husete oder hielde, spisete, trenckete, oder Yn einche sachen zulechte, in waz sachen daz were oder sin mochte, daz solden wir dry Herren . . sementlichen weren, und uns darwidder setzen mit Moge; und sulden uns in den sachen, u. was davon u. daruß kommen, oder darin fallen mag, nit scheiden in einche wise, bis zu eyme gantzen ende u. ußtrage der sachen . .

Vort me ist beredt, nemen wir Herren . . in dem vorgen. Zoge, beseß u. Kriege einchen Frommen * an Gefangen, die sollen glich gemeyne sin; Und waz man sust erwirbet, daz sal gemeyn sin nach marzale der lude. Wir sollen auch in unsern Slossen, landen, Steden u. dorfferen bestellen, abe unser einiches frunde in des andern Herren Slosse, Stede, lande u. dorffere quemen, daz sie feylen Kauff haben.

* *idem ac* Nutzen.

Were

Were auch sache, daz in diesem Zoge, besesse oder Kriege von Richinstein, als lange der weret, einchen Luden, die unser fyende nit weren, einche schade geschee, unde daz sie den schaden an uns sementlichen, oder an unser einchen besunder, fordern u. heischen wurden; und uns darumb betedingen, angriffen, schedigeten, oder unser fyend wurden; da sollen wir uns von ein nit scheiden in eincher wise, und sollen by ein verliben; und sal unser einer dem andern, widder den oder die, wer sie weren, darzu getruwelich helffen, in aller massen als von dem von Richinstein vor stet geschrieben. Uss-gescheiden alle argeliste - - - Alle diese . . stucke, puncte u. artikele hait unser einer dem andern - - geredt stede u. veste zu halden, und darwidder nit zu tun in einche wise.

Vnd des zu urkunde u. gantzer stedekeit, hait unser iglicher von uns Herren sin Ingesigel an diesen brieff tun hencken. Gegeben zu Oberlanstein, da man zalte nach Cristi geburte Viertzehen hundert u. acht Jare. Uff Dinstag nach deme Sontage, als man in der heilgen Kirchen singet *Iudica* in der Vasten. 4. Apr.

XXIII.

Receptio Moguntini *in Sodalitatem dictam* Lynceorum (zum Luchs) *ab intus memoratis.*

An. 1410.

[*p. 726. n. 29.*]

Wir Johan von Gots Gnaden des Heil. Stuls zu Mentze Ertzbischoff rc. Bekennen, als der Erwirdige Her Johan Apt zu Fulde, der Edel Heinrich Grave zu Waldecke, unser lieber Swager; die vesten, Cuntzman von Falckinberg, Friderich von Hertingshusen, Bode von Adelvessen, Rittere, unsere liebe getruwe, und etliche andere Rittere, und Knechte, undereinander eine Gesellschafft, genant von dem Losse, gemacht; die ver-

verbriefft, versiegelt, globt u. gesworn han zehen Jar zu halten, nach lude derselben brieve, daruber geben und gemacht; in dieselbe Gesellschafft uns die vorgenante, unser Swager von **Waldecken**, **Cunzman** von **Falckinberg**, **Friderich** von **Hertingshusen**, **Brosefen** von **Fyrmen**, **Symon** von **Waldenstein**, **Ebirhart** von **Buchenauwe**, von der anderen aller wegen, genommen, u. emphangen han;

Des gereden, und globen wir Ertzbischoff Johan obgenant in guten truwen, in crafft dies brieves, dieselbe gesellschafft die vorgenante zyt uß mit allen stucken, puncten u. Artickeln, als verre die uns antreffen mogen, gentzlich, stede, veste, u. unverbrochlich zu halten - - - und dawidder nit zu tun, oder schaffen getan zu werden in einche wyse, alle geverde und argelist gentzlich ussgescheiden.

Wer es auch, daz einche Herren, Rittere, oder Knechte, eyn oder me, der oder die in dieser Gesellschafft were, oder qweme, dem an Rechte gnugte, mit uns zu Rechte qweme bynnen der zyt, als die gesellschafft weren sal; gein dem oder den solten wir nit von uns setzen, wan er oder sie uns in feheden nit angrifften; name, raube, oder brande getan, oder beschediget hetten.

Aller vorgeschriebener sachen zu warer urkunde, und gantzer sicherheit haben wir unser Ingesiegel an diesen brieve mit rechter wissen tun hencken. Datum *Eltvil* feria quarta post Octavas Epiphanie, Anno Domini MCCCCX. *17 Ian.*

XXIV.

Contenta.

a) Ioannes *arguit protervіam Antistitum, sibi Metropolitano subiectorum.* b) *Rebus creperis Ecclesiæ Catholicæ cum* Argentinensi Wilhelmo *communicatis, Hic aperte declarat, quod Papæ* Alexandro

V.

V. (*qui nuper in Concilio* Pisano *adversus* Gregor. XII & Petrum *de* Luna *sive* Benedictum XIII *fuerat electus*,) *adhærere*, *Ipsumque constanter sequi velit.*

An. 1410.

Wir Johann ꝛc. Als wir von GOts u. des heiligen Stuls zu Rome fursehunge, etwie viel zyten zu eyme Ertzbischoff zu Mentze gewirdiget; und den . . Stifft zu Mentze, under den etwie mancher Stifft, die Suffraganien Kirchen heisen, von alter her gehorent, dieselbe zyt her besessen u. ussgericht han; in den zyten uns doch von unsern undertanen Bischoffen, eins theils widderwertiger ungehorsam gescheen ist; Daz wir uns mit dem Erwirdigen in GOt, Herrn Wilhelm, gekorn u. bestetiget Bischoff uff den Stifft zu Strasburg undersprochen u. vereiniget han, in solicher masse, daz der egen. Her Wilhelm, in sachen der heil. Kirchen, und mit namen die unsern allerheiligesten Vater, den Babist Alexander den funfften antreffen, bliben sal u. wil.

Und dargein haben wir uns Im u. sime Stiffte gleublich versprochen — — in crafft dies brieves also, daz wir uns In, u. sinen Stifft enpholen sollen lassen sin, und In u. - widder alle, die sie zu leidigen oder zu schedigen underftunden, mit solichen wegen u. in solicher massen hanthaben, schuren, schirmen, und In thun sollen, als ein Ertzbischoff u. Metropolitanus sinem undertanen Bischoff, u. siner Suffraganien Kirchen billich von Recht und mogelich tut, u. tun sal. - -

Des zu urkunde ꝛc. Anno MCCCCX. [*circa Paschalia.*]

XXV.

„LITTERA *Donationis* - - *super Curia*, *dicta* Gryf-„fenstein, *prope Ecclesiam* S. *Marie.*

An. 1410.

Conf. T. II. p. 551.

JOHANNES D. G. *sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus*,

ſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius. Vniverſis & ſingulis ad quos preſentes noſtre Littere pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Certantibus nobis in preſentis temporalis curſus ſtadio, nichil aliud noſtre conſiderationi tam frequenter occurrit, quam, quod taliter nobis a DEO collata temporalia diſpenſemus utiliter, et taliter in huius agro Mundi ſeminemus, ut eterna capeſſere, & fructum metere valeamus ſempiternum. Ad huiusmodi rem cor noſtrum exardeſcit ſtudio vigilanti, & illic mens noſtra cupit aſſiſtere, ubi ſe ſperat ſine fine gaudere. Et utinam Ille noſtrum inperfectum velle perficeret, ſine cuius gratia nullum valet opus bonum ad perfectum conſummari.

Volentes igitur pro Noſtre, nec non quondam felicis record. Reverendorum Patrum, Dnor. GERLACI patrui, ADOLFI germani, & aliorum noſtrorum predeceſſorum Archiepiſcoporum *Magunt.*, ac etiam Succeſſorum noſtrorum animarum ſalute, bona temporalia a DEO nobis collata felici commercio in eterna commutare; idcirco matura deliberatione previa, & ex certa ſcientia, omnibus melioribus modis, via, cauſa, iure & forma quibus efficacius & melius poſſumus & debemus, Curiam habitationis, dictam *Gryffenſtein*, apud Eccleſiam parochialem *bte* VIRGINIS in opido *Aſchaffnb.* ſitam, quam quondam nobilis IOHANNES de *Seyne*, alias dictus *de Gryffenſtein* inhabitavit, cum omnibus attinenciis ſuis, honorabilibus Decano & Capitulo Eccleſie Scor. *Petri* & *Alexandri* Aſchaffinburgenſis - - - & pro uſibus Prebendarum eorundem, vera donatione inter vivos, perpetuis temporibus valitura donavimus & contulimus, et in Dei nomine donamus & conferimus per preſentes. Inveſtientes ipſos preſentialiter de eadem, nec non in realem & actualem ipſius poſſeſſionem ipſos, quantum in nobis eſt, tenore preſentium inducentes; ac omne ipſius dominium in prefatos Decanum & Capitulum & in ipſorum Prebendas totaliter transferentes. Volentes, quod Curia habitationis predicte uſibus ipſorum - - applicari, & per eos, tamquam curia clauſtralis poſſideri debeat, eisdemque

que emunitatibus, iuribus & privilegiis gaudere, - - - ficut cetere Clauftrales curie hactenus habuerunt, & gaudebant ex antiquo.

Nulli ergo hominum liceat — — — In cuius rei teftimonium Sigillum noftrum prefentibus eft appenfum. Datum *Eltevil* ipfo die bti *Felicis* Confefforis. Anno.. MCCCCX. *30. Maii.*

XXVI.

Epiftola IOANNIS Moguntini & FRIDERICI Colonienfis *Archiepifcoporum ad Magnates Regni* Hungariæ *fuper electione* IODOCI *in Regem Romanorum.*

An. 1410.

Prævenit equidem nos in evulganda hac Epiftola B. FRID. Schannat, Vindem. *quo non obftante anecdotis noftris interferenda videbatur, ut loco apographi corrupti Lector accipiat purum.*

CVM fincera caritate gratam complacendi voluntatem, Reverendi Patres, Nobiles Domini, Venerabilesque, amici cariffimi!

VT omnium geftorum materia in hac *Franckfurdenfi* Dieta pro Regis Romanorum electione difpofita, brevi defcriptione notetur, Veftris Dilectionibus innotefcat, quod congregatis nobis duobus, unacum Reverendo Patre Dno WERNHERO Archiepifcopo *Treverenfe*, & Illuftri Principe D. LVDOVICO iuniore, *Comite Palatino Reni*, & *Bavarie* Duce, S. Imperii Electoribus in loco predicto, ex parte Sereniffimi Principis, & Dni, D. SIGISMVNDI Regis *Vngarie*, Domini noftri graciofi & fpecialiter perdilecti, comparens Illuftris D. FRIDERICVS Burggravius *Nurenburgenfis*, Confanguineus & amicus nofter cariffimus, nobis fub certis credenciis fignificare curavit,

ravit, primo bonam, piam, & fanctam intencionem D. N. Regis fupradicti; quod videlicet pre omnibus haberet in mandatis, acceptandi, & taliter faciendi, ut nedum in Ecclefia fancta Dei, fed & in facro Rom. Imperio bipartita divifio in tocius Reipublice falutem ad priftinam redigi poffet unitatem; Pro cuius affecutione dicti D. Regis opem, & operam obtulit, mente pura fubiungens: quod licet D. N. Rex, ad terminum & locum prefentes, & ad electionem Romanorum Regis celebrandam vocatus non fuiffet, ipfe tamen tamquam verus heres Marchionatus *Brandenburgenfis*, Princeps Elector, & Marchio, proprie fidei virtute motus, qua facro obligatur Imperio, fecundum tenorem Bulle Imperialis, que *Aurea* dicitur, ipfum D. Burggravium cum omnimoda fua poteftate, & procuratorio fufficienti ad premiffa facienda decreverit deftinare; qui petens fe nomine dicti D. Regis ad electionem admitti, afferens quoque coram nobis in privato: quod fub fingularis fpei fiducia effet directus ad nos ambos, fubiunxit in fine, quod fingula noftris voluntate & confilio deberet ordinare; fuper quibus fibi refponfum fuerat feriatim.

PRIMO etenim cum omnimoda fimul & devota graciarum actione tam iuftam, piam, & fanctam D. N. Regis intencionem non fuffecimus, nec hodierna die fufficimus collaudare, benedicere & predicare; offerentes nos Burggravio fupradicto: quod parati femper effemus, difpofitis Dietis in locis convenientibus, cum prorogacione prefentis, nullis in eo parcendo laboribus, & expenfis ad tam neceffariam Unitatem in populo fancto Dei, operam adhibere diligentem; Et novit Deus, quod ad hanc unionem ad femper & per femper noftre voluntatis afpirabat intentio, licet de his nec horam, nec locum tractandi apud ceteros Dnos Coelectores noftros potuerimus invenire. De iure vero electionis per dictum Burggravium allegato refpondimus in effectu, quod de eo non fciviffemus, nec fciremus; Ymmo nos IOHANNES Archiepifcopus *Moguntinus* non D. Regem predictum, fed Illuftriffimum Principem, nunc Regem Romanorum, D. IODOCVM, tamquam

quam Marchionem *Brandenburgensem*, a longis temporibus Regia Romana auctoritate de huiusmodi iure solempniter investitum, & in corporalem ipsius possessionem missum, de presenti vocavimus, prout & pridem factum fuisse meminimus temporibus retroactis; Adiecimus tamen: quod discusso negocio, si quid iuris sua Serenitas tenere deberet, sue Maiestati cordialiter faveremus. Subiunximus quoque, quod si qui super nominacione specifica, simul & clara D. N. Regis, sibi fecissent mencionem, quod huiusmodi absque nostri noticia, in veritate que Deus est, forent ordinata. In fine quoque conclusimus: quod in singulis parati essemus, sibi nostra communicare consilia; & in his, que cum Deo, & bono statu Reipublice possemus, sue complacere Maiestati.

ET vero Reverendi Patres, Nobiles Domini & Venerabiles, Amici Carissimi! quanquam in sincerum favorem unionis Imperii, & ea mediante, tocius Ecclesie, semper secreta nostra fuisset intencio, de illa inclitissima Domo BOHEMIE aliquem in unicum, & indubitatum Regem creare Romanorum, & ob hoc Illustrissimi Principis D. N. Regis *Bohemie*; Illustrium: Ducis *Saxonie*, & predicti Marchionis, nunc Illustrissimi Regis Roman. scripturis ammoniti, quibus occasione stragis, & obsidionis Sarracenorum in terris fidelium Prutenorum, legitima sue presencie impedimenta protulerant, ad aliamque Dietam futuram omnibus postergatis venire, aut saltem Procuratores cum mandato sufficienti (*mittere*) promiserant, hanc presentem Dietam in aliam affuturam, ex toto corde, labore quoque serioso studuerimus prorogare; ut omnibus nobis congregatis, & gracia Spiritus septiformis unitis, matura simul & morosa deliberacio omnia dissidia ad pacem ordinaret, que acceleracio prefestina fronte precipiti ad deteriora perducere bene posset; Tamen predictus D. Burggravius *Nurenburgensis* absque nostris consilio & voluntate, ymmo contrasuadentibus & contradicentibus nobis expresse, una cum dictis . . *Wernhero* Archiepiscopo, & Dno Duce *Ludewico*, Domini nostri Pape inobedientibus, nec in eo graciam & communio-

nionem Apoſtolice Sedis habentibus, alias XX die menſis Septembris, retro Eccleſiam S. *Bartholomei*, precipitanter et ex abrupto, nulla penitus debita vel conſueta ſolempnitate ſervata, ad predictam noſtri, & veſtri Dni Regis *Ungarie* electionem (ut cum reverencia loquamur de iure nullam, nequaquam in eo D. N. Regi derogando) de facto proceſſerunt; ipſum quoque, populo ad tale ſpectaculum congregato, licet pauco, in Regem pronunciantes Romanorum. Que quidem electio qualis ſit & quanta, nec non ex eligentium paucitate, ſimul & inhabilitate, & variis aliis cauſis invalida, conſiderare poterit prudens homo.

Et quia nos, conſultius maturiusve procedere ſatagentes, vera relacione didicimus, prefatos Illuſtriſſimos Principes & Dominos noſtros, D. Iodocvm, nunc Romanorum, D. Wentzlavm, *Bohemie* Reges, & Illuſtrem D. Rvdolfvm Ducem *Saxonie*, Principes Catholicos, & ad eligendum idoneos, ſuos habere procuratores in via, ad hunc locum electionis cauſa veniendi; nosque conſulte ſuaſerimus dicto Burggravio diucius remanere, & Canonicam & Catholicam noſtram, & aliorum Electorum Principum electionem expectare; idcirco poſt hec advenientibus Venerabilibus dictorum Regum, & Principum Catholicorum, graciam & communionem Apoſtolice Sedis habentium Procuratoribus, & nunciis, mandato ſufficienti ſuffultis, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, ſancte Genitricis Marie, tociusque Curie celeſtis, nec non in decus, honorem, utilitatem & commodum ſancte matris Eccleſie, Sacri Imperii, omnium Xpi fidelium, & tocius Reipublice ſalutem, poſt plures tractatus prehabitos hodierno die, quo videlicet Spiritus ſanctus in filios adoptionis infudit, poſt decantacionem Miſſe ſolempnis in Choro Eccleſie S. *Bartholomei*, ſecundum ritum hactenus conſervatum ad electionem Romanorum Regis proceſſimus, omnesque nos Principes Electores, per quinque voces & vota nos concorditer conſencientes, in unum convenientes, Sereniſſimum & glorioſiſſimum Principem & Dominum Iodocvm, tunc Marchionem *Brandenbur-*

burgensem, & *Moravie*, assencientibus Procuratoribus eiusdem, & procuratorio nomine in se recipientibus electionem eandem, coram Procerum, Nobilium, Magnatum, Prelatorum, & Populi multitudine copiosa, in verum unicum & indubitatum Regem pronunciavimus Romanorum. Pro constanti tenentes, quod hec electio canonica, iusta simul & sancta Domino nostro & vestro Regi *Vngarie*, tamquam in favorem sui Regii nominis & sanguinis facta, placere debeat, & in omnibus fore grata. Vestras quoque Dilectiones cordialius exhortantes, quatenus predictum D. Regem *Vngarie*, Dominum nostrum & vestrum informare velitis, ut refutato negocio, quod tam indiscrete, simul & precipitanter inobedientium presumpsit ausus, nostrumque Electum, & electionem sua Gracia habere dignetur recommissos, ipsi Electo nostro in consummatione tante rei, videlicet reformationis totius orthodoxe fidei, & Ecclesie Catholice, simul & universalis Status Imperii nedum magnifice, sed & viriliter & potenter assistendo, in quo quidem ipse D. N. Rex una vobiscum apud omnium retributorem gloriam nedum in terris, sed & feliciter obtinebit in excelsis.

Datum in opido *Franckfurd*, prima die mensis Octobris Anno Domini MCCCCX. *1. Oct.*

IOHANNES *Moguntinensis* } Archiepiscopi, S. Imperii Electores.
& FRIDERICVS *Coloniensis* }

Reverendis in Xpo Patribus - - Archiepiscopis - - - Episcopis, - - Prelatis; nec non Magnificis, Nobilibus, & Venerabilibus Viris, Consiliariis Domini nostri Regis Vngarie. Amicis in Xpo nobis Carissimis.

Subtus minio scriptum: „Nota, quod IODOCVS Marchio *Moravie*, electus per Archiepiscopos *Maguntinum* & „*Coloniensem* in Romanorum Regem, anno quo supra mortuus „est & sepultus perpaucos dies ante festum *Conversionis* Sci „*Pauli*.

XXVII.

IOD CVS *Marchio* Moraviæ, *ob emptam a Patruele* SIGISMVNDO *Marchiam* Brandenb. *Imperii Archicamerarius & Princeps Elector*, * *declarat erga* Moguntinum & Coloniensem, *quodsi eorum benevolentia eligeretur Rom. in Regem, se pro viribus Dignitatem hanc manutenturum; nec destiturum, nisi de plenissima utriusque voluntate. Insuper spondens, sicubi facienda ipsius Electioni sese opponeret Rex* Hungariæ SIGISMVNDVS, *nulliter iam electus a* Treverico & Palatino; *omnem tunc velle adhibere operam, ut electio ipsius præcipitata vanesceret.*

An. 1410.

* PISSINA Mars Morav. *p.* 48.

ex Autogr. WIr Jost von Gots gnaden Marggrave zu Brandenburg, des heiligen Richs Ertzkamerer, und Marggrave zu Merern. Bekennen u. thun kunt offinlich mit diesem brieff allen den, die yn ummer sehen oder horen lesen, daz wir mit gutem furrade, rechten wissen, und von fryhen willen uns gein den Erwirdigen in GOte Vattern, Hern Johann zu Mentze, und Hern Friderich zu Collen Ertzbischoffen, des heil. Richs Ertzcancelern, unsern Mitkurfursten u. besundern Frunden verwilkoret, verbunden, versprochen in rechter warheyd, und by unsern furstlichen eren geredt; und mit guten truwen an eydes stat vesticlich gelobt hain; verwilkoren, verbinden, versprechen, gereden u. globen geinwertlich in crafft dies brieffes; Also werez sache daz wir von GOtes fursehunge u. ordenunge zufurderst, und darzu mit Kore u. Wale der egenanten unser Mitkurfursten u. frunde der Ertzbischoffe zu eyme Romischen Konige erwelt u. gemacht wurden, daz wir uns derselben Koniglichen Wirde mit unser cronunge, und allen andern sachen, handelungen, ussrichtungen, u. was sich darzu geheischet,

mech-

mechtiglich und gentzlichen annemen, underwynden; die beherten u. daby bliben; die zu ende follenfuren, nicht davon treden, noch ablassen sollen, oder wollen in eyniche wise wie daz komen oder gesin mochte; wir theden ez dann mit willen, wissen u. verhengnisse der egen. unser Mitkurfursten u. frunde. An (ohne) allerley geverde.

Auch als der Erwirdige Her Wernher Ertzbischoff zu Triere, und der Hochgeborn Furste Her Ludewig der Junger, Paltzgrave by Ryne u. Hertzoge in Beyern in den dingen, als die zu dieser zyt des keine macht hatten in dem Rechten, * gekorn, und zu eyme Romischen Konige gewelet den Durchluchtigesten Fursten, Hern Siegemunde Konig zu Ungern unsern lieben Vettern; Werez, daz sie sich widder unser Kore und die vorgen. unser Mitkurfursten u. Frunde setzen, und soliche ire Kore beherten wolten; daz wir widder die egenante, den Ertzbischoff von Triere u. Hertzog Ludewig, und die vorgen. ire Kore mit lybe, gute, u. unser gantzen macht sin sollen, daz soliche ir Kore vernychtiget, und slecht abegetan werde, mit Wegen die sich darzu heischen, ez sy geistlichen oder werntlichen; und sollen auch mit yn keynen frieden, Sune oder richtunge angeen, oder offnemen, wir thun ez dann mit rade, willen, wissen oder verhengnisse der obgen. unser Mitkurfursten u. frunde; und, wir haben dann sie, u. ire Stiffte auch versorget, und in solicher richtunge versichert, als uns selbs. Ußgescheiden allerley argeliste, u. ane geverde.

* *tangit* Interdictum, *callide latum* a Moguntino, *Electionem in loco* (Ecclesia D. Barthol.) *consueto, fieri impediens. Vid.* n xxx. *not.* bb.)

Des zu urkunde ist unser Ingesiegel an diesen brieff gehangen. Datum *Franckfurdie*, ** feria tertia post diem sancti Michaelis archangeli Anno Domini *Mill. Quadring°. decimo.*

** *Quum* IODOCVS *ipsi electionis actui vix interfuerit propria in Persona, hinc opinamur, prababitis Litteris adhibitam chartam, quæ vulgo* bianca *vocatur.*

XXVIII.

Edictum Archidiaconi, de facta praesentatione ad ecclesiam in Nuvern. *

An. 1410.

* *vulgo* Nabern, *Villa* prope Wetzlariam *sita, territorii Solmensis.*

ex Autogr. IOHANNES de *Attenderne*, Commissarius Venerabilis Dni CONONIS *Irsuti Comitis* de *Beimburg*, Archidiaconi in Ecclesia *Treverensi* & Sci *Lubencii* in *Dietkirchen*, Plebano in *Wetflaria* & aliis universis Ecclesiarum ac Capellarum Rectoribus dicto Archidiaconatui subiectis - - - salutem in DOmino.

Supplicarunt nobis Strenui IOHANNES *Wolfeskele* senior
* *v.* T. II. *p.* 267. & IOHANNES *Wolfeskele* iunior, * & ERWINVS *Kreich*, quod cum ipsi nobis Honestum virum, Dnm IOHANNEM *Hunerfoet* Presbiterum ad ecclesiam paroch. in *Nuvern*, vacantem - - - per obitum quondam CONRADI *Meusche* ultimi ipsius ecclesie Rectoris, pure propter DEVM presentassent; quatenus nos ipsum Dnm *Iohannem* de eadem investire dignaremur. Nos vero attendentes Dictum Apostoli, dicentis: *Nulli cito manum imponas:* volentes eciam unicuique ius suum illesum conservare; Vobis, & cuilibet vestrum - - - - sub pena suspensionis districte precipiendo mandamus, quatenus dictam ecclesiam in *Nuvern* accedatis, & ibidem publice proclametis, ut omnes & singuli qui sua quidquam in dicta ecclesia crediderint interesse, ipso die bti *Calixti* compareant coram nobis, Ius suum, si quod eis competat in d. ecclesia, ostensuri. Alioquin, ipsorum contumacia non obstante, circa dictum Presentatum, prout iustum fuerit procedemus. Reddentes litteras
4. 08. sigillatas in signum execucionis. Datum *Dietkirchen* feria tercia post *Remigii*. Anno Dni MCCCCX. sub Sigillo prefati Dni *Cononis* Archidiaconi.

XXIX.

XXIX.

IODOCI *R. Regis neo electi amplissima, Privilegiorum, in gratiam AEpi* Ioannis *facta confirmatio.*

An. 1410.

IODOCVS *divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus* ad perpetuam rei memoriam. Etsi Regie Maiestatis circumspecta benignitas universos & singulos fideles, quos Romanum ambit Imperium, ex innata clementia pio favore prosequitur; ad illorum tamen honores & commoda promovenda uberius aspirare tenetur, quorum fides est amplius comprobata operibus; quique pro exaltandis nostris et Sacri Imperii iuribus non desinunt sustinere sollicitudines continuas, & labores.

Eapropter ad universorum, tam presentium quam etiam futurorum volumus notitiam pervenire, quod nos attendentes sincere devotionis affectum, et fidei puritatem, qua Venerabilis IOHANNES, sancte *Maguntinensis* Ecclesie Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Princeps noster dilectus, et sui predecessores erga nos, & sacrum Romanum Imperium constantibus animis fidelissime claruerunt; pensantesque ipsius curam pervigilem, & labores assiduos, quibus pro augendis nostris & sacri Imperii honoribus se reddidit, et crebro reddit solicitum & intentum; Iustis igitur suis Supplicationibus benignius annuentes, omnes & singulas libertates, litteras, concessiones & donationes quascunque, a Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, nostris predecessoribus ipsi Venerabili *Iohanni* suisque predecessoribus & eorum cuilibet, ac dicte sancte Maguntinensi Ecclesie concessis, tam de theoloniis alveorum Reni & Mogani, *Grinsheim*, * *Erenfels*, *Lanstein*, *Hoeste*, *Ascbaffinburg*, quamaliarum aquarum ac viarum et stratarum in districtu dicte Maguntinensis ecclesie; nec non Monetis cudendis infra civitates Magunti-

* Gernsheim.

guntinenſ. et extra in locis et terris prediĉte eccleſie; Item de ſubditis, tam Nobilibus quam Miniſterialibus ſive Caſtrenſibus non evocandis ad Iudicium Curie noſtre, quomodolibet factas, ratas, et gratas habentes, ipſas auctoritate Regia approbamus, ratificamus, & confirmamus. Item conceſſiones et donationes Iudeorum intra civitatem & dominia ſua conſiſtentium, et qui in eadem civitate et dominiis ſuis moram trahunt, de cetero a nonnullis noſtris predeceſſoribus, ipſius Archiepiſcopi predeceſſoribus et eccleſie Maguntinenſi factas & confirmatas, eadem auctoritate Regali ex certa noſtra ſcientia confirmamus. Preterea univerſas & ſingulas donationes, conceſſiones, & indulta privilegia et litteras, que & quas ſuper Iuribus, libertatibus, graciis, conſuetudinibus, uſibus, obſervanciis et immunitatibus; nec non ſingulis feudis, prediis, caſtris, opidis, villis, munitionibus, iurisdictionibus altis & baſſis; pignorum ſeu ipothecarum obligacionibus, iudiciis, theoloneis, venationibus, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, nemoribus, aucupationibus; et quibuscunque dominiis et pertinentiis ſuis; et preſertim ſuper iure, commodo et honore officii Archicancellariatus, que prefatus Iohannes Archiepiſcopus, ſui predeceſſores et Eccleſia Maguntinenſis a nobis, & clare memorie Divis Romanorum Imperatoribus ſive Regibus predeceſſoribus noſtris, obtinuiſſe noſcuntur, in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis & clauſulis de verbo ad verbum prout ſcripta ſeu ſcripte ſunt, acſi tenores ſinguli preſentibus inſerti conſiſterent; etiamſi de his in preſentibus iure vel conſuetudine deberet fieri mentio ſpecialis, approbamus, ratificamus, et de ſolita benignitate Regia confirmamus ex certa noſtra ſcientia, ac etiam preſentibus innovamus; Ipſumque Archiepiſcopum et Eccleſiam Maguntinen. Eccleſias & monaſteria, ac eccleſiaſticas & ſeculares perſonas ſibi ſubiectas et ſubiecta; nec non opida, caſtra et villas atque territoria, loca et diſtrictus, Vaſallos & ſubditos dicte Eccleſie, in quibuscunque conceſſionibus et gratiis, privilegiis & libertatibus ipſi Archiepiſcopo et eccleſie Magunt. predictis quomodolibet conceſſis vel indultis; nec non in ſtatutis & bonis

nis consuetudinibus suis, per ipsos & apud ipsos hactenus habitis et observatis, manutenebimus & conservabimus, et efficiemus inviolabiliter observari. Et hec omnia et singula observanda integre, voluntate libera, & motu proprio nos presentibus obligamus. Inhibentes universis & singulis Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Civibus & Vniversitatibus terrarum, districtuum, civitatum & locorum sacri Imperii, qui pro tempore fuerint; cuiuscunque etiam dignitatis, preeminentie seu status existant, fidelibus nostris, ne prefatum Archiepiscopum, Successores suos & ecclesiam Magunt. et clerum, imperpetuum, adversus presentis nostre approbationis, ratificationis et confirmationis, nec non innovationis indultum impediant, aut sinant quomodolibet impediri.

Et quia ad presens Regio Maiestatis Sigillo caremus, ideo motu nostro proprio presentium sub tenore nos astringimus, sub fide Regia promittentes, quam cito nos Regalem coronam continget suscipere, quod ex tunc in forma meliori omnia & singula privilegia, libertates, donaciones, concessiones, et indulta quecunque, que prefatus *Iohannes* Archiepiscopus, sui predecessores et Ecclesia Maguntinensis a divis Romanorum Regibus et Imperatoribus habent & obtinuerunt, sub nostre Regie Maiestatis Sigillo confirmabimus et innovabimus, contradictione & impedimento cessantibus quibuscunque. Et si qui in prefatis privilegiis, litteris, gratiis, confirmationibus, concessionibus, innovationibus & indultis, de iure vel consuetudine omissi defectus reperirentur, per quos ipsis, Archiepiscopo, Successoribus et Ecclesie sue preiudicium posset generari; huiusmodi defectus de nostre Regie Maiestatis plenitudine potestatis tollemus, et id, quod defecerit, vel omissum fuerit, supplebimus, et etiam presentibus habere volumus pro adiecto.

Dantes presentes litteras in fidem premissorum, Regio nostro Sigillo * sigillatas. Anno domini *Millesimo quadringen-*

26. Xbr. *gentesimo decimo.* Regni nostri Anno primo, ipso die beati *Stephani* Prothomartyris.

De Mandato Domini Regis
LAVRENTIVS Prothonotarius.

* *Impressam cera rubra Aquilam simplicem, hac ambit inscriptio:* IODOCVS DEI GRACIA ROMANORVM REX SEMPER AVGVSTVS. *Dummodo fuisset additus expeditionis Locus.*

XXX.

REFVTATIO *praecedentis Epistolae, per* ANONYMVM.

An. 1411. Kal. Ian.

Hanc pariter (vitiis, non Typographo, sed oscitanti Copistae imputandis valde depravatam) Author Vindemiarum *publicavit. Quandoquidem* a) *interpunctiones, perperam modo factae, modo neglectae, sensum reddunt prorsus obscurum. Cohaerentiam orationis impedit, & obscuritatem auget* b) *culposa vocabulorum, numero plurium, immo & versuum, omissio. Tantis defectibus quum accedat,* c) *idque principaliter, quod* Anonymus *iste, [alter Aureae Bullae interpres] uberrimas operi suo addiderit Notas, Contextum litteris undequaque minutissimis ambientes, apographo* Schanat. *verisimiliter non appositas; His inquam de causis futurum confidimus, molestum fore nemini, hocce Schediasma producere completum, in sua puritate & perfectione.*

VENERABILES Domini & Amici carissimi. Vidi quandam copiam unius missive, per Dnos *Moguntinensem* & *Coloniensem* Archiepiscopos Dnis Consiliariis Invictissimi Principis Dni Romanorum & Vngarie Regis circa materiam gestorum in Dieta *Franckfurdensi*, que fuit in mense Septembri preterito, destinate; et quia contenta inibi statum dicti D. Regis, eius sanctam, iustam, & omni exceptione maiorem Electionem in Regem Romanorum, futurum Cesarem Deo auspice promovendum, & personas Dominorum nostrorum eundem eligentium sugillare, fucatis quibusdam coloribus moliuntur; licet vos, & alios credam Factum, ut se habuit fideliter enarrasse; tamen, quia vobiscum interfui, & singula quoad merita cause ibidem gesta vidi & audivi; idcirco in simplicita-

citate, veritatis amica, dicte Electionis modum & ordinem, quantum ad rem pertinere videtur, & ego memorie commendavi, duxi presentibus explicandum; inter medias narrationes, iacula, que dicti Dni Regis, & Dnor. nostrorum eum eligentium, in hac parte iustitiam vulnerare nitebantur, pro mei talis qualis intellectus modulo, *legitimo tramite* (a) dispulsurus.

Est namque verum, quod cum dictus D. Maguntinus Principes Electores, spreto tamen *contra fas* (b) dicto D. Rege Marchione Brandenburgensi principe Electore, ad festum S. Egidii preteritum, pro electione Rom. Regis celebranda per diversorum tenorum Litteras, Imperialibus constitutionibus super huiusmodi editis, tam in *termini prefixione*, (c) quam in residuo litterarum, que unius certi *immutabilis* (d) tenoris esse debuerant, minime observatis, ymmo *cautelose* (e) alteratis, *substantialibusque* (f) ommissis, prout patentibus eius Litteris edocetur, ad predictum Franckfurdense opidum convocavit; Domini nostri, Archiep⁹ Treverensis & Comes Palatinus Reni, huiusmodi multiplicem Maguntini negligentiam, propter quam a iure sue vocis de rigore Constitutionum predictarum in Bulla aurea contentarum *ceciderat* (g) pro hac vice, pacis intuitu pie dissimulantes, non tamen *renuntiantes*, (h) una cum dictis Magunt. & Coloniensi Archiepiscopis comparuerunt in loco & termino prelibatis; nec per Dominos nostros *stetit*, (i) quo minus in exordio negotii Missa de Sancto Spiritu in ecclesia S. Bartholomei celebraretur, & iuramentum solitum prestaretur; sed Dns Maguntinus loci Ordinarius hoc, ut ex post apparuit, *disposuerat* (k) pretermitti.

Post paucos vero dies Dns Fridericus Burggravius Nurenbergensis, pro parte dicti Dni Regis tamquam Marchionis Brandenb. principis Electoris, *re adhuc integra* (l) supervenit, petens se admitti, & publice offerens nomine d. Dni Regis, cuius plena ad hoc erat potestate munitus, sancta, iusta, & plurima laude digna; uti etiam d. Dni Magunt. & Coloniensis - - suis litteris confitentur. De his autem, que ipsi scribunt, eum in privato coram asseruisse, credendum est, Dnm Burg-

Burggravium in his, & aliis ibidem geſtis ſe legalem habuiſſe; quem etiam . . Domini noſtri, nomine D. Regis tamquam principis Electoris, qui & *alias*, (*m*) quicquid alii ſcribant, ut talis, fuit ad Imperii tractatus per quatuor tunc Electores evocatus, & ſic in poſſeſſione Electorie fuerat *defendendus*; (*n*) maxime cum conſtaret, eum fore *Heredem* (*o*) Marchionatus Brandenb., nec aliquis oppoſitor compareret, aut quiſquam de iure alterius fidem faceret, ut decuit admiſerunt. *Nampoſito* (*p*) quod alter quicunque Marchionatum pred. in totum vel in parte, magna aut modica, iure pignoris detineret, quoad electionem tamen, vel preſentationem faciendam, d. D. Rex, tamquam verus Dominus & heres ipſius, cenſetur legitime poſſidere.

Sed *quid alii* (*q*) Archiepiſcopi Dno Burggravio - - ſuper per eum petitis & oblatis reſponderint, ſciunt ipſi. An vero, & quomodo ad unum ſua, ut circa hoc ſcribunt, aſpirabat intentio, ex diviſione, quam nedum in ſacro Imperio, ſed etiam in inclita Bohemie Domo facere, quantum in eis eſt, ſtuduerunt, eliciat prudentia ſapientis.

Satis tamen de eo mirandum eſt quod ſcribunt, ſi qui ſuper nominatione ſpecifica D. Regis ſibi feciſſent mentionem, hoc abſque eorum notitia proceſſiſſe; cum nonnulli Magnates de potioribus apud eos, de hoc fuerint & ſint coram ipſis nominatim evidenter & publice inculpati, nec per eos appareant de tanta fictione aliquatenus redarguti, ymmo hodie ſua ſecretiſſima expediunt per eosdem.

Qvidqvid autem alii ſcribant, Domini noſtri nec horam nec locum umquam refutaverunt unanimis electionis, quin ymmo eosdem Dnos Magunt. & Colonienſem - - per ſe & per ſuos pluries requiſiverunt, ut electioni operam darent, pro qua venerant, celebrande. Et quamvis inter mutuos tractatus hinc inde habitos dicti . . Magunt. & Col. . . per diverſas ſimulationes, nunc ſe recedere, ſarcinis navigio deputatis, nunc vero ſe dictum D. Regem eligere velle fingentes,

tes, pretenderent tandem rem differre, ac in alium terminum prorogare; non tamen visum est Dominis nostris, memoratis *Statutis Imperialibus* (r) & aliis *Iuribus* (s) in Electionis simili materia promulgatis consonum, propter quecumque *impedimenta* (*s) allegata negotium prorogare, & alium terminum statuere ad provisionem Imperii, quod non sine gravi iactura diucius vacaverat, imminentem, seu quemvis Electorum, post terminum peremptorium *iuris & hominis* (t) lapsum; absentium nec per Procuratores ut commodissime potuerunt comparentium, expectare; quin ymmo *Penas* (u) in dictis statutis comprehensas, presentes Electores si hoc fecissent, rationabiliter incidissent; presertim cum id, quod pro impedimento absencium allegabatur, dolenda videlicet strages & Xpiani sanguinis effusio in Prussia, potius augeret quam minueret causam accelerande provisioni Capitis temporalis; nec est vel fuit Electorum vacante Imperio, sic nec Cardinalium vacante Romana Ecclesia, quicquam de statutis super Electionibus huiusmodi editis immutare.

DENIQVE omnis dies, ymmo quelibet hora diei, quo vel qua maior pars Electorum presentium post lapsum termini iuris & hominis concordaret, & ad electionem procedere vellet, non comparentibus Electoribus, per se aut procuratores, de iure *peremptorius* (w) terminus est censendus; adeo quod post talem electionem publicatam, a quantumcunque paucis factam, quicunque aut quanticunque comparentes, etiamsi venirent die tercia, nichil agunt. Sicut enim in electione Papali X. dies, ab obitu Pape numerandi, pro expectandis Cardinalibus absentibus sunt *statuti*, (x) sic in Regali tres menses, post nuntiationem secundum formam Bulle auree faciendam, omnibus Electoribus tribuuntur; quibus lapsis, Electores, per se aut procuratores in loco debito comparentes, non tenentur aliquem Electorum absentium *expectare*; (y) nec ad electionem Regis Rom. maior pars omnium Electorum, sicut nec in electione Pape due partes omnium Cardinalium requiruntur, sed sufficit maior pars, per se aut Procuratores re integra, hoc est

 ante-

antequam preſentes elegerint, comparentium, quibus ſolis vox in electione huiusmodi pro tunc competit adhibenda, ſicut ſolis Cardinalibus per ſe comparentibus competit in Papali. Ymmo ſi ex ſeptem Electoribus Imperii *ſoli tres*, (z) per ſe aut procuratores craſtino termini iuris & hominis comparuiſſent, duobus ex illis concordantibus & eligentibus, perfecta fuiſſet Electio celebrata, adeo, quod nec omnes, nec maior pars omnium, poſt hoc de iure eligere potuiſſent.

Vnde poſito, quod Dni Regis ſupradicti Vox, aliqua pretenſa ratione non deberet, prout tamen de iure debuit, computari; nichilominus conſideratis Dni Archiep. Maguntini negligentia, & aliis per eum geſtis, ſupra & infra ſcriptis, Penisque deſuper conſtitutis, prefatus D. Rex a duobus Dominis noſtris ſolis, velut a maiore parte vocum preſentium, electus legitime cenſeretur.

Preceps *autem* (aa) vel abrupta non poteſt dici Electio, que, quamvis ut premittitur quarta vel quinta die poſt terminum fieri potuiſſet, usque ad diem vigeſimum fuit pluribus tractatibus & requiſicionibus precedentibus protelata.

De ſolempnitate vero Miſſe de S. Spiritu in eccleſia S. Bartholomei non adhibita, d. Dns Maguntinus - - fuit & eſt merito inculpandus; Nam Domini noſtri, Ipſo, & Dno Colonienſi - -, per ſe ipſos, & demum per notabiles Conſiliarios ſuos in magno numero pluries ſolempniter, ac etiam fraterne & amicabiliter requiſitis, ut ad electionem per Miſſam inchoandam, & alia oportuna cum eis procedere dignarentur, cum diſpoſuiſſent Presbiteros, Clericos & Cantores pro Miſſa huiusmodi celebranda, exacta diligentia facta non potuerunt, niſi violentiam quam non decuit feciſſent, Eccleſiam ingredi ullo modo; d. Maguntino - - prohibente, & contra *Canonicas ſanctiones* (bb) Eccleſiaſticum interdictum, absque omni cauſa per totum opidum Franckfurd obſervandum, ſtrictiſſime promulgante. Cui, tamquam loci Ordinario, licet Domini noſtri detulerint in hac parte, noluerunt tamen, ſicut nec *debuerunt,*

runt, (*cc*) Electionem obmittere faciendam; alioquin a solius Maguntini Archiep. arbitrio Romani Regis electio dependeret. Nam si omnes Electores presentes forent, & sex concordarent de electione facienda, solus ipse, ecclesiam claudendo, vel locum interdicendo, negotium pro libito impediret, quod absit a sane mentis hominibus opinari; quin potius suo tempore non inpune transeat temeritas prelibata, & procedatur contra similem in futurum.

PROCESSERVNT itaque Domini nostri, una cum Dno Burggravio quo supra nomine, ad cimiterium *Ecclesie memorate*, (*dd*) et ibidem, retro Chorum ipsius ecclesie circa Altare maius, in loco actibus publicis satis apto, Spiritus sancti gratia primitus *invocata*, (*ee*) exhibito, examinato & publice lecto procuratorio Dni Burggravii supradicti, & prestito corporaliter per ipsos tres debito iuramento, ad laudem & gloriam summe Trinitatis, sanctissime Dei genitricis Marie, omniumque Spirituum beatorum, presidium sancte Romane Ecclesie, exaltationem Catholice fidei, provisionem & oportunam restaurationem Imperii, pacem quoque & tranquillitatem universi, dictum Dominum nostrum, tunc Vngarie, nunc eciam Romanorum Regem ad hoc pre ceteris Orbis Principibus *ex omni parte ydoneum*, (*ff*) in totius Mundi Dominum duxerunt publice eligendum. Quam quidem electionem dictus D. *Burggravius* (*gg*) nomine prefati D. nostri Regis & de mandato eiusdem speciali, lectis desuper Litteris sue Regie Maiestatis, in Xpi nomine acceptavit; fueruntque mox, Magnatibus, Nobilibus, civibus, & numeroso ibidem populo congregato, huiusmodi Electio eiusque acceptatio cum omnibus circa predicta tunc gestis & tractatis exposita manifeste. Quibus peractis cum Domini nostri predicti iam functi essent suo officio pro hac vice, provisione videlicet vacantis Imperii, totaliter & indubie quantum *ad Electores pertinet* (*hh*) iam completa, non videbatur Dnis nostris aut dicto Burggravio ulterius expectandum.

VERUM ad id, quod de quadam *inhabilitate* (*ii*) ſcribentes alii calumpniantur, eſt taliter reſpondendum, quod cum prefati Dni noſtri ſint parati, & ſemper fuerint de *veritate facti* (*kk*) & iuſtitie meritis in cauſa Romane Eccleſie *informari*, (*ll*) nec alique contra eos Cenſure aut ſententie emanarunt; et, ſi forſan generales cuiusquam ſententias pretenderent incidiſſe, licet falſo, nulla tamen declaratio aut denuntiatio ſpecifica fuit ſubſecuta; et ob hoc DD. noſtri non ſint nec fuerint ab exercitio ſuorum iurium, preſertim *mere temporalium* (*mm*) repellendi; Cum inſuper adhuc pendeat terminus, infra quem, ſi DD. noſtri ad alteram partem declinaverint, ſint & fuerint ante dictam electionem, ex tunc prout ex nunc, & ex nunc prout ex tunc a pretenſis, ſi quas incidiſſent, ſententiis plenarie *abſoluti*; (*nn*) nec ante lapſum illius termini dici poſſint quibuscunque pretenſis ſententiis *innodati*; (*oo*) non ſunt inhabiles, aut gratiam vel communionem Sedis Apoſtolice non habentes; neque pro talibus, quacunque pretenſa occaſione, ſcribendi tenendi aut aliquatenus reputandi. Et quia, *non relatione* (*pp*) criminum, ſed innocentia Reus purgatur; nec in electione Regali, ſicut nec *in Papali* (*qq*) tales exceptiones ſunt *ullatenus admittende*, (*rr*) ideo forſan nonnulla, que ex adverſo DD. noſtri obicere * poſſent, hucusque propter melius obmiſerunt; maxime, quod nec obiurgationibus delectantur, nec talia Principum litteris decere reputant inſerenda.

* *nunquam* cum ii.

Ex his igitur, facti qualitate, & conſtitutionibus Auree Bulle, aliisque iuribus, Canonicis & Civilibus ad hanc materiam facientibus ponderatis, ſatis luculenter apparet, Electionem prefati D. Regis, ut premittitur, legitimam ſanctam iuſtam perfectam, & perinde habendam, *acſi ab omnibus* (*ss*) ſacri Imperii Electoribus fuiſſet unanimiter celebrata; Ipſumque Dnm noſtrum, verum & indubitatum Rom. Regem fore in Ceſarem promovendum; pretenſam quoque electionem de Illuſtri Principe, Dno IODOCO Marchione Moravie, Viro utique magnifico, prudente, grandevo, induſtrio & experto, cuius veneranda ſenectus de iure a publicis muneribus *excuſatur*,

tur, (*tt*) etiamsi ab omnibus indubitatis Electoribus post *primam electionem* (*uu*) fuisset celebrata; maxime cum notabile fuerit *intervallum*, (*ww*) que tamen a duobus duntaxat Electoribus, quorum unus voce caruit * ut premittitur, & quibusdam pretensis Procuratoribus, satis modice conditionis hominibus, de quorum mandato publice non constabat, & hodie dubitatur, fuit agitata; quorum etiam Procuratores constituentium unus † non creditur Elector, salvo illeso alias eius statu, de facto temerarie attemptatam, nullam, invalidam, irritam & inanem.

* *Moguntinus.*

† Iodocus.

QVE omnia non ambigo exactas Circumspectiones vestras limpidius intueri; ac ubi, coram quibus, quando, & in quantum expedire noscitis, divulgare. Ea tamen, que videntur se ad ius scriptum referre, quantum festinanter occurrebat, duxi in marginibus, paucis allegationibus Textuum, & Notarum utriusque Iuris, ac etiam Bulle auree, quam precipuum ius in hac parte facere estimo, taliter qualiter roboranda.

NOTÆ.

Legitimo tramite (*a*) Hoc est ex ratione Legum & Canonum, ad hanc materiam facientium. Nam in toto corpore Iuris civilis, quantumcunque latissimo, de Electione Regis Rom. ad litteram nichil penitus reperitur. Nec mirum, quia legum compilator, & in magna parte conditor *Iustinianus* primus imperavit, quando Imperium adhuc erat apud Grecos, et generis successione devolvebatur ad Heredes, per CCC. annos & ultra. Post hoc fuit primo translatum in Germanos in persona KAROLI *Magni*. Post cuius tempora iterum generis successione devolvebatur ad heredes, quasi per CC. annos, usque ad tempora *Ottonis* III. Tunc primo creati fuerunt Electores Imperii, ut ex Cronicis apparet. Nulla tamen Lex super hoc edita reperitur in corpore Iuris Civilis comprehensa; sed in Iure Canonico habetur Decretalis *Venerabilem*, in tit. *de Elect.* hanc materiam tangens, non tamen modum aut ordinem Electionis faciende diffiniens ullo modo. - - Vnde necessarium opus fecit dive mem. Dns *Karolus* IV, formam & modum huiusmodi electionis in *Aurea Bulla* provide statuendo per pragmaticam Sanctionem, hoc est de consilio & assistentia omnium Electorum — — —

contra fas. (*b*) Plus enim nocet contemptus unius, quam contradictio multorum. - - - In Aurea quoque bulla statuitur, ut Archiepiscopus Maguntinus singulis principibus Electoribus electionem eandem patentibus debeat Litteris intimare.

termini prefixione (*c*) Exprimendo terminum ad quem aliter, quam deberet secundum tenorem Bulle.

immu-

immutabilis (d) - - - - †

† *In allegat. Iur. consistentia: que pretermittuntur.*

cautelose (e) Nam in Litteris, directis Dno Duci LUDEWICO, que fuerunt sub lingwa vulgari, obmisso termino a quo, solum expressit terminum ad quem, & fecit eas iuniores Date, in septem diebus, quam alias litteras Et in omnibus aliis Litteris Electoribus directis, expresse terminum a quo, ET terminum ad quem.

substantialibus (f) - - - -

cecciderat (g) Licet ista Pena non exprimatur circa Statutum, quo mandatur, AEpiscopum Magunt. omnibus intimare, & certam formam observare &c Tamen sub eadem Rubrica, *qualis debeat esse Conductus* - - - clare dicitur - - - que clausula ad minus extenditur ad Leges & constitutiones sub eadem rubrica ante & post comprehensas; inter quas est, quod Moguntinus vocet omnes sub certa forma, & immutabili. Ergo locus est Pene, quam ipso iure dinoscitur incidisse, propter verbum *careat*, quod importat latam sententiam - - -

renuntiantes (h) Tacite, nec expresse. Non enim secum elegerunt; et licet eum requiri fecerint ut ad eos veniret; si tamen venisset, protestati fuissent, prout de iure potuissent - - - -

stetit (i) - - - -

disposuerat (k) Licet enim in Aurea Bulla dicatur, quod Electores faciant Missam celebrari, suum tamen pre aliis erat hoc disponere; tum quia Decanus Electorum dicitur, tum quia habet dare formam iuramenti, tum quia loci est Ordinarius; sed ipse contrarium disposuerat, ut sui publice retulerunt, & inferius continetur.

Re adhuc integra (l) Quia adhuc non erat processum ad electionem. Alioquin si ante ipsius adventum ex quatuor presentibus tunc tres fuissent concordes, & elegissent, tarde venisset - - -

alias (m) Quando agebatur de mutatione Imperii, & dive mem. Dns RUPERTUS fuit electus in Regem.

defendendus (n) per interdictum uti possidetis - - - -

heredem (o) Et per consequens in possessione tuendorum & admittendorum iurium ad hanc hereditatem spectantium, donec de contrario legitime appareat - - -

nam posito (p) Ista ratio sumitur ex eo, quod Creditor, licet quoad aliqua dicatur possidere pignus vel ypothecam, non tamen quoad omnia. - - - - Non obstat quod habetur in Aurea Bulla sub Rubrica *de unione principum Electorum*, ubi statuit Imperator, quod possessor Principatus, cuiuslibet etiam iuris & vocis debeat libera possessione gaudere. Dico enim secundum premissa, debitorem in hoc casu potius possidere, quam Creditorem — — — — Puto autem, quod mens Imperatoris statuentis in dicta Rubrica fuerit hec, quod licet alicui Principum Electorum moveatur questio seu controversia super dominio, puta, quod dicit alter se verum Heredem, vel sibi competere Vocem aliunde, aut sibi esse provisum de ecclesia, Coloniensi vel alia, a Papa &c. Tamen possessor Principatus, non iure pignoris sed iure suo debeat habere Vocem, & cetera iura principum Electorum. Nec est credendum, fuisse de mente KAROLI, quod possidens iure pignoris, a quo cotti-

cottidie poteſt redimi poſſeſſio, & qui poſſet quandoque eſſe modice condicionis, debeat habere vocem eligendi; alioquin valde inſtabile foret ius Electorum. Dicit etiam Lex — — —

ſed quid alii (q) Que hic ſequuntur, facti meri ſunt, & Iuris ſuffragia non expoſcunt.

Statutis Imperialibus (r) que in Aurea Bulla clare volunt, quod . . Electores non debent recedere a loco *Franckfurt*, niſi prius maior pars eorum temporale Caput mundo eligat, ſeu populo Xpiano. Et, ſi dicatur, *hoc eſt verum preſtito iuramento, ſed ante preſtitum iuramentum recedere poterant*, ut alii pretendebant; dico cum reverentia, quod ymmo nec ante preſtitum iuramentum, nec poſt, debent a loco recedere, niſi prius &c. ut ſupra. Si enim non preſtant iuramentum in initio, ut deberent ſtatim altera die poſt Miſſam facere, peccant hi per quos ſtat quo minus preſtetur, & ſtatim ſunt in mora, que - - cuilibet . . . debet eſſe nociva - - -

Iuribus (s) — — — —

[*Prolixa transgreſſio de Regis Rom. electione ad exemplum Papalis accelcranda.*]

Impedimenta (*s) Nullus enim Cardinalium, quantumcunque impeditorum, expectatur ultra X. dies - - - Multo minus hic non debent expectari, ex quo poſſunt mitti Procuratores.

Iuris & hominis (t) Ideo dico *Iuris*, quia terminus trium menſium poſt nunciationem, & terminum ab *homine*, ſcilicet Epiſcopo Maguntino prefixum, eſt *Iuris*; quia in Bulla ſtatutus. Non, infra quem fiat Electio, ſed, quo lapſo ſtatim ingrediantur preſentes Conclave, quod reputo Civitatem totam Franckfurtenſem, quam exire non debent. Primus autem terminus, a quo incipiuntur illi tres menſes, ille eſt Hominis ſimpliciter; nam eum habet arbitrium Maguntini, cum non exprimatur quantus eſſe debeat, licet veriſimiliter coniecturetur, infra quod tempus omnibus poſſint Littere preſentari. In quantum igitur ſecundus terminus, videlicet *ad quem*, dependet a primo termino *a quo*, qui eſt hominis, dici poteſt *Iuris & Hominis*, quoad principium, *hominis*, & *iuris*, quoad finem. - - -

Penas (u) Videlicet privationum Vocum, & Electionis pro hac vice, ſi prorogaſſent & receſſiſſent; Et comedendi panem & aquam, ſi manendo diſtuliſſent, ut in Bulla.

peremptorius (vv) Tunc enim perimitur ius non comparentium, pro illa vice, ſi alii preſentes, per ſe vel Procuratores eligant, etiam ſi prima die eligant; Sed quam diu non eligunt, non perimitur ius comparentium - - - -

Statuti (x) In Cap. *Vbi*, poſt princip. - - cui Capitulo D. KAROLVS ſtatuendo Auream Bullam, quantum circumſtantie patiebantur, quoad Imperialem Electionem ſe conformavit; ymmo aliqua verba, ſi bene ponderantur in Bulla, videntur inde ad litteram ſcripta.

expectare (y) Et ſi dicatur: *ymmo debent adhuc per XXX. dies abſentes expectare* ut in Bulla - - dico, quod iſti XXX. dies non ſunt ſtatuti ad expectandum abſentes, ſed ſunt ſtatuti preſentibus, vel per Procuratores comparentibus, ut interim tractent, ſi volunt, & deliberent quid agendum ſit. - - - Poſſunt tamen nichilominus preſentes, prima die, vel ſecunda aut tertia eligere, ſi volunt; prout in ſimili - - dati ſunt Cardinalibus tres dies ſine pena, deinde alii quinque cum modica pena,

non ad expectandum absentes, sed ad tractandum inter se; cum prima die, lapsis X. prioribus diebus ab obitu, eligere possint — — —

soli tres (z) ymmo soli duo, sicut de Cardinalibus supra demonstratum est. Sed contra hoc videtur facere dictum *Hostiensis* in Cap. *Venerabilem de Elect.* ubi dicit, quod electio Regis Rom. spectat ad Principes ut singulares, non ut Collegium; & sic aut requiritur pars omnium, aut saltem maior pars presentium - - - Sed, salva tanti Doctoris reverentia, istud non est verum, ymmo Electores Imperii collegialiter habent eligere, & eos habet Dns Maguntinus tamquam Decanus convocare. Habent quoque ordinem suum in sedendo & vocem dando, ut clare colligitur ex Aurea B, quam non vidit *Hostiensis*. Sed absque A. B. dictum *Hostiensis* reprobat Dns LVPOLDVS de *Bebenburg*, quondam *Bambergensis* Episcopus Decr. D., nobili ratione - - - Isti enim Principes hoc casu representant universitatem Principum, & populi Xpiani - - - Execque clare patet, quod collegialiter ad Principes spectat Electio; Vel etiam dicitur, quod contemptis aliis, fuerit una electio celebrata - - - - Dicentes, quod ex consuetudine antiqua, tamquam ad Collegium, spectat ad Principes Electio. Et sic, aliis legitime vocatis, & lapso termino iuris & hominis, Voces absentium resident in presentibus, qui soli pro tunc Collegium representant — — — — Maxime autem habet hoc locum, quando vocati, non venientes, dant intelligere mentem suam, quod non velint eligere, sicut aliqui Electores scripserunt in casu isto; Tunc enim potestas eligendi, etiam ante lapsum termini Iuris inter quem debet fieri Electio, devolvitur ad numero pauciores - - - -; multo magis lapso termino, iuris & hominis, ad quem omnes sunt vocati. — - -

Preceps autem (aa) Que sequuntur, facti sunt, & Iuris suffragia non exposcunt.

Canonicas sanctiones (bb) Que volunt, quod non sine notabili & magna causa, ac monitione premissa, Censure ecclesiastice promulgentur - - - Hic autem nec precessit monitio, nec aliqua subfuit causa; ymmo precipitanter & ex abrupto eadem die fuit latum Interdictum, qua Domini nostri eligere voluerunt, solum ad impediendam Electionem - - -

debuerunt (cc) Ymmo videtur, quod in Loco interdicto non debeat fieri Electio, ut notat *Ar.* - - - . Sed *P. AN* [*f. Petrus de Andlo*] determinat contrarium - - - Scilicet, quod bene possit eligi in Loco interdicto; Et hoc maxime verum, quando precipitanter ex abrupto, & in fraudem electionis faciende Interdictum promulgaretur, ut hic factum est. Fraus enim & dolus nemini debent patrocinari.

Ecclesie memorate (dd) Ymmo videtur, quod hec debuissent in Ecclesia fieri secundum constitutionem A. B. - - Fateor, quod de bene esse, & de solempnitate magis decuisset ibi fieri; sed ex quo per eligentes non stetit, quo minus ista solempnitas observaretur, & fecerunt de hoc diligentiam suam, non curatur — — Quis enim vellet dicere, quod clauso palatio Pape, vel alias impedito, Cardinales non possent alibi eligere? certe nullus.

invocata (ee) per antiphonam *Veni S. Spiritus*, cum Collecta *Deus qui corda*; quia Missa haberi non potuit, nec per eos stetit, ut superius est dictum.

ex omni parte ydoneum (ff) videlicet habitudine corporis, cum sit robustus & fortis, & ad prelia aptus, quod decet Cesarem, qui Miles esse debet, & armis vacare - - -, Item ex industria mentis, ex prosapia parentum, ex potentia plurimorum Regnorum;

rum; que, licet aliqui in contrarium producant, dicentes, eum magis occupatum & pluribus intentum; tamen *Karolus M.* habuit omnia Regna Hispanie, Gallie, Ytalie & Germanie, antequam acquisivit Imperium; Et quanto latior est unius Regis potentia, tanto maiori pace subditi perfruuntur. Vnde summa pax tunc fuisse legitur, quando *Octavianus* emisit Edictum ut describeretur universus Orbis, tunc enim natus fuit ipse summus Regum omnium, auctor Pacis - - - Item ex Rubrica *Iustinianum* Legislatorem aparet quod ipse habuit valde multa Regna, unde tempore pacis commoditatem habuit Legum compilandarum, quibus Orbis regitur universus. Item ex circumstantiis dominiorum; Quis enim inter Catholicos principes & Germanos magis dispositus est, in Ytalia & alibi, suo tempore Imperium reformare!

Burggravius (*gg*) Iste, adhibens consensum, auxit numerum per Constitutionem A.B. que, licet loquatur de tribus eligentibus, & quarto consentiente, in casu videlicet, quando omnes VII. Electores essent presentes; paritate tamen rationis est intelligenda etiam in casu, quo tota Electio residet in quinque vocibus, vel paucioribus, quod tunc consensus Tertii augmentet numerum - - -

ad Electores pertinet (*hh*) Hoc ideo sic limitatur, quia multi dubitant, an electus in futurum Imperatorem vel Regem Rom., ante coronationem habeat administrationem Imperii! Quicquid tamen alii dicant, credo quod sic; quodque Dominus noster nunc electus, ex nunc habeat plenum titulum, non tantum Electi, sed Regis Romanorum; et per totum Imperium possit, & debeat administrare, dispensare, privilegia concedere, constituere & destituere, secundum suam voluntatem, rationis tramite regulatam — — —

inhabilitate (*ii*) Hanc inhabilitatem isti arguunt ex divisione Ecclesie, pretendentes Dominos nostros excommunicatos, & per consequens eligere non potuisse - - - Sed solvitur legitime quatuor modis, ut inferius patet. - - - - -

de veritate facti (*kk*) - - - -

informari (*ll*) Et sic non possunt dici pertinaces.

mere temporalium (*mm*) - - - -

absoluti (*nn*) ut patet ex tenore quarundam Litterarum seu Processuum, per modum Constitutionis emanatarum, que fuerunt publicate & affixe valvis Ecclesiarum in *Franckfurt* tempore Electionis de qua sermo; quarum data est XII. Kal. Aug. & habent terminum sex mensium, qui nondum expiravit.

innodati (*oo*) Iste enim dictiones *ex tunc prout ex nunc &c.* hoc importent, ut notant Doctores - - - -

non relatione (*pp*) Verba sunt L. *Is qui Reus ff. de publ. Iud.*

in Papali (*qq*) Non enim potest obici Cardinalibus Papam eligentibus Excommunicatio, suspensio, aut interdictio - - -

ullatenus admittende (*rr*) Ad hoc bene facit Textus B. A. sub rubrica *de Vnione Principum Electorum, & Iurium eis connexorum.* Vbi innuitur, quod possessor Principatus, cuiuslibet & Iuris & Vocis quieta debeat & libera possessione gaudere; Quod ex comparatione electionis Regalis ad Papalem, & aliis rationibus verisimiliter sic intelligendum; quod licet aliquis Archiepiscoporum vel aliorum Electorum pretendatur

datur privatus, depositus, vel non heres, aut alias voce carens, quacunque occasione in A. B. non expressa; seu sit excommunicatus, suspensus vel interdictus, aut alias inhabilis; dum tamen possideat, scilicet Iure suo, non alieno, debeat uti Voce; maxime cum hic agatur de re mere temporali - - -

acsi ab omnibus (ss) Hoc habetur ex Bulla in § *postquam autem, in eodem loco* in princip. Quem sic intelligi: *Ipsi*, scilicet presentes, *vel Eorum*, scil. presentium *maior pars elegerint*, - - Textus Cap. *licet* - - docet. Et pro hoc facit quod habetur in fine Litterarum vocatoriarum, ubi dicitur sic: *alias non obstante vestra seu vestrorum absentia* &c. *finaliter procedemus*. scilicet post terminum trium mensium. Tunc enim, quicunque Electorum (*absens fuerit*,) alii (*presentes*) possunt finaliter procedere; quia in ipsis solis tunc residebit Collegium Electorum, nisi aliorum aliquis re integra superveniret. . .

excusatur (tt) Cum sit maior LV. annis, tales enim a muneribus personalibus excusantur - - - Inter hec autem Munera summum est Imperium seu Regnum Romanorum; Cui qui preest, noctes habet transire insompnes, ut subditis quietem preparet - - - Vnde ad istud supremum munus requiritur homo robustus & agilis. Solebant enim Imperatores antiquis temporibus sex mensibus anni vacare Preliis, & sex Legibus condendis aut exercendis - - - Mirum est igitur, quomodo talis eligatur, qui etiam ratione Etatis, quia septuagenarius dicitur, a testimonio & a tutela excusatur - - - Ex quo satis aparent zelus studium & modus Eligentium secundum; Qui, utinam in hoc & aliis salutem Imperii & bonum publicum quesivissent.

primam electionem (uu) Nam si soli duo Cardinales elegissent Papam lapsis X. diebus, ceterisque observatis, & omnes post hoc alium eligere vellent, tarde venirent - - - Et hoc etiam servaretur in aliis Electionibus inferiorum Prelatorum, etiam posito quod prima electio aliqualiter claudicaret. - - -

intervallum (ww) Licet enim due Electiones possent quandoque fieri uno contextu, absque diversione ad alios actus; et tunc examinandum sit a Superiore, que veniat ex electorum & eligentium meritis, ac aliis circumstantiis confirmanda; tamen ex Intervallo istud locum non habet, nisi prima electio esset notorie ipso iure nulla, nec posset aliquomodo validari - - - - Posito autem, quod iste Electiones non essent facte ex intervallo, sed uno contextu; adhuc, consideratis studiis eligentium, meritis & ydoneitate electorum, noster electus foret ratione multiplici preferendus - - - Sicut etiam per Dei gratiam preferetur a Sede Apostolica & toto mundo. Dummodo audacter manum ponat ad aratrum, non respiciens retro, ut sit aptus Regno Celorum. Quod sibi, & nobis omnibus, honorem & exaltationem eius zelantibus prestare dignetur Marie Filius, pro humana salute hodie circumcisus. Quo videlicet Circumcisionis Dominice die presens Scriptum taliter qualiter est finitum. Quod se ipsum subicit correctioni & determinationi cuiuslibet melius sentientium.

1. Ian. 1410.

XXXI.

XXXI.

IODOCO *præmature defuncto*, & Brünæ *in* Moravia *in Templo* S. Thomæ Ap. *Regio titulo sub Insignibus Imperii condito*, * *tractatum de Successore. Advertere licuit ex* n. XXVI. *animos* Moguntini & Coloniensis *a persona* Sigismundi *prorsus alienos: Quod hæc aversio adbuc fermentaverit post* Iodoci *mortem*, *indicio sunt sequentes Litteræ responsoriæ* WENCESLAI *ad Præsules memoratos; Vnde nimirum elucet, eosdem non fuisse contrarios, ut olim* Depositus *gubernaculis* postliminio *restitueretur. Veruntamen mutata dein rerum facie, Septemviri meritissimum* SIGISMVNDVM, *anno elapso in discordia electum*, Wenceslao *procul dubio adstipulante, bonis avibus confirmarunt.* * Pessina p. 48.

1411.

NB. SIGISMVNDVS *annos Regni a prima electione [cui personaliter non interfuit] in diplom. numerare solebat. Quod suffragium dederit sibimet ipsi, pro fabula reputamus.*

Wenzlau von Gotes gnaden Romischer Kunig, zu allen zeiten Merer des Reichs, und Kunig zu Beheim. *ex Autogr.*

Erwirdigen lieben Nefen u. Fursten. Ewere brive und botschaft, die Jr uns zu diser czeit zu zweyen malen ufeinander von des heiligen Reichs wegen gesant u. getan habt, han wir wol verstanden, und die williclichen ufgenomen; und ouch uß den nicht anders erkant, dann daß Jr unser Erhebunge, und Wirdigunge des heil. Rom. Reichs meinet; und wollet uns, u. unserm Kuniglichen Huse zu Beheim zu Eren u. zu Wirden; des wir euch nicht unbillichen zu dancken haben.

Vnd uff solchen ewern guten willen, den ir zu unser Kuniglichen wirdikeit u. unserm Kunigl. Huse zu Beheim habt u. traget in

den egenanten sachen, so wollen wir nach ewer begirde an unser stat und von unsern wegen, zu der Kure und Wale des heil. Reichs, die *splendida R. Wenceslai Legatio.* Hochgebornen, Ernsten Pfalzgrafen bey Rein u. Herzogen in Beyern, Johansen Burggraf zu Nuremberg, und Bernharden Marggraven zu Baden, unsere liebe Swegere Oheim u. Fursten, und ettliche andere unsere Rete u. libe getrewen mit voller macht unverzogenlich schicken u. senden, sulche sachen des heil. Reichs, und ouch sust alle andere sachen die dorzu notdurfftig sind, von unsern wegen mit euch zu enden u. zu volfuren.

Und darumb so begeren wir an Ew. Libe mit gantzem ernsten fleisse, das Ir zu der Kure u. Wale in den egen. sachen nicht treten, noch die tun wollet, sunder der egenanten unser Fursten u. Rete die wir an unser stat darumb zu euch, als vorgeschriben steet, unverzogenlichen schicken u. senden werden, beyten [erwarten] wollet, mit In die egenanten sachen, als wol billich ist, zu handlen u. zu volfuren, als wir euch des sunderlich wol glauben u. getrauen.

Geben zu Prage, des nehsten Sunabente vor der heiligen Drivaltikeit tage. Unser Reiche, des Behemischen in dem XLVIII, und des Romischen in dem XXXVten Jare.

Ad mandatum Domini
Regis
IOHANNES de *Bamberg.*

Inscriptio. Den Erwirdigen, Johansen zu Meintz, und Fridrichen zu Coln Ertzbischofen, des heil. Reichs in Dewtschen und Welhischen Landen Ertzcantzlern, unsern lieben Nefen und Fursten.

XXXII.

XXXII.

De *facta separatione filialis Ecclesiæ* Brampacensis *a matrice* Voilspergensi.

An. 1412.

[*p. 728. n. 3.*]

JOHANNES *D. G. sancte* Moguntine *Sedis Archiepiscopus* &c. Vniversitati hominum utriusque Sexus Xpi fidelium ville de *Brampach* nostre dioc. salutem in Domino sempiternam, & presentibus nostris Litteris fidem indubitatam adhibere.

Sane dudum bone mem. GVNTHERVS Comes *de* HONSTEIN, tunc Prepositus Ecclesie S. Crucis *Northusensis* . ., pie attendens & considerans, quod Ecclesia S. *Kyliani*, in villa *Brampach* - - situata, ab ecclesia sua parochiali matrice in *Voilsperg* tantum & taliter distaret, quod ipsi parochiani homines utriusque sexus in villa *Brampach* eadem moram & domicilium habentes, & ad ecclesiam - - matricem - - in *Voilsperg* iure parochiali spectantes - -, propter Gwerras, que easdem partes diutius afflixerant, & affligunt indies; & precipue tempore hyemali, propter inundationem aquarum, & alia pericula, - - parochialem ecclesiam matricem - - ad audiendum Divina officia & sacramenta ecclesiastica percipiendi - - commode adire non potuerunt; quodque similiter Rector - - matricis - - - ipsis parochianis suis in filiali Ecclesia predicta, & sub eodem commorantibus & consistentibus ut prefertur, & ex causis predictis ecclesiastica sacramenta, prout expediebat, similiter ministrare commode non potuit - -, quodque etiam propterea aliquando nonnulle negligentie commisse fuerunt, & perpetrate; Quibus attentis prefatus GVNTHERVS tunc Prepositus, de consensu - - devoti HENRICI *Helmberger*, tunc Rectoris - - matricis predicte, eandem - - -, cuius collatio — — — ad Prepositum . . S. *Crucis* - -, & tunc ad ipsum *Guntherum* . . spectavit & pertinuit, a filia - -, & ipsam filia-

filialem ab ipsa - - parochiali matrice - - separavit; ac ex tunc voluit & ordinavit, quod de cetero eidem Ecclesie filiali proprius Sacerdos in Rectorem - - prefici deberet, & institui ad eandem; prout in Litteris eiusdem Prepositi desuper confectis coram nobis exhibitis & reproductis plenius continetur.

Verum prefati devoti, universitas ville in *Brampach* - -, dubitantes prelibatam separationem ex causis non subsistere; unde nobis humiliter supplicarunt, quatenus separationem eandem, per Prepositum - - - factam & ordinatam ut prefertur, ratam, gratam & firmam habere, - - - - auctoritate nostra ordinaria & diocesana - - graciose dignaremur.

Nos vero IOHANNES Archiepiscopus supplicationibus ipsorum favorabiliter annuentes, attentis - - causis & motivis iustis ac rationabilibus predictis; & ad obviandum periculis, incommodis & negligentiis huiusmodi, prout ad nos & nostrum officium spectat & pertinet, eandem Separationem - - - - ratam - - ac firmam habentes, eam - - - ratificamus & approbamus, ac ipsam ex certa nostra scientia in Domino confirmamus; iure tamen Diocesani loci & Archidiaconi in omnibus semper salvo.

In quorum omnium premissorum fidem & testimonium (*&c.*) Datum *Elt-vil* sub Anno nativitatis Domini MCCCCXII, die XXVI mensis Martii.

XXXIII.

HEBRÆOS Fridbergenses, *sub protectione* REINHARDI *Domini* de Hanau *constitutos*, IOANNES *a foro Ecclesiastico* Moguntino *eximit*, *ipsis deputans* CONRADVM Rod, *Parochum Castri in d. Civitate*, *eiusque successores*.

An. 1412.

[*p. 728. n. 2.*]

Wir Johan v. G. G. des heil. Stuls zu Mentze Ertzbischoff

schoff ꝛc. Bekennen, daz wir alle Judden, zu Frideberg gesessen, und die dem Edeln Reinharten Herren zu Hanauwe, unserm lieben Neven zu verantworten steen, gefryt han, und frien mit diesem unserm Briefe, alsó, daz nymants Sie sementlich, oder yr keyns besundern, noch kein ir Gesinde, Knechte oder Megde yn dienent, fur unser geistliche Gerichte laden oder bannen sollen. Dan, wer Yn zuzusprechen hat, der sal yn zusprechen vor dem Erbern Conrad Roden von Berstad, Pferner zu Frideberg in der Burg --, oder wer zu zyden eyn Pherner do wirdet; den wir yn zu eyme Richter geben han; vor dem sie auch eyns unverzogen Rechtens gehorsam sin sollen, eyme iglichen wer yn zuzusprechen hete.

Auch sal ein iglicher, wer den vorgenanten Judden zuzusprechen hat, Sie bereden mit unbesprochen Cristen und Judden, als Juden Recht ist. Und sal diese gnad und friheit - - - weren u. steen Sehs gantze Jare - - allernehst nacheynander folgende sin.

Darumb heisen u. gebieten wir - - allen unsern geistlichen Richtern unsers Stuls zu Mentze, und anderswo wonende; und auch unsern Siegler daselbs - - -, daz Sie keinen Ladebrief oder Bannebrieff uber die vorgenante Judden oder Gesinde, geben oder versiegelen sollen - -, Sondern wer Yn zuzusprechen hat, daz sie die wisen an den vorgenanten Conraden, den wir yn zu Richter gegeben han.

Datum *Aschaffenburgi* in die S. *Nicolai* Ep. Anno Domini MCCCCXII. *6. Dec.*

XXXIV.

Cœnobium Sanctimonialium Montis S. Felicitatis, *Monasterio* Laurissensi *ob tenuitatem utriusque sustentationis decernit incorporandum & annectendum.*

An. 1413.

[*p. 728. n. 4.*]

IOHANNES D. G. *sancte* Moguntine *Sedis Archi-*

episcopus — — Honorabilibus & Religiosis, Preposito Priori & Conventui Monasterii *Laurissensis*, Ord. *Premonstr.* devotis in Xpo nobis sincere dilectis, salutem in eo qui est omnium vera salus. Sacre Religionis decus, pie devotionis sanctitas, vita laudabilis, & preclara morum honestas, quibus virtutum Domino frequenti divinorum ministerio feliciter militatis, affectum incitant, ac nostri voluntatem inclinant, & omnimode nos inducunt, ut in faciendis gratiis vobis reddamur non immerito liberales; ut nostra beneficentia vos in Omnipotentis DEI conservet laudibus, nobisque & Ecclesie nostre, vestris mediantibus intercessionibus, status accrescat salutaris, populus nobis subiectus ad meliora, vestris religiosis procuretur exemplis, & omnium bonorum Largitor per sancte vestre conversationis ornatum qualificetur in excelsis.

Cum igitur, nedum fama promulgante, sed & vera relatione didicimus, qualiter Monasterium vestrum, quod ab olim redditibus & proventibus dotatum fuerat copiosis, propter varios inopinatos & fortuitos rerum eventus & perniciosa dispendia adeo existat diminutum, ut pro tanti Conventus & Collegii sustentatione adeo non habundet, quantum utique tam venerabilem cetum Religiosorum pro congrua sui sustentatione deceret habundare;

Nos igitur, volentes vobis & dicto Monasterio de salubri remedio providere, nec non gratiam facere specialem, Prioratum Conventus monasterii Sanctimonialium *Montis sancte* Felicitatis, Ordinis Fratrum Minorum nostre dioc., qui in suis etiam redditibus & proventibus adeo diminutus existit, ut etiam pro paucissimarum Personarum nequaquam sustentatione sufficiat; cum Monasterio, domibus, edificiis, grangiis, — — decimis, silvis - - molendinis, - - - venationibus, piscaturis, pratis, pascuis vineis agris — — — & obventionibus quibuscunque, - - - - una cum omnibus iuribus Patronatus ecclesiarum, & beneficiorum ecclesiasticorum, & collationibus Feodorum temporalium quorumcunque; ymmo & quecunque ecclesiastica beneficia, tam curata quam noncurata,

rata, ad eorum collationem ſpectantia, cum omnibus fructibus, redditibus & proventibus, Menſis veſtre Prepoſiture & conventuali, ex noſtra - - - certa ſcientia, & mera liberalitate uniendam, incorporandam & annectendam decrevimus; et auctoritate noſtra ordinaria tenore preſentium incorporamus - - -, Dantes vobis predicti Prioratus & Monaſterii Montis S. *Felicitatis*, & predictarum pertinentiarum; nec non . . beneficiorum Eccleſiaſticorum, quam cito talia per obitum vel ceſſionem eorum poſſeſſorum qui talia obtinent de preſenti, licite & libere apprehendendi & tenendi temporibus affuturis: Decimas, cenſus, fructus - - - de quibuscunque predicti Monaſterii & dictorum beneficiorum bonis - - quomodolibet provenientibus colligendi, levandi - - -, & de eisdem prout vobis expedire videbitur diſponendi; Beneficia eccleſiaſtica, & feoda temporalia - - - perſonis ydoneis, & ſingulariter dicta - - Eccleſiaſtica etiam - - veſtris Conventualibus conferendi, & ſingula alia, prout hactenus Prioriſſa & Conventus eiusdem monaſterii facere potuerunt, faciendi gerendi & agendi, omnimodam plenam & liberam poteſtatem.

Proviſo tamen, quod vos GREDE de *Hatſtein* & ELISABETH de *Ramſtad*, Sanctimonialibus nunc ibidem degentibus, ſecundum exigentiam & moderamen fructuum & reddituum predicti monaſterii, de eisdem - - congruam, ad tempora vite ſue portionem, unde competenter vivere valeant, aſſignetis; ullam deinceps aliam ſanctimonialem - - admiſſuri; Et etiam, quod dict. Monaſterium in Divinorum officiis, per aliquem aut plures ex veſtris Conventualibus, ad nutum veſtrum ponendum & ammovendum celebrandis, ullatenus defraudetur; Et quod de fructibus - - & proventibus dictor. Beneficiorum eccleſiaſticorum, Perſonis per vos inſtituendis ſecundum congruam provideatur portionem, unde Iura epiſcopalia & archidiaconalia ſolvere, & hoſpitalitatem ſervare valeant competentem.

In cuius rei teſtimonium - - Sigillum noſtrum (&c.) Datum - - MCCCCXIII. - -

XXXV.

Officio Subcamerariatus Imp., per defectionem Stemmatis Falckenſt. *vacante*, SIGISMVNDVS *qua Marchio* Brandenb. *inveſtit nobiles Dominos* de Weinſperg.

[*circa ann. 1413.*]

Wir Sigmund von GOtes gnaden Romiſcher Kunig, zu allen zeiten Merer des Reichs, und zu Ungern ꝛc. Kunig. Bekennen - - - als der Edel unſer lieber getruwer, Conrad von Weinſperg fur uns komen iſt, und uns von des Edeln Engelhart von Weinſperg ſeins Vaters, und auch von ſein ſelbs, als einen Marggraven zu Brandenburg demutlichen gebeten hat, daſ wir Jn von unſern gnaden, und umb irer dinſt das UnderCammermeiſter Ampt des heiligen Reichs, das von uns als einem Marggraven zu Brandenburg zu Lehen ruret, gnediglichen leihen wolten; Alſo haben wir mit wolbedachtem mute den obgeſchriben Engelharten von Weinſperg, und Conraden ſeinen Sone, und allen iren Lehens Erben daſſelb Under-Camerer Ampt, das die von Mintzenberg und von Falckenſtein vormals gehabt haben, vor unſer verfallen Lehen, mit allen ſeinen zugehorungen, fryheiten, Rechten u. herlichkeiten, was wir Jn daran von genaden u. von rechts wegen leihen mogen - - gelihen, und leihen wiſſentlich in Krafft dis brieffs, daſ ſie das von uns, unſern Erben u. nachkomen, Marggraven zu Brandenburg, zu einem rechten Erblehen on all hindernus haben u. behalten ſullen.

Mit urkund dis briefs, verſigelt mit unſerm anhangenden Jnſigel. Der geben iſt zu Raſchaw, an dem nechſten Sontag nach Oſtern. Unſer Reiche, des Ungeriſchen in dem XX - - - und des Romiſchen - - - *

Ad mandatum Domini Regis
PETRVS de *Walsheim.*

* *Æram*,

* *Æram, integraliter non expressam, e coniecturis statuimus, Concilium* Constantiense *(quod an. 1414 initium sumpsit) praecedentem. Quippe* Sigismundus *Electoratum* Brandenb. *favore* FRIDERICI *Burggravii* Norimb. *abdicasse legitur an.* 1415. † *Hic porro* FRID. Weinspergios *eodem munere investivit* Constantiæ, *Dominica Oculi 1418.*

† Garcæus *p. 167. apud* Leuthing. Script. de Reb. M. Br.

XXXVI.

Iterata IOANNIS *Constitutio, qua decidit, declaratque*, IV. Canonicos Presbyteros *nondum Capitulares in Ecclesia Metropolitana, ultra numerum* XXIV. *Capitularium in anteriore sua Constit^e determinatum, minime fuisse & esse comprehensos; itaque ipsos, & quemlibet ipsorum, ultra præfatum numerum ad Capitulum actusque capitulares licite ac libere recipi posse, & admitti.*

An. 1413.

[*p. 728. n. 5.*]

IOHANNES *D. G. sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus* - - - Honorabilibus Preposito Decano Custodi Scolastico, Cantori & Capitulo Ecclesie nostre *Maguntine* devotis nostris dilectis salutem, item ad futuram rei memoriam. Decens reputamus & debitum, ut, cum super Litteris, concessionibus, ordinationibus & statutis quibuscunque per nos datis, editis & concessis dubia oriantur, illa, prout ad nos & nostrum spectat officium, decidamus & declaremus.

Sane dudum ex certis causis, tunc expressis & nos ad hoc moventibus & inducentibus, quandam Ordinationem, quam pro Statuto in Ecclesia nostra predicta perpetuo tenendo haberi voluimus, prout hodie volumus; & quod etiam ex tunc iuxta sui continentiam & tenorem inantea precepimus firmiter & inviolabiliter observari, fecimus, inter cetera continentem in effectu, quod de cetero - - - duntaxat XXIV Canonici Capitu-

pitulares, Capitularia tractantes & Capitulum ipsum . . repreſentantes, & non plures eſſe debeant; ſalvo tamen numero Canonicorum Capitularium qui tunc erant, quorum numerus ſe ultra prefatum XXIV. Canon. Capitularium numerum pro tunc extendebat; qui etiam - - Capitulares in d. Capitulo & Tractatibus eiusdem, ad tempus quoad viverent debeant remanere; Quodque ſucceſſive predicto numero . . Capitularium ex tunc exiſtentium, ad numerum XXIII — — per mortem ſeu alium modum diminuto & redacto, ex tunc XXIII - - - ſuperexiſtentes, in Civitate noſtra *Maguntinenſi* vel alibi, ubi p. t. actus capitulares tractarent, & non aliter quam in Capitulis generalibus de conſuetudine - - - longeve introducta, non obſtante ſi aliqui . . Capitulares abſentes exiſterent, pro receptione & admiſſione *Viceſimi quarti* Canonici ad Capitulum, & in locum defuncti vel cedentis unum de aliis Canonicis non Capitularibus, ſeniorem ſemper, quoad ingreſſum & prebendam, dummodo tamen ille Canonicus viceſimum quartum etatis ſue annum compleviſſet, & in ſacris Ordinibus fuerit conſtitutus, & reſidentiam perſonalem feciſſet, ac ſtudium per biennium compleviſſet, & a Scolaſtico - - - emancipatus, & alias habilis & idoneus foret ad tractandum actus capitulares; alioquin primum Canonicum non capitularem poſt ſeniorem - - -, qui habilis & idoneus foret, & ſic ſucceſſive de aliis poſterioribus - -, recipere poſſent & admittere, quatuor *Canonicis Presbiteris* exceptis, ut verbis eiusdem Statuti propriis vocantur *; qui ſtatim poſt reſidentiam & emancipationem a Scolaſtico, de gratia in generali Capitulo, ordinatione & ſtatuto predicto non obſtantibus recipi poſſent & admitti; Qui quidem Canonici presbiteri - - - in tractatibus capitularibus - - - ſuas voces, ut alii Canonici capitulares habere debent; Salvo quidem alio ſtatuto de non contradicendo intra triennium, ubi ceteri . . Capitulares concordarent; Que omnia & ſingula in eisdem Litteris noſtris deſuper confectis plenius continentur.

Origo 4 Can. presbiter. in eccl. Mog.

* NB. *Ortum illi trahunt ex Seculo XIII, litteris deſuper a Capitulo ſignatis anno 1277. Idibus Ian. Inſtitutionis motivum*

tivum allegant: propter consuetam Sacerdotum in Capitulo existentium paucitatem. *Mox denominabantur, ad residentiam personalem sese obstringentes:* EBERHARDVS de Lapide, WOLFRAMVS *Prepositus* Wormat., CHRISTIANVS de Staleck, *&* ANSELMVS de Dyrne.

Cum autem a nonnullis vestrum revocetur in dubium, an quatuor Canonici, IV prebendas Presbiterales - - - obtinentes non Capitulares, sub numero 24. Canonicorum Capitularium predictorum comprehendi debeant & comprehendantur, aut ipsi Canonici non Capitulares & huiusmodi prebendas presbiterales habentes ultra prefatum numerum 24 - - - ad ipsum Capitulum & actus capitulares, ut prefertur, & in Capitulo generali, & de gratia libere & licite recipi possent, & admitti; Quare nobis supplicastis, ut vobis super hoc, declarationis remedio dignaremur providere.

NOS vero IOHANNES Archiep[s] prefatus, attento . . tenore & continentia earundem Litterarum nostrarum, & eisdem - - mature & diligenter examinatis - -, ad tollendum omne dubium - - & omnem ambiguitatis materiam circa ipsum, per has nostras Litteras declaramus, prefatos Canonicos non Capitulares, † ipsas quatuor prebendas Presbiterales - - obtinentes & possidentes, sub ordinatione & Statuto nostro predicto minime fuisse & esse comprehensos, neque eodem . . ligatos & astrictos fore quoquomodo; ymmo eosdem ab ordinatione . . huiusmodi omnino - - exceptos; ipsosque & quemlibet ipsorum non Capitularem - - - - ultra numerum 24. Canonicorum Capitularium - - - licite & libere posse recipi & admitti. Salvis tamen aliis ordinationibus & Statutis Ecclesie nostre . . quibuscunque, quibus per Litteras . . presentes non intendimus in aliquo derogare.

† *Interpretamur illos, qui ad Prebendam eiusmodi presbyteralem a Capitulo sunt denominati, durante annua residentia referri inter* Domicellares: *Qua completa, Capitularibus per saltum associantur. Reliqua huc pertinentia exponit* Ioannis *Vol. I.* p. 47.

In cuius rei testimonium - - - Datum *Eltvil* die VIII. mensis Iunii. Anno Domini MCCCCXIII.

XXXVII.

XXXVII.

IOANNI *confert Imperator Advocatiam* Wetteraviæ.

An. 1414.

[p. 32. n. 3.]

ex Autogr. Wir Sigmund von GOtes gnaden Romischer Kung, zu allen zeiten Merer des Reychs, und ze Hungern, Dalmatien Croatien ꝛc. Kung. Bekennen u. tun kunt offenbar mit disem brief allen den die in sehen oder horen lesen; Wann wir von Gotlicher gnade u. schikunge zu Romischen Kunge gekorn sin, davon uns geburet des heil. Romischen Richs landen, luten, Steten u. undertanen fur zu sin, und sy mit fridsamer Schurunge zu versorgen; darzu wir auch innerlich nach unsrer gantzen vermogende das zu tunde geneiget sin; und wie wol wir das ye mit gantzem willen gerne tun u. volbrengen wolten, so sin wir doch mit manigveltigen großen u. sweren sachen so grossiclichen u. hefficlichen von des heil. Reichs wegen in manichen wyden Landen zu bestellen uberladen u. bekummert, das wir das mit unsers selbs gegenwurtikeit nit gentzlichen u. follenkommenlichen getruen usszurichten.

Gravibus Imp. negotiis SIGISM. *peragre distentus, ad tranquillit. ubique conservandam decernit Advocatos, quibus provincias distribuit iuxta opportunum earum situm.*

Und uff daz nu des vorgen. Reichs lande, lude, Stete u. undertanen deshalben nit zu schaden u. unfriden kommen; ist es, und duncket uns eyn bequemliche notdurft, daz wir den ienen, die das nach gelegenheit der lande allerbeste getun mogen, bevelhen, In von unsern wegen fur zu sin, sie zu schuren u. zu schirmen.

Moguntino *hinc obtingit illa* Wet*teraviæ cum omnibus emolumentis;*

Wann nu auch der Erwirdige Johanns, Ertzbischoff zu Mentze, des heil. Rom. Reichs in Teutschen landen Ertzcantzler, unser lieber Neve u. Kurfurste, unser u. des Reichs landen u. Stetten in der Wederauwe, mit sinen landen, herschaft, Slossen u. Stetten gelegen ist, das er sy wol schutzen, schuren, schirmen, verteydingen, verantwurten, und in friden gehalden mag; und er auch, als des Reichs Kurfurste mit dem Reiche also gewant ist, daz er mit

flisse

flisse billich tut; Darumb, und umb besunder getruen, die wir zu dem vorgenanten Ertzbischoff han, so haben wir denselben Johan - - - zu unserm u. des Reichs Landfaude in der Wederauwe gesetzet u. gemacht, und ime dieselben Landfaudie empfolhen, mit allen yren nutzen, fellen u. zugehorungen, doch ußgescheiden unser ierliche Steure. Setzen u. machen In also zu unserm Lantfaude in der Wederawe, und empfelhen ime die gegenwurticlich in crafft dis briefs; also daz er dieselben Landfaudie innhaben, und sich der gebruchen, und die bestellen sol u. mag, mit allen Gulten, renten, zinsen, nutzen, gefellen u. zugehorungen, wie die zu der vorgeschriben Landfaudie gehorig, oder wo die fellig sin; und als wir, unser Furfarn Romische Keiser u. Kunge, und eyn Landfaudt in der Wederawe bis her ingehabt hatt, und darzu gehoren u. fellig sin, ane intrag, hindernisse oder widderrede unser, und eyns iglichen von unsern wegen. *reservantur tamen Tributa annua.*

Auch sol der obgen. Ertzbischoff Johan die - - Landfaudie mit iren zugehorungen getrulichen, nach sinem besten vermogen hanthaben u. halten, und die lande, strassen, lute, stete, und alle die darynn u. darzu gehoren, getrulichen verteydingen, verantwurden, schuren, schutzen u. schirmen, gleich sinen u. sines Stiftes landen, luten u. stetten; Und sie auch by iren alten fryheiten u. herkommen bliben lassen, und sy daruber nit nodigen, dringen oder beswеren, in dheine wiße. Alle geverde u. argelyst gentzlich ussgescheiden. *viæ publ. homines &c. Ioannis curæ ac protectioni, non secus, ac si proprii forent, committuntur.*

Vnd wir heissen u. gebieten by unsern hulden allen u. iglichen unsern u. des Reichs Getruen u. undertanen; und nemlich die Ersamen, Burgermeistere, Rete, und Burgere gemeinlich unßer u. des Reichs Stetde, Frankfurt, Fridberg, Geylnhusen u. Wetflar, und alle andere zu u. in die vorgen. . Lantfaudie gehorende, daz sy dem obgen. Ertzbischoff Johan - - mit der vorgen. Lantfaudie, u. allen iren renten, gulten, gefellen u. zugehorungen, ussgenomen unser ierlicher Steure als vorgeschriben steet, gewarten u. gehorsam sin; und Jme tun, was sy unserm Lantfaude in der W. . . billich tun *cuius Advocatiæ subiiciuntur etiam 4 Imperiales Wetteraviæ civitates.*

tun sollen, u. pflietig sin zu tun, als lieb In sy unsre swere ungnade zu vermyden; Und sal auch dise empfelnuse u. verschribunge weren, bis (uff) unser oder unsrer nachkommen an dem Riche widderruffen.

Mit urkund dis briefs, versigelt mit unser Kunglicher Maiestat Insigel. Geben zu Bunne nach Cristi gepurt Vierzehen hundert Jar, und dornach in dem vierzehenden iare am Allerheiligen tag. Unser Reiche, des Hungrischen rc. in dem acht und zweintzigisten, und des Romischen in dem funften.

1. Nov.

Ad relationem Dni FRIDERICI
Burggravii
IOHANNES *Prepositus* S. Stephani,
Vicecancellarius.

XXXVIII.

FRIDERICUM *Com.* Veldenziæ, *a Iudicio Curiæ Imp. citatum*, IOANNES, *ceu Fiduciarium Ecclesiæ* Mogunt. *avocat, simul postulando, Actorem* WALTHERUM, *Dynastam* de Geroldseck, *remitti ad forum competens ipsius Archiepiscopi.*

An. 1415.

[*p. 731. n. 10.*]

WIr Johan v. G. G. des heiligen Stuls zu Mentze Ertzbischoff rc. Entbieten den Edeln, Strengen u. Vesten, deme Hoffrichter, und andern die an des Allerdurchluchtigesten Fursten u. Herren, Hrn Sigemunds Romischen Koniges, unsers lieben gnedigen Herrens, Hoffgerichte sitzen, . . unsern grus; Und lassen uch wissen, daz uns der Edel Friderich Graffe zu Veldentze, unser Swager u. lieber getruwer furbracht hat, wie er von wegen des Edeln Walthers, Herren zu Hohengeroldesecke gefordert,

und

und vor des vorgenanten - - - des Romischen Koniges Hoffrichter an dasselbe - - Hoffgericht geheischen sy; Und hat uns in solicher masse angeruffen, herbetten, und, nach dem er uns u. unserm Stifft gewant ist, ermanet, Yn widder von demselben Hoffgericht vor uns zu heischen, wann er dem obgen. Walthern - - vor uns des Rechten weisen wolle, dez wir yn auch nit geweigeren konnen.

Lieben besundern: da begern und fordern wir an uch, und uwern iglichen . ., als die des obgenanten - - - Romischen Koniges Hoffgericht besitzent, daz Yr, semplich oder besunder, nicht uber des egen. Friderichs Graffen zu Veldentze . . . lip oder gut in dheine wise urtheilent oder sprechent, sunder Yn widder von dem Hoffgericht vor uns u. unsern Rat wisent, nach Herrlichkeit, privilegien u. friheit, als unsern vorfaren Ertzbischoffen zu Mentze seliger gedechtnisse, wir u. unser Stifft, von Romischen Keisern, Konigen u. dem heil. Riche bis her herbracht, gehabt, u. noch wol haben; Want wir desselben Friderichs Graffen zu Veldentze - - - zu Glich u. zu Recht mechtig sin wollen. Ane alle geverde u. argelist.

Des zu Orkunde (&c.) Datum *Ascbaffenburgi* Anno Domini MCCCCXV, feria quarta post festum Omnium Sanctorum. *5. Nov.*

XXXIX.

De *immanitate* Friderici *Ducis* Austriæ Sigismundus R. ad Ioannem.

1415.

[*p. 1023. in addit.*]

Wir Sigmund von GOttes gnaden Romscher Kunig, zu allen zyten Merer des Riches, und zu Ungern, Dalmatien, Croacien 2c. Kunig. Embieten dem Erwirdigen Johan, Ertzbischoff zu Mentze, des heil. Romschen Richs in Tut- *ex Autogr.*

 schen

schen landen Ertzkantzler, unserm lieben Neven u. Kurfursten unser gnad u. alles gut.

Saevit in Episcopos, Trident. Brix. Curiensem, coenobia, viduas, orphanos &c.

Erwirdiger lieber Neve u. Kurfurst. Wir zwifeln nit, du wissest eigentlich, wie Hertzog Friderich von Osterrich so maniche unsere u. des Richs Fursten, Graven, Edeln, u. ander undertane, und sunderlich geistlich Lute, Clostere, Witwen u. Weisen, mit siner unrechter gewalt beschweret, gedrungen, und ettwe manige gefangen, beschätzt, u. gar vertriben hat; Und nemlich wie er den Erwirdigen Görgen Bischoff zu Trient in siner gefengnuß gehandelt, und In sins Stiffts zu Trient, der unser u. des Richs Gelid ist, beröbt hat, und den noch in sinen handen haldet; Vnd wie er ouch den Bischoff zu Brixen on sach u. schulde beschätzt, und den Bischoff von Chure gefangen hatt, die ouch beide unser u. des Richs Fursten sind, und mit sampt iren Stifften zu uns u. dem Riche gehören; den Houptman von Caltern selig, und sin elichen Frowen ouch vertriben, und darzu derselben Frowen ir hab, gut u. wideme, und ir u. irem Kinde alle ir Sloss, dorffere, zinse, gulte u. anders genomen; und so vil anderr unserr u. des Richs undertane u. getruen verunrecht hant, daß das alles zu erzelen u. zu schriben mit gar vil langer Clag u. schrifte nicht wol zu begriffen were.

Optima Sigismundi intentio clavum Imp suscipientis:

Magni labores sumtusque intuitu Concilii Const. impensi.

Wann wir nu von solichen beswärten, gedrungen, u. verunrechten Leuten sider der zyte, und wir zu dem Rich erkorn sin, cleglich u. manigveldiclich angerufen sin, In Gerichtes u. Rechtes von dem vorgen. Fridrich zu helffen; Vnd wann wir uns des Richs nit umb woluste oder richtums willen, sunder ob wir der heil. Kirchen, dem itzgen. Rich, u. sinen undertanen, und ouch gemeinen nutz zu frid u. gemach etwas wider gehelffen mochten, underwunden; Und ouch darumb, u. sunderlich umb das heilige Concilium, das man ytzund gegenworticlich in der Statt Costentz haldet, manig groß u. swäre zerung u. arbeit getan und gelitten haben, u. teglichen tun als lantkundig ist, und mit GOttes hilf furbaß zu tund willen haben;

Vnd

Vnd wann sich der vorgen. Fridrich zu uns her gen Costentz kurtzlich gefugt hatt, und wir daselbs an Jn gutlich begeren lassen hatten, und selber ofte begerten, den vorgen. Clegern u. Clegerinnen Gelich u. Rechte zu widervaren, und sich an Recht von yederman zu benugen lassen; Und ouch sich als des Richs Furste zu uns u. dem Riche zu tund u. zu halden, und zu der heil. Kirchen, des Richs u. gemeines nutzes frummen u. bestes, als er ouch pflichtig wäre, getrulich zu raten u. zu helffen; so wolten wir ouch widerumb gegen Jm, als unserm lieben Ohemen u. Fursten, tun, was wir solten u. mochten; *frequens Ducis colloquium cum Sigismundo Constantiæ.*

Nemlich so sehe er vor Jm gegenworticlich die lobliche u. grosse Samnung des vorgen. Concilii, Bapst Johannes, sine Cardinäle; und von aller Cristenheit ein groß czale Ertzbischöff, Bischöff, Prelaten u. Lerer; also daß wir hofften, es solt nit allein Jm erlich u. nutzlich sin, sunder es solt ouch der gantzen Cristenheit vil gutes davon komen. *P. Ioannes cum Cardinalibus at ingenti Antistitum numero ex tota Christianitate adunatorum.*

Vnd als er also by uns zu Costentz in gutlichen Gescheften etwe manigen tag gewest ist, und sich zu Gelich u. recht, und vil gutes erbotten hat; und wir uff solich sin erbieten nit anders wonden noch gedähten, dann, daß er also mit worten furgab, daß er ouch das mit den wercken zu volbrengen meinde; und daß er ouch sine Lehen von uns emphahen wolde; und daß den vorgen. Clägern glich u. rechte widervaren solte; ist er on unser wissen von Costentz gezogen; und ist also wider uns, das Riche, u. Recht, den vorgen. Clägern alles rechten usgegangen. *fides a Duce de iusta omnium reparatione data quidem, sed non servata, clandestinus eiusd. discessus ex dicta Vrbe.*

Vnd wan das alles, und manig andere sin tun u. frevele die er lange zyt begangen hant, der vorgenanten Clegere und Clegerinne cleglisches anruffen, und ouch andere grosse u. swäre sache kurtzlich von Jm begangen, der ein teil die gantz Cristenheit antreffen, und die nu lantkundig u. offenbar sind, unser kunigclich gemüt, und *cui multa alia imputantur facinora, totam Christiani-*

tem concernentia & notoria.

ouch ettlicher unserr u. des Richs Kurfursten, u. manicher anderr Fursten, Grafen, Edler u. Getruwer, die by uns zu Costentz sind, also bewegt haben, u. bewegen, daß wir an der (derer) rate u. meinung nit anders befunden haben, noch befinden, dann daß wir den vorgen. Fridrich hierumb zu straffen understen sollen; und wan wir das mit GOttes hilff, und aller unserr u. des Richs undertane u. getruwen bystand zu thund willen haben;

In quorum ultionem, plurium Imp statuum consilio decretam, omne cum Frid. commercium inhibetur.

Darumb begeren wir von diner Lieb, und manen die ouch von Romscher Kunigl. macht ernstlich mit disem brief, daß du uns u. dem Riche wider den vorgen. Fridrich beholffen sin, und zu Stund sin u. werden; Und ouch dinen Edeln, Rittern, Knechten u. undersassen vesticlich verbieten wollest, u. sollest, daß ir keiner dem vorgen. Fridrich oder den sinen zu dienst ryte, oder wider uns u. das Riche helffe, in kein wis. Wann wer also zu In ritte, oder in diente, der were, u. tät sere wider uns u. das Riche, und wir wolten in ouch furbasser als unsern u. des Richs widerwertigen halden, u. allermenglichen halden lassen.

Geben zu Costentz under unserm Kunicglichen Insigel. Nach Crists gepurt Vierzehen hundert Jar, und darnach in dem funfzehendisten iare, des nehsten Fritags nach Sant Ambrosii tag. Unser Riche, des Ungrischen in dem Nun und zweintzigisten, und des Römischen in dem funfften Jaren.

13. Dec.

Ad mandatum Domini Regis

MICHAEL Canonicus *Wratislaviensis.*

XL.

R. SIGISMUNDUS, *Litteris* Avinione *datis,* IOANNI *pro fide sibi addicta, scriptoque corroborata, quod partes ipsius constanter vellet sequi, repollicetur omnem defensionem ac protectionem contra suos Æmulos: Casu quo etiam*

etiam sint, archiepiscopatu spoliare attentantes, consiliis & auxiliis affuturum, ut eundem ad dies vitæ retineat.

An. 1416.

[*p. 731. n. 12.*]

WIr Sigmund von GOtes gnaden Romischer Konig, zu allentzyten Merer des Richs, und zu Ungern, Dalmatien Croatien ꝛc. Konig. Bekennen, daſ wir angeſehen han ſunderliche true dienſt u. fruntſchafft, die uns der Erwirdige Johann Ertzbiſchoff zu Meintze, des H. R. R. in Tutſchen landen Ertzcantzler, unſer lieber Neve u. Kurfurſt getan hat, und noch tun ſol u. mag in kunftigen zyten; Und nemlich, als er ſich zu uns getan, u. volliclich verſchriben hat, unſer lebetag by uns getrulich zu bliben, nach ynnhalt ſiner brief daruber gegeben; *ex Autogr.*

Dorumb, von beſundern genaden u. von unſer Kunigl. miltikeit reden u. verſprechen wir yme in rechter warheid in crafft diß brieffs, wer es, daſ yemands Jn, oder ſine Kirche verunrechten wolde, oder vermutwilligen, daz wir Jn, als ſin gnediger Herre u. Romiſcher Kunig getrulich verteydingen u. ſchirmen wollen. Und nemlichen, ob yemants Jn underſteen wolde von ſiner Kirchen u. Ertzbiſthum zu brengen, daſ wir yme darwider beraden u. beholfen ſin, und Jn ſin lebetag uß by demſelben ſinem Ertzbiſthum getrulich behalten wollen. Alle geverde u. argeliſt ußgeſcheiden.

Urkund diß brieffs, verſigelt mit unſer Kunigl. Maieſtat anhangendem Jnſigel. Der geben iſt zu Avinion nach Criſti geburt Viertzehen hundert Jare, und dornach in dem ſechtzehenden Jare, des nechſten Sunntags nach dem obriſten. Unſer Riche, des Ungriſchen ꝛc. in dem (29ten) und des Romiſchen in dem ſechſten Jaren.

Ad mandatum Domini Regis
MICHAEL Canonicus *Wratislaviensis.*

Ec-

ECQUIS *opinaretur*, IOANNI *nostro posse obversari tale quid, unde metueret Dignitatis suae periculum? Huiusmodi enim curis agitatum, ex praehabitis* Sigismundi *litteris haud obscure colligitur. Causam, alias nec ab Oedipo divinandam, nobis suggerit* THEOD. a NIEM, Actor. Concilii Constant. Hermanni von der Hardt T. II., *ubi arreptam* Ioannis XXIII *Papae fugam perstringens*, p. 445. *Cap. XXX*,

„De consiliis BALTHASARIS ex carcere Palatino Heidelbergensi
„elabendi ope Archiepiscopi Moguntini:

tradit sequentia:

„Eodem tempore (1415) quidam magnus Ecclesiasticus Praelatus secrete tractavit „cum Capitaneo castri, in quo *Balthasar*, olim Ioannes Papa XXIII detinebatur, „& detinetur, quod ipsum libere abire permitteret. Quod si factum fuisset, infra „unam horam vel duas ad talem locum pervenisset, ubi securus fuisset, & veri„similiter per violentiam extrahi non potuisset. Quod sentiens Comes Pal. Rhe„ni, qui eum ex parte generalis Concilii Constantiensis, in eius habet custodia, „ac valde laudabiliter pertractavit hucusque, & hic tunc fuit: Ne ille tractatus „haberet effectum, illico ad illas partes transitum fecit, & comperta veritate, „ipsum Capitaneum in Rheno, tanquam reum & convictum, ut hic dicitur, sub„mergi fecit.

Et p. 457. *Cap. XXXIX*,

„De Archiepiscopi Moguntinensis excusatione, quod Balthasarum
„ex carcere Palatino liberare non intenderit:

„Eadem die (3. *Iun.* 1416) hic in publica concione lectae sunt litterae excusatoriae „Domini *Iohannis* Ar. *Mog.* continentes in effectu, quomodo hic a quibusdam „aemulis suis falso denunciatus existeret, quod ipse ad hoc intenderet seu insta„ret, per quod huiusmodi Concilium dissiparet: Ac etiam praedictus Balthasar ex „carceribus liberaretur, *&c.*

QUO *magis igitur sibi* Ioannes *prospiceret*, Sigismundi, *tunc in reditu ex Arragonia* * Constantiam *versus constituti, praesidium imploravit, opemque; si fors Concilii PP. insonti negotium super praefata diffamatione facessere molirentur.*

* *Abierat illuc, duram* PETRI de LUNA (*antipapatum motu voluntario abdicare renuentis*) *cervicem augustali praesentia frangere tentaturus, Incassum licet.*

XLI.

XLI.

De XV. *flor. cedentibus in* Hunff, *a* Ioanne *Dynasta* de LOHN Theoderico Kolb *de* Boppardia *in feudum datis.*

An. 1416.

Wir Johan von Loyn Herre zu Heynßberg u. zu Lewenberg Erkennen mit diesem offen briefe, daz wir dem fromen strengen Ritter unserm lieben getruwen, Hern Dyederich Kolben von Boparten, syne lebetage uz zu unserm Manne enpfangen u. gewonnen han; Und han yme darumb ierlichen off Sant Mertins dag bewiset funfftzehen Gulden gelts, zu Hunff uff unsern Dynger darselbst zu heben; die wir und unsre Erben, oder wer zu zyten unser Dinger zu Hunff ist, yme auch eins yeglichen iars zu S. Mertins dag uff syne quitancie geben sollen u. wollen sunder wiederrede. *ex Autogr.*

Des alles zu orkunde so han wir unser Ingesiegel, vor uns u. unsre Erben an diesen brieff dun hencken. Der geben ist uff S. Johans Baptisten abend als er geboren wart, da man schreip nach Crist geburte (1416) Jar. *23. Iun.*

XLII.

Edictum IOANNIS *publicum, quo Abbatibus & Prælatis* Mog. diœc. *intimatur, ut se accingant ad interessendum Concilio generali* Constantiensi.

An. 1416.

[*p.732. n.1.*]

JOHANNES D. G. *sancte* Moguntine *Sedis Archiepiscopus* - - - Venerabilibus & singulis Abbatibus ac

Prelatis aliis quibuscunque, qui de iure vel consuetudine seu alias sacrosancto Concilio generali, quod de presenti in Civitate *Constanciensi*, provincie nostre *Maguntine* celebratur, & celebrationi eiusdem Concilii interesse debent & tenentur, cuiuscunque status, dignitatis, preeminentie aut conditionis fuerint seu existant, per nostras Civitatem & Diocesin constitutis, salutem in Domino Redemptore omnium, & ad reintegrationem & unionem eiusdem, operam & diligentiam adhibere.

Ad ea animo vigilanti libenter intendimus, & ferventi desiderio anhelamus, que ad laudem DEI & conservationem Catholice fidei ac sancte Romane universalis Ecclesie, nec non obedientie salutaris, eiusdem augmentum & profectum salutarem, nec non omnium Xpi fidelium pacem & tranquillitatem indesinenter cedere possunt, & utiliter provenire; pro his enim diucius, & a multis temporibus attente institimus & fideliter laboravimus, ac multos labores & expensas, teste illo qui omnia novit, fecimus & sustinuimus.

Cum igitur spe certa in presentiarum speretur, quod ipsa Ecclesia sancta DEI & universalis, de proxime extirpatis & destructis heresum & Scismatum erroribus, ac viciis aliis pluribus & diversis abiectis & repulsis, tam in Capite quam in Membris, ad sui pristinum decorem & florentem, per Reformationem admodum necessariam ipsius sacrosancti Concilii generalis divina favente clementia reduci debeat, & salubriter reponi; Vosque Domini Patres Abbates, & Prelati ceteri - - - ad SS. Concilium generale predictum & celebrationem solemnem eiusdem, una nobiscum personaliter convenire, & usque ad finalem eiusdem gen. Concilii conclusionem stare debetis, prout tenemini; et attente ipsam Ecclesiasticam unionem, & heresum extirpationem, nec non Morum in Capite & membris reformationem debitam & expedientem, ad laudem & gloriam IHESV XPI Ecclesie Sponsi sacrosancte, & cum debita reverentia promovere;

Quapropter nos Iohannes Archiepiscopus . . pie attendentes, & debite considerantes, ad finem ut id opus, quod sic

ſic per ipſum SS. Concilium . . laudabiliter inceptum, ſic feliciter & glorioſe hactenus continuatum extitit, & indies continuatur, fructuoſe conſummari & ſalubriter terminari valeat, & poſſit; Vos omnes & ſingulos Dnos Patres Abbates & alios Prelatos quoscunque, Eccleſiaſticos & Seculares predictos, qui de iure vel conſuetudine, ſeu alias ut prefertur, celebrationi huiusmodi ſacri Concilii gen. una nobiscum intereſſe debetis & tenemini, ad . . SS. Concilium conveniendum, auctoritate eiusdem, & noſtra ordinaria, & alias quatenus de iure poſſumus & valemus, in Dei nomine vocamus, vosque in Domino hortamur, requirimus & monemus, communiter & diviſim, ac nihilominus vobis — — — in virtute DEI altiſſimi, ac ſancte & ſalutaris obedientie eiusdem & Eccleſie ſue Sancte, & ſub penis, in Proceſſibus ipſius SS. generalis Concilii deſuper confectis emiſſis, factis & fulminatis, contentis & expreſſis, diſtricte iniungimus, committimus & mandamus, quatenus infra Menſem poſt inſinuationem preſentium Litterarum . . vobis, ſeu alteri veſtrum, etiam diviſim factam, quem vobis - - pro termino certo, & peremptorio & finali, ac ſine ulteriori dilatione prefigimus & aſſignamus, ad SS. Concilium generale predictum perſonaliter — — — veniatis, & convenire feſtinetis, & vos repreſentetis eidem; ac ſtetis & maneatis in eodem, donec & quousque ipſum Concilium — — ſic honorabiliter & ſolemniter convocatum, ad finem & effectum quem intendit, laudabiliter perveniat. Quod utique nos ab intimis cordis noſtri deſideramus & affectamus; et in ſuis materiis agendis univerſis, Eccleſiaſticis & Secularibus quibuscunque ſuum fructum votivum, & felicem exitum diu deſideratum ſorciatur, ac feliciter & utiliter, Domino altiſſimo cooperante terminetur, & terminari valeat, & conſummari. Nos enim ad huiusmodi ſalutare negotium & opus inceptum, ſi & commode poterimus, etiam perſonaliter venire, aut noſtros Oratores ſeu Nuntios ſolemnes in tempore predicto, & pro conſummatione eiusdem indilate curabimus deſtinare.

HAS autem noſtras Litteras hunc noſtrum Proceſſum in ſe continentes, volumus in noſtra maiori *Maguntina* & aliis ec-

clesiis, nec non locis & Personis secularibus & regularibus, ubi & quando expediens fuerit, legi, intimari & publicari, ac valvis earundem ecclesiarum affigi, ne ipsi . . Abbates & Prelati . . , qui de iure & consuetudine huic SS. Concilio generali - . interesse tenentur, & debent ut prefertur, ignorantiam seu excusationem aliquam pretendere possint, seu etiam valeant allegare.

In quorum omnium testimonium premissorum Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Castro nostro *Ameneburg* . . sub Anno a nativitate Domini MCCCCXVI, die XXIV. mensis Novembris. Presentibus ibidem Venerabili, & circumspectis viris Dominis IOANNE *Adolffi* de *Nassaw*, Provisore Curie archiepiscopalis *Erfordensis*, *Iecbburgensis*: CONRADO *Vnruw* S. *Petri* extra muros *Magunt.* & IOHANNE *Stalberg* S. *Severi Erford.* Prepositis; nec non IOHANNE de *Cuba* Decano S. *Mauricii* Magunt. ecclesiarum; Fidelibus nostris dilectis, ad premissa vocatis & requisitis.

XLIII.

„DECLARATIO *Collectoris Cancellarie Apostolice.*„

An. 1417.

ex Autogr. GERHARDVS *Stummel* Decanus Ecclesie S. *Stephani* Maguntin. Apostolice Sedis Nuncius, fructuumque, proventuum, & aliorum iurium Camere Apostolice debitorum, per provinciam *Maguntinam*, nec non *Bambergensem* & *Basiliensem* civitates & dioceses Collector generalis a Sede Ap. specialiter deputatus. Honorabilibus Dominis, Archipresbiteris & Camerariis sedium *Frydeberg* & *Rostorff*, ceterisque Plebanis, viceplebanis & divinorum Rectoribus per Civitatem & diocesin *Maguntinam* ubilibet constitutis salutem in Domino, & presentibus fidem indubiam adhibere.

Licet alias Venerabilis & circumspectus vir, Dns IOHANNES de *Selheim*, Prepositus Ecclesie *bte* MARIE ad gradus *Maguntin.*

guntin. tunc Collector Camere Apostolice, contra & adversus venerabilem & religiosos viros Dnos Abbatem & Conventum . . in *Arnsburg* Ordinis Cisterc. - - de solutione Annatarum, seu mediorum fructuum nonnullarum Ecclesiarum parochialium, ipsi Monasterio ut dicitur dudum unitarum & incorporatarum, & in suis processibus expressarum, certos monitorios excommunicationis & aggravationis fulminaverit Processus; Ipsique . . Abbas & Conventus ab huiusmodi sententiis per Reverendissimum in Xpo Patrem & Dominum, Dnm ANTHONIVM, miseratione divina *S. Marie in via lata* S. R. E. dyaconum Cardinalem, *de Challant* nuncupatum, tunc officium Camerariatus S. R. E. regentem absoluti existant, prout in ipsius Dni Cardinalis litteris super eo confectis & nobis presentatis plenius continetur; Idcirco vobis, & cuilibet vestrum in solidum tenore presentium committimus & mandamus, quatenus eosdem Dnos Abbatem & Conventum a dictis - - sententiis, sic per . . *Iohannem* Prepositum tunc Collectorem - - in eosdem latis, absolutos in vestris Ecclesiis, capellis & monasteriis publice nuncietis.

In cuius rei testimonium presentes Litteras fieri, nostrique Collectorie officii Sigilli iussimus appensione muniri. Datum Anno . . MCCCCXVII. feria sexta post Epiphaniam Domini.

XLIV.

IOANNES *confirmatur qua Advocatus* Wetteraviæ, *salvis tamen iuribus* Philippi *Com.* Nassoviæ *in Civitatem* Wezlariensem.

An. 1417.

P.

Wir Sigmund v. G. G. Romischer Kunig, zu allen zy- *ex Autogr.*
ten Merer des Richs, und ze Ungern Dalmatien Croatien zc. Kunig. Bekennen und tun kunt offembar mit di-

motivum deputandi Protectores ad pacem & privilegia Imp. manutenenda.

sem brief allen den die in sehen oder horen lesen; Sytdemmalen wir die burde des H. R. R. uber uns genomen, und dem zu helffen nu manige erbeite getan haben; so sin wir billich tag u. nachte betrachtend, unsern u. desselben Richs undertanen, die wir selbs teglich nit wol mit unsrem Schirme versehen mogen, solich Schirmer zu geben, die sy von unsern wegen by friede, gnade u. fryheiden mechtig sin zu behalden.

Confirmatur Advocacia Moguntino, usque ad revocationem collata.

Wann wir nu durch sunderlicher liebe u. fruntschafte willen, die wir zu dem Erwirdigen **Johann** Ertzbischoff zu Meintz, des H. R. R. in Tutschen Landen Ertzkantzler, unserm lieben Neven u. Kurfursten gehabt han, und noch haben; Und umb des willen das er uns nulich in unsern trefflichen geschefften vil dinstes, u. gutes willens bewyset hat; demselben **Johann** - - - unsere und des Richs Lantvogtye in der **Wederawe**, mit allen Rechten, nutzen u. zugehorungen gnediglich, biß uf unser widderruffen empfolhen u. verliehen haben; empfelhen u. verlyhen Im die ouch in craft diß briefs dieselbe Lantvogtye von unsern u. des Richs wegen zu halden, zu haben, zu besetzen, und der Recht zu thun, in aller der masse als dieselbe Landvogtye vormals von andern Lantvogten doselbste gehalden ist; doch ussgenomen, was der Edel, Graf Philips von **Nassowe** unser Rate u. lieber getruer Rechts hat von unsern Vorfarn an dem Riche, und ouch von uns, uf unser Stadt Wetzflar, daby wollen wir In lassen blyben.

exceptis iuribus, Nassovio iam ab ante competentibus quoad Wezlariam.

reiteratio mandati gener. ad obedientiam Ioanni præstandam.

Dorumb gebieten wir den Burgermeistern u. burgeren gemeinlich der Stete die in dieselben - - - Lantvogtye in der **Wederawe** gehoren, und ouch sust allen andern unsern u. des Richs, und derselben Lantvogtye untersessen ernstlich u. vestiglich - - -, das sy den egenanten **Johann** Ertzbischofe - - - - fur iren Lantvogt nu furbas ufnemen, halden u. haben; und Im ouch mit allen den Rechten, nutzen u. gevellen, die sy einem Lantvogt in der **Wedderawe** von rechts wegen pflichtig sin zu tun, gewertig u. gehorsam sin sollen,

len, on alles widersprechen, als liebe In sy unsre u. des Richs swere ungnade zu vermyden.

Mit urkunde dieß briefs, versigelt mit unser Kunigl. maiestat Ingesigel. Geben zu Lutzemburg, nach Cristi geburte Viertzehen hundert u. in dem Syebentzehenden Jaren. Des nehsten Frytags vor Sand Anthonii tag. Unser Riche, des Ungrischen &c. in dem Drissigisten, und des Romischen in dem sybenden Jaren.

Ad mandatum Domini Regis
MICHAEL Canonicus *Wratislaviensis.*

XLV.

Ioannes AMBVNDIVS, *electionem sui in Episcopum* Curiensem *factam Metropolitano annuntians, consuetum petit emitti proclama.*

An. 1417.

[*p. 732. n. 6. cum binis sqq.*]

R*everendissime Pater, & gloriosissime Domine.* Quia ad gubernandum Ecclesiam vestram *Curiensem*, ad quam pridem ille, qui alto & ineffabili sue Deitatis consilio status terrestrium, prout vult, variat, ordinat & disponit, me disposuit per Capitulum ipsius Ecclesie eligi in suum Episcopum & Pastorem, humeri mei non sufficiunt, sed deficiunt imbecilles; proinde examinando vires meas, veluti tante rei impares, fere per mensis spatium post presentationem Electionis huiusmodi de me facte, abstinueram electioni eiusmodi consentire.

Tamen quia inquit B. Augustinus, quod sicut olim frater, renuens suscitare sobolem fratris premortui, discalceatus uno pede iubebatur in facie conspui; sic nunc electus ad ministeria ecclesiastica, recusans, ab Ecclesia digne debet meritoque contempni. Iactatis igitur cogitatibus meis in illo, cuius gratia

gratia vivo, ac post illum in vestram Paternitatem Reverendissimam anchora spei mee totaliter collocata, iugo huic meas spatulas fragiles, electionem ipsam ad honorem DEI omnipotentis sueque Matris intemerate Virginis Marie, quanquam cum tremore & pavide subieci acceptando.

Verum, R^me^ Pater & Domine, non debeo nec volo sine V. R. P. auctoritate ad dictam Ecclesiam manum administrationis apponere, pro qua etiam deceret, me propria in persona eidem V. P. presentare; Et quia pro vice ista non aliud, quam vestra Proclamata possem iure obtinere; eandem V. P. humillime devotissimeque exoro, quatenus honorabili viro, Magistro CONRADO *Eggbardi*, Canonico dicte *Curiensis* Ecclesie, & sacrarum primariarum litterarum Scriptori, Procuratori meo, mei nomine proclamationis vestre Litteras, iuxta formam canonicam graciosius concedere; ac me, dictamque vestram *Curiensem* Ecclesiam in singulis suis agendis suscipere recommissos; ac eidem *Conrado* in exponendis ad presens circa materiam huiusmodi, fidem dignemini credulam adhibere.

Datum *Constantie* XVI. Ianuarii MCCCCXVII. X^ma^ indictione.

Vestre R^me^ Paternitatis
Humilis Capellanus
IOHANNES AMBVNDII * Electus *Curiensis*,
debita devotaque premissa reverencia.

* Qua Can. eccl. Cath. Eichstadiens. et Præpositus Collegiatæ (ad S. Vitum) in Herrenried obviat 1415.

NB. *Incognitum fuisse* DAVIDI Kœlero *nativum huius* Ioannis *nomen, patet ex catalogo* Epp. CVRIENS., *quem inseruit* Notitiæ Procer. *Imbof.* C. XXI, *ubi habetur:* incertum qua familia. *Hanc tamen Cathedram anno vix uno tenuit, ad Archiepiscopatum* Rigensem *in* Livonia *promotus.*

XLVI.

XLVI.

LITTERIS *prælibatis* IOANNES *hoc tenore respondet.*

1417.

Venerabilis Pater, & Amice in Xpo kariſſime, poſt ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Sane litteras veſtras, per honorabilem CONRADVM *Eggbardi* Canonicum Eccleſie *Curienſis* procuratorem veſtrum nobis directas, cum magna cordis noſtri letitia & exultatione recepimus, ipſumque etiam in ſuis referendis de parte veſtra, prout habuit in mandatis, audivimus. De relatione autem plena & fideli de parte veſtra nobis facta, & aliis coram nobis exhibitis & productis in Domino gaudentes & exultantes, ac corde & animo contenti. Scimus enim, & ſpe certa tenemus, quod ipſa electio de perſona veſtra ad Eccleſiam *Curienſem*, nobis iure metropolitico ſubiectam, non cura & ſolicitudine veſtris, ſed ex DEI & Domini altiſſimi providentia facta extitit. Vocatus enim eſtis ut Aaron in ſanctuarium Domini; ipſe elegit vos, quod fructum ſalutiferum afferre debetis in eadem, que diucius in gravibus tribulationibus plurimis, tam in Capite quam in membris ſtetit. Nolite .. timere, Dominus vobiſcum eſt, & iugum ipſius leve eſt, et vobis precipue, quia ſcientiam & intellectum habetis; cum ſcienti & volenti nichil ſit difficile. Vtinam placeret Domino altiſſimo, quod pluribus de noſtris Eccleſiis ſuffraganeis, & de perſonis vobis ſimilibus ſic proviſum foret. Terram enim ſi deſertam intrabitis, & vineam Domini plantabitis in ea, & erit vinea Domini Sabaoth; & producet fructum centuplum in diebus veſtris, Altiſſimo ſuffragante qui elegit vos in partem illam.

De principali autem, Amice kariſſime, *Conradus* Canonicus & procurator veſter ſupradictus a nobis litteras publici Edicti & proclamationis petiit & poſtulavit, quas vobis per eundem transmittimus, formam canonicam in hoc ſequendo. Diem & locum iuxta exigentiam materie aſſignavimus & deputavi-

tavimus ad veſtri commoditatem; quodque deſideramus a vobis, ut die & loco per nos datis & aſſignatis, in propria perſona, ad honorem noſtre Maguntinenſis Eccleſie, atque veſtre venire curetis. Nos enim perſonam veſtram, cuius noticiam a multis temporibus habuimus, & converſatione novimus, videre, & converſari cum eadem, pie in Domino affectamus; Quodque eciam nos propterea ad videndum eandem perſonam veſtram, & pro expeditione electionis veſtre, locum propinquiorem, ut potuimus, in quo etiam alias nobiscum fuiſtis, vobis aſſignandum duximus, & ſtatuendum. Cetera neceſſaria *Conrado* procuratori veſtro vobis de parte noſtra referenda commiſimus. Valete feliciter, & Domino altiſſimo ſitis commendatus.

Datum in caſtro noſtro *Aſchaffenburg* - - Febr. Anno MCCCCXVII.

XLVII.

INSTRVMENTVM *publicum ſuper actum Iurisiurandi, præſtiti ab Electo in manus Commiſſarii Archiepiſcopalis.*

An. 1417.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Anno a nativitate eiusdem MCCCCXVII, Indict. X, menſis Marcii die XIII, hora tertiarum vel quaſi, Apoſtolica Sede Paſtore carente, coram venerabili & circumſpecto viro, Magiſtro CONRADO *Vnruwe*, Prepoſito Eccleſie S. *Petri extra muros Maguntinos*, Reverendiſſimi in Xpo Patris & Domini, Dni IOHANNIS Archiepiſcopi *Magunt.* Vicario generali ac Commiſſario, in ſubſcripto Confirmationis negotio ab eodem Dno AEpiſcopo ſpecialiter dato & deputato, in meique Notarii publici & teſtium infraſcriptorum - - - preſencia perſonaliter conſtitutus Reverendus in Xpo Pater, Dns IOHANNES *Ambundii*, Sacre Theologie & Iuris Canonici Profeſſor, Electus Eccleſie *Curienſis*,

ſis, electionem de perſona ſua ad Eccleſiam Curienſem predictam per venerabiles Dnos Decanum & Capitulum - - - rite & canonice factam, per prefatum M. *Conradum Vnruwe* Prepoſitum & Commiſſarium recipi & admitti, & ratam & gratam haberi, nec non auctoritate Metropolitica approbari & confirmari, ac etiam curam & adminiſtrationem Eccleſie eiusdem ſibi committi, cum debitis ſolemnitatibus & conſuetis, & prout moris eſſet cum inſtantia debita petiit & poſtulavit.

Qui quidem M. *Conradus* Prepoſitus - - -, cum nullus compareret contradictor vel oppoſitor in negotio electionis huiusmodi, recepto tamen primitus iuramento infra deſcripto a prefato M. IOHANNE Electo, & quod etiam ipſe . . . Electus, ſacroſanctis Ewangeliis manibus ſuis tactis corporaliter preſtitit, eandem Electionem admiſit & recepit, & confirmavit eandem, & alia fecit que in Litteris & proceſſibus eiusdem M. *Conradi* Prep. & Commiſſarii plenius continentur. Tenor vero iuramenti, & per ipſum M. *Iohannem* Electum preſtiti ut prefertur - -, eſt talis:

„*Ego* IOHANNES AMBVNDII *S. Theologie & Iuris Canonici Profeſſor, Eccleſie* Curienſis *Electus iuro, quod ab hac hora inantea ero fidelis S. Petro, S. Romane Eccleſie, S. Sedi Apoſtolice, & Domino meo Dno* IOHANNI *Archiepiſcopo* Maguntino *ſuisque ſucceſſoribus canonice intrantibus; non ero in conſilio neque inſtrumento ut vitam perdant aut membra, vel capiantur mala captione. Conſilium, quod michi per ſe, vel per Litteras, aut per Nuncium manifeſtabunt, ad eorum dampnum nulli pandam; et Archiepiſcopatum Eccleſie* Maguntine, *& Regulas SS. Patrum adiutor ero ad defendendum & retinendum, ſalvo ordine meo. Vocatus ad Concilium veniam, niſi prepeditus fuero canonica prepeditione. Legatum vel nuncium Eccleſie* Maguntine, *quem certum eſſe cognovero, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in ſingulis neceſſitatibus adiuvabo. Bona Eccleſie* Curienſis, *& preſertim ad Menſam epiſcopalem pertinentia, ſine licentia Dni Archiepiſcopi* Maguntini,

„ni, *qui est, vel erit pro tempore, non alienabo, nec de „novo infeodabo; salvis semper in omnibus & per omnia iu„re & bonore Sedis Apostolice. Item quod Domino meo „AEpiscopo Magunt. p. t. existenti debitam reverentiam & „obedientiam exbibebo. Sic me Deus adiuvet, & „hec sancta Dei Evvangelia.*

Acta fuerunt & sunt hec, in Opido *Heppenheim* - -, in curia archiepiscopali - - Anno, Indict. - - - quibus supra. Presentibus ibidem venerabilibus & circumspectis viris, Dominis, PETRO *Echter* Canonico *Mag.* & Preposito S. *Mauricii* & Prothonotario Dni *Iohannis* AEpiscopi predicti. NICOLAO *Bettinburg* Thesaurario S. *Simeonis* extra muros *Treverenses.* CONRADO *Egghardi* Canonico *Curiensi*, ac CONRADO *Snelle* Rectore parochialis in Dipurg, & Cellerario curie archiepiscopalis predicte; testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego WALTHERVS *Dithwin* - - -
Notarius (*&c.*)

XLVIII.

DE *Capella* BETLEHEM, *adunita Decanatui Ecclesie* Bingensis.

An. 1417.

[*p.732. n.7.*]

IOHANNES D. G. *sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus* - - - ad perpetuam rei memoriam. Inter alia pietatis opera, & ceteras solicitudines humeris nostris incumbentes illam devotionis speciem libenter amplectimur, per quam cultus Divinus augeri, ac Ecclesie & Persone ecclesiastice Domino Altissimo devote servientes, in suo statu possint & valeant salubriter conservari.

Cum

Cum igitur dudum Ecclesia collegiata, sita in opido nostro *Pingwensi* - - ad honorem S. *Martini* Ep. & Conf., Patroni nostri & Patris dignissimi, per felicis record. Archiepiscopos - - predecessores nostros sub XII. Canonicorum, Decanum, ac Magistrum sive Scolasticum, & Cantorem, Prelatos: Custodem quoque, simplicem Officiatum in se continentium, nec non tredecimi, Prepositi, principalis Prelati vices Xpi gerentis, & XX. Vicariorum numero, ad instar triginta annorum quibus idem D. N. I. Xps in terris visus & cum hominibus conversatus est, gloriose & laudabiliter fundata fuerit, erecta & instaurata, ad assidua laudum preconia in divinis officiis & horis canonicis, diuturnis pariter ac nocturnis DEO inibi iugiter persolvendis; et nunc proch dolor per ignis voraginem sit adeo miserabiliter combusta, & in suis facultatibus, ac Prelatorum & aliorum membrorum suorum stipendiis graviter diminuta, quod propter inopiam temporalium inibi conspicimus deficere devotionem, & frequentiam debitam in Divinis;

Quapropter ipsam Ecclesiam & eius statum cum suis ministris, quantum nobis possibile fuerit, suo decori restitui, & presertim in defectibus cottidiane necessitatis, quibus nonnulli eiusdem Ecclesie Prelati gravari videntur; sic quod iugum oneris & laboris ex precellentia sue dignitatis ipsis etiam divisum, & pro tempore incumbens non valent supportare, pro bono statu & felici regimine eiusdem ecclesie per nostra suffragia pie in Domino relevari cupientes; ad honorem Omnipotentis DEI, gloriosissime Virginis & Matris unigeniti Filii D. N. I. C., nec non S. *Martini* - - Patroni - -, S. *Barbare* - - ac totius Celestis curie civium supernorum, Decanatui eiusdem ecclesie, qui dignitas electiva & curata existit in eadem, continuam & personalem - - - requirens residentiam propter Divinorum frequentiam & subditorum disciplinam; in augmentum stipendii Decani - - & in relevamen onerum eidem . . incumbentium, cum fructus & proventus eiusdem Decanatus - - nimis exiles existant; Capellam ruralem & campestrem, *Betlehem* communiter nuncupatam, sitam in capite montis *Eysenberg*, in ter-

 minis

minis prefati opidi noſtri *Pingwenſis* ad litus Reni, & ex oppoſito ville - - *Rudisheim* — —, que ſine cura eſt, & eius collatio, proviſio - - - ad nos tanquam Archiepiſcopum Maguntinum — — —, ſolum & in ſolidum pertinere & ſpectare dinoſcitur, - - - cum omnibus & ſingulis fructibus, redditibus - - - univerſis, ad uſum & utilitatem eiusdem Decanatus & relevamen, uniendam incorporandam & annectendam duximus, ipſamque Capellam - - - auctoritate noſtra dicto Decanatui preſentium — — tenore unimus, annectimus, & perpetuo incorporamus.

Dantes & concedentes Decano, qui nunc eſt vel in futurum erit, plenam licentiam & liberam poteſtatem — —, dictam Capellam, & ipſius poſſeſſionem corporalem - - - cedente vel decedente ipſius capelle Rectore - - - nomine eiusdem Decanatus nanciſcendi - -, pro ſe ſuisque ſucceſſoribus, - - - nec non fructus - - - ceteraque emolumenta - - in uſum & utilitatem ſui levandi - - -, noſtri & ſucceſſorum noſtrorum - - licentia minime requiſita; Proviſo tamen, quod ipſa Capella in ſuis Divinorum officiis debitis, tum & conſuetis nullatenus defraudetur.

In fidem & teſtimonium unionis & incorporationis predictarum - - -, nec non perpetuam roboris firmitatem Sigillum noſtrum preſentibus Litteris - - - appendimus.

Acta & facta ſunt hec, in Caſtro noſtro *Erenſteyn*, * - - ſub Anno nativitatis Domini MCCCCXVII. Indict. X, menſis Aprilis die ultima, hora Primarum vel quaſi, Sede Apoſtolica Paſtore carente. Preſentibus ibidem Venerabilibus & circumſpectis viris, CONRADO *Vnruwe*, Vicario noſtro in Spiritualibus generali, S. *Petri* extra: FRIDERICO de *Alſencia* Scriptore terre noſtre *Ringauwie* generali, S. *Stephani*, & IOHANNE de *Selheim* B. *Marie* ad *gradus* intra muros *Magunt.* Eccleſiarum Prepoſitis; nec non Strenuo milite IOHANNE *Brumſer*, Vicedomino in terra . . *Ringauwie* predicta, & IOHANNE *Retich* Notario noſtro; Conſiliariis noſtris fidelibus & in Xpo dilectis. Teſtibus ad premiſſa vocatis, ſpecialiterque requiſitis.

* *alias* Erenfels: *de cuius ortu, ſitu & ſtatu moderno v.* T. II. *p.* 57. *ſq.* T. III. *p.* 161.

XLIX.

XLIX.

In locum PHILIPPI *Com.* Nassovio-Saræpontani, *eo quod Advocaciæ Monasterii* Rubræ Ecclesiæ (*vulgo* Rotenkirchen) *male præsit, Abbatem* MATHIAM *& Conventum diversimode aggravando;* IOANNES, *vi potestatis in talem casum AEpiscopis* Mogg. *a Fundatoribus factæ, surrogat alium, atque hoc ipsum defensionis munus committit* LUDOVICO C. Pal. Rheni.

An. 1418.

[*p. 734. ante n. 2.*]

Wir Johann v. G. G. Ertzbischoff zu Mentze - - - Bekennen - - -, Wann wir von gotlich vorsichtigunge darzu geschicket u. gesatzt sin, beswerten Luden, und die verunrecht werden, zu hilffe u. troste zu kommen, und yne vätterlichen fur zu sin, des geordenten u. geistlichen luden, sunderlichen den, die GOte zu dienen ergeben sin, allernodest ist sie myldiglichen zu schuren u. zu schirmen, off das sie in fridelichem leben dem almechtigen GOte unserm Schepfer deste flissiger u. beqwemlicher gedienen, und yn loblichen angerufen mogen; Des haben wir angesehen, u. innerlichen bedracht, das soliches Schirmes u. hilffe dem geistlichen Mathias, Apte u. Convent zu Rodenkirchen, und demselben Closter von Premonstrat, die grosslichen beswert werden, vast noit ist; Und wan nu dasselbe Closter Rodenkirchen also gestifftet, gefryet u. privilegieret ist, als wir des in yren brieven clerlichen gesehen u. erfunden han; Ob sie ir Faud u. schirmer verunrechtet u. besweret, und sie nit schuret, das dann ein Ertzbischoff von Mentze der zu zyten ist, dem obgen. Closter eynen anderen Faud u. schirmer geben u. machen sal, u. mag;

Nu hat der obgen. Apt Mathias uns mit Clage dicke furbracht, wie der Edel Philips, Greve zu Nassauwe u. zu Sarbrucken, unser lieber Vetter u. getruwer, der des obgen. Closters Faud

Faud u. Schirmer sin solte, yne u. sin closter swerlichen bedrange, verunrechte, u. beswere in mancherhande wyse; und besunder, das er mit werntlichem Gerichte uff des closters Gute lasse clagen, widder geistlich u. pheffliche fryheit, und widder unsers Geistlichen gerichts verbott; darumb wir dem obgen. unserm Vetteren zu mer malen haben lassen schriben, das abe zu thun, das doch nit geholffen hat; Und herumbe, u. uff das das obgen. Closter nit so gar verderplichen gemacht, sunder geschuret, geschirmet, und by Rechte gehanthabet werde;

So haben wir den Hochgeborn Fursten, Herrn Ludewigen Phaltzgraven ꝛc. unsern lieben Oheim, den der obgen. Apte geheischen u. begert hat, des obgen. Closters zu Rodenkirchen Schirmer u. Faude gemachet u. geben; setzen u. machen Yne u. sine Erben Phalzgraven by Rine also Faude u. Schirmer des obgen. Closters in crafft dieses brieves. Yne flissiglichen bittende, das er, GOtt u. siner lieben Muter zu lobe u. ere sich des anneme, u. uffrichte nach deme das Closter gefrihet u. gestifftet ist; und es getruwelichen schure, schirme u. hanthabe, und yme das fruntlichen bevolen lasse sin. Doch so nemen wir in diesen sachen uff, und behalden uns, unseren Nachkomen und - - Stiffte zu Mentze unser Rechte, fryheid u. gewonheit, ane alle geverde.

22. Sept. Des zu urkunde ꝛc. Datum Erenstein, in die Sanctorum *Mauricii & Sociorum eius Martirum.* Anno Domini MCCCCXVIII.

De hoc Monasterio in Opp. nostris sparsim facta est mentio. Specialiter T. I. p. 657. II. p. 635. *Ast de origine seu fundatione, uti & interitu eiusdem, nullum hactenus vestigium invenimus. Inter pleraque alia fortassis fuit destructum an.* 1525 *a tumultuantibus Rusticanis.*

L.

L.

VRBIS Hanovicæ *Cives declarantur Iudicii Synodalis onere immunes, ac exempti in perpetuum.*

An. 1418.

[*p.*734. *n.*2.]

Wir Johan v. G. G. des heil. Stuls zu Mentze Erzbischoff rc. Bekennen u. thun kunt offinbar mit diesem brieve; Wan wir eigentlichen underrichtet sin, daz bynnen langen zyten, als yemande gedencken mag, keine Sendt in unser Stadt Hanauwe gehalten oder besessen sy; und darumbe, daz unsere Burgere u. Inwonere zu Hanauwe by irem herkommen bliben mogen, und daruber nit beswerer werden; So han wir sie des gefryet - - in crafft dies briefes also, daz man furterme keinen Sendt in der vorgen. unser Stadt und Pherre zu Hanauwe besetzen oder halten sal; und die burgere daselbs sollen auch nicht phlichtig oder gebunden sin, dheinen Sendscheffen zu dem Sende zu geben oder zu setzen; sunder sie sollen by dem vorgenanten irem alten herkommen ungehindert bliben, und auch von uns, unsern underthanen, und den unsern nit daruber beswerer, oder angelanget werden in dheine wise.

Des zu urkunde rc. Datum *Hanaue* in die S. *Lucie* virg. & mart. Anno Domini MCCCCXVIII.

NB. *Chartarum optimi Præsulis nostri ultimam*, b. m. G. *C.* Ioannis, *p.* 734. *n.* 2, *relative ad* Cod. Diplomaticum *bis inducit verbis:*

„Anno postero MCCCCXIX feriam suscepit cogitationem de Canonicis, qui „*Erfurti* ad ædem *B. M. V.* & *D. Severi* erant, ad sanctius in sacris quotidie „obeundis exemplum revocandis. Pleríque eorum in utraque fungebantur „sacerdotio. Vt igitur quotidianas distributiones, quæ *presentia* vulgo ap„pellantur, tum in hac, tum illa acciperent, in neutra pleno ritu peragere „solebant divina officia, sed ex una ad aliam avido ad rem currebant ingenio. „Quod cum sanctionibus ecclesiasticis - - - - repugnaret, - - - IOANNES „iusta eos incessivit obiurgatione, Edictoque *Höchsti* feria tertia proxima post

„diem S. *Vincentii* composito, ne quis in posterum talia auderet, sanxit. „Voluit autem, unam ex ambabus quisque sibi eligat, in qua psalmodiis sa„cris decantandis, aliisque religionis vacet operibus, iisque tum emolumen„tis, quæ quolibet die in ea præberentur, contentus sit. Atenim plenius id „cognosces ex tabulis ipsis.

Vt eas intercalarem, absterret me nimia, immo nauseabunda prolixitas.

REGIMEN, *in annum* XXIII *strenue ac laudabiliter productum*, IOANNES *cum vita terminavit eodem b. a.* 1419, *d.* 23 *Sept. Successit X. Oct.* CONRADVS Rhingravius *de* Lapide: *Cuius exaltationem universis Ecclesiæ* Moguntinæ *subditis Capitulum intimat; simul mandans, ut Electo debitum præstent homagium. Missis, qui illud excipiant,* WILHELMO *Com.* de Nassau *Præposito, Canonicisque*, EBERHARDO Pincerna *de* Erbach, IOANNE de Lewenstein, *dicto* Randeck, & IOANNE *de Rodenstein. [N. sq.]*

LI.

An. 1419.

[*p. 735. n. 2.*]

VOn GOts gnaden Johann (Weiß de Seuerbach) Dechandt, und daz Capittel gemeynlich des Dumes zu Mentze. Allen u. iglichen des egenanten Stifftes Furstmannen, Edelmannen, . . Burgmannen, Dinstmannen, Amptluden, Zollschribern, Zollnern, Schultheisen, Burgermeister, Redten, Scheffen, burgern, armen luten, gebuern u. underseßen, wo die in dem Stifft zu Mentze oder in sinen gegenden, Slossen, Landen u. Gebieten; in der Stadt zu Mentze, oder ußwendig Mentze, uff dem Rine, in dem Ringauwe, uff dem Gauwe, vor der Höhe, oder gensyte der Höhe; uff der Lane, uff der Nahe, uff dem Hundesrucke, in der Dryeiche, in den Ritdörffern, an der Bergstrassen, in der Munthad, uff dem Meyne, uff dem Odenwalde; in Swaben, in Francken, uff der Thuber, uff

der

der Kyntzige, in der Wederauwe, in Hessen, Sassen, Eyssfelde, Thuringen; vor dem Hartz, in dem Hartz, gensyt des Hartz, in Myssen, in der Buchen, und vor dem Thuringer walde gesessen oder wonende, wie die mit iren sunderlichen Namen oder Zunamen genant, und dem Stifft zugehören, und mit eynicherley verbuntlichkeit phlictig sin, Entbieden wir unsern fruntlichen gruß, dinst, unsern gruß, und was wir gutes vermogen alzyt zu vor, besundern Herren u. Frunde.

Als von des Almechtigen GOtes ordenunge, des Willen nyemand widderstẽn mag, etwann der Erwirdige in GOt Vater, Her Johann Ertzbischoff zu Mentze, dem der liebe GOt barmhertzig sin wolle, von Todis wegen abgangen ist, darumb Ir uff uns, als derselbe Stifft ledig gewesen ist, wartend geweſt syt; Lassen wir uch wissen, daz wir uns in Capittels wise darnach zu rechter u. nemelicher stadt u. zyt, nach usswisunge der Rechten, und als von altem herkommen ist, zusamen beruffet u. besamet han; Und haben da gotlichen, erberlichen u. redelichen, mit eyner bestenlichen Wale eynmutlichen, ungezweyet, zu unserm, uwerm, und des gantzen Stiffts zu Mentze Ertzbischoff erkoren, und mit lobelichem Sange erhaben, ingesatzt u. enphangen, den Erwirdigen in GOt Vater und Herren, Hern Conrad, vormals genant Ringraven, etwan unsern mit Dumherren.

Soliche eynmutliche unser Kore wir uch verkunden mit diesem unserm uffen brieffe: Heissende u. gebietende vesteclichen, by den hulden u. eyden, als ir uns u. dem Stifft zu Mentze phlichtig syt, daz ihr den egen. unsern gnedigen Herren, Hern Conrad Erwelten Ertzbischoff . . als vor unsern u. uwern waren u. gerechten Herren entphahen, und Yme als eyme Ertzb. globde, huldunge u. eyde thut, nach lude eyner zedeln, die uch dann gelesen sal werden, und als uch die Edeln u. Ersamen, Her Wilhelm Grafe zu Nassauwe Dumprobst, Her Eberhart Schenck Herre zu Erpach, Her Johan von Lewenstein, genant von Randeck, und Her Johan von

Rodenstein unser mit dumHerren, die wir zu uch mit diesem unserm brieffe senden, clerlichen wol sagen sollen.

Des zu urkunde ist unsers Capittels gros Ingesiegel mit rechtem wissen an diesen brieff gehangen. Geben zu Erenstein, * uff
13. Oct. Fritag nach S. Dyonisius tag, des Jares als man zalte, nach Cristi geburte Viertzehen hundert und nuntzehen Jare.

* *Deviat* SERARIUS, *dum (apud* Ioann. *p. 735. n. 2.) dicit*, CONRADUM, *propter tumultuantes* Moguntiæ *cives*, *electum fuisse* Rüdeshemii; *quandoquidem in castro* Erenstein *(sive* Erenfels*) hic expresso*, *actum Electionis* celebratum *perhibet vetustus Archiepiscoporum catalogus*, *cum ipso* Conrado *finiens*.

LII.

Electum P. M. *prævia sibi per Cardinales intus nominatos facta relatione confirmat*, *nec non Vasallis, ut iusta præstent eidem*, *rescribit*.

1419.

[*p. 735. n. 3.*]

ex Autogr. MARTINUS *Episcopus Servus servorum Dei.* Dilectis filiis, universis Vasallis Ecclesie *Maguntine* salutem & Apostolicam benedictionem. Divina disponente clemencia, cuius inscrutabili providencia ordinacionem suscipiunt universa, in Apostolice sedis specula licet immeriti constituti, ad universas orbis Ecclesias aciem nostre consideracionis extendentes, pro earum statu salubriter dirigendo Apostolici favoris auxilium libenter adhibemus; sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis carere Pastoribus intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores preficiantur ydonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant & informent, ac bona Ecclesiarum ipsarum non solum

lum gubernent utiliter, ſed eciam multimodis efferant incrementis.

Sane nuper Eccleſia *Maguntina*, cui b. m. IOHANNES Archiepiſcopus dum viveret preſidebat, per ipſius *Iohannis* archiepiſcopi obitum, qui extra Romanam curiam deceſſit, Paſtoris ſolacio deſtituta, dilecti filii Capitulum dicte Eccleſie pro futuri Archiepiſcopi Magunt. celebranda electione, vocatis omnibus qui debuerunt, voluerunt & potuerunt electioni huiusmodi commode intereſſe, die ad eligendum prefixa, ut moris eſt, convenientes in unum, dilectum filium CONRADVM, Electum *Maguntinum*, tunc eiusdem eccleſie Canonicum, in ſubdiaconatus ordine conſtitutum, in Archiepiſcopum *Magunt.* concorditer elegerunt; ipſeque Electus electioni huiusmodi, illius ſibi preſentato decreto conſenciens, demum electionis negocium huiusmodi proponi fecit in Conſiſtorio coram nobis, petens, illam auctoritate Apoſtolica confirmari; in hys omnibus, ſtatutis a iure temporibus obſervatis.

Nos igitur electionem ipſam, dictique Electi perſone ydoneitatem & merita, per dilectos filios noſtros, ALAMANNVM S. *Euſebii*, presbyterum, & ALFONSVM S. *Euſtacbii*, diaconum, Cardinales examinari fecimus diligenter; et quia, facta nobis per ipſos Cardinales ſuper hoc relacione plenaria & fideli, electionem huiusmodi reperimus de perſona prefati Electi, cui de litterarum ſciencia, vite mundicia, honeſtate morum, ſpiritualium providencia & temporalium circumſpectione, aliisque multiplicium virtutum donis apud nos fide digna teſtimonia perhibentur, fore canonice celebratam, eam de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate predicta confirmamus; preficiendo dictum *Conradum* Electum eidem Eccleſie in Archiepiſcopum & paſtorem, curam & adminiſtracionem ipſius eccleſie ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo: In illo qui dat gracias & largitur premia confidentes, quod gracia ſibi aſſiſtente divina, prefata eccleſia per ipſius Electi induſtrie & circumſpectionis ſtudium fructuoſum proſpere & ſalubriter dirigetur, ac grata in eisdem ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipiet incrementa.

Quocirca universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Electum, pro nostra & dicte Sedis reverencia debito prosequentes honore, ac ipsius salubribus monitis & mandatis efficaciter intendentes, ei fidelitatem solitam, nec non consueta servicia & iura a vobis sibi debita exhibere integre studeatis; alioquin sentenciam sive penam, quam idem Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

15. Dec. 1419. Datum *Florencie* XVIII. Kalendas Ianuarii. Pontificatus nostri anno tercio.

per W. *Swaen*
Io. de *Ratingen*.

De CONRADI *inauguratione* GEORGIUS Helwich *notat in* MSS. „Hic - - directo sibi Pallio, in præsentia AEpiscopi Tre„vir. OTTONIS de *Zigenhain*, itemque *Spirensis* & *Argentor*. „Episcoporum, atque Ducis *de Monte*, plurimorumque aliorum „Comitum, Baronum, Militum, & immensæ multitudinis ho„minum consecratus fuit summa cum solennitate ac pompa; non „quidem in Ecclesia S. *Albani extra muros* (uti hactenus moris „fuerat) propter translationem status in secularem an. 1419 in „ipso Monasterio factam, * verum in Metropolitana D. *Marti*„*no* sacra.

* *Bullam a* Martino V. *desuper editam produxit* Ioannis *Vol. II. R. M. p. 920.*

LIII.

DE *recens creato Procancellario Academiæ* Erfurtensis.

An. 1419.

[*p. 735. n. 4.*]

CONRADUS *Dei gratia sancte* Maguntine *Sedis Electus*, almeque universitatis Studii, nostri *Erffurtensis* opidi

opidi - - Cancellarius a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus. Honorabili Magiſtro IOHANNI *Graneborn*, in dicta Vniverſitate S. Theologie profeſſori, devoto noſtro dilecto ſalutem in Domino ſempiternam.

Incumbunt nobis ſollicitudinis ſtudia, ut d. Vniverſitas, ac in ipſa degentes perſone, in actibus nobis auctoritate Apoſtolica commiſſis ſalubriter gubernentur, ut eius commoda proſpere dirigantur. Attendentes itaque fidem & devotionem tuam, in quibus in noſtris & Eccleſie noſtre ſerviciis, prout fide dignorum relatione accepimus, te probatum invenimus, ideoque devotioni tue, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, huiusmodi Vicecancellariatus officium - - - - tenore preſentium committimus, & in d. Vniverſitate te Vicecancellarium, donec duxerimus revocandum, deputamus. Mandantes tibi, - - quatenus in qualibet Facultate tibi preſentandis, qui formam ſuam laudabiliter compleverunt, Doctorum & Magiſtrorum Facultatum earundem recommendatione & teſtimonio, de ſcientia & vite idoneitate, ac morum honeſtate accedente, auctoritate noſtra, quin verius Apoſtolica - - -, licentiam concedas; ac illa que ad d. officium quovis modo iuxta predicte Vniverſitatis conſuetudines pertinent, via regia procedendo perficias, ut ex inde nobis honor, tibique gratia retributionis augeatur, ut dignis laudibus poſſis commendari.

In cuius rei teſtimonium preſentes noſtre commiſſionis Litteras noſtri fecimus Sigilli appenſione muniri. Datum - - - Anno . . MCCCCXIX.

✲ ✲ ✲

Argumentum numeri proximi tangit Authot SERARIVS p. 874 *in hunc modum:*

„Anno 1410 - - - dedit ad Cleri optimates literas Eltvilla, quibus cum de „vitiis aliis, tum vero maxime de obſcœno concubinatu funditus evellendo „monuit.

Com-

Commentator eius IOANNIS p. 736. n. 1. *ſubnotat:*

„Dedi eas, ut legere poſſis in codice Diplomatico. Sigillatim vero Canoni-
„cos ſerio admodum monuit, ut Prælatis maiori, quam hactenus, ſtudio &
„honorem exhiberent ac obſequium; Data ſimul Decanis facultate, minus mo-
„rigeros pœnis legibus conſtitutis coercendi.

Vtrumque igitur articulum plenius declarat ipſe Litterarum tenor.

LIV.

An. 1420.

Venerabilibus, tam noſtre maioris quam aliarum Collegiatarum eccleſiarum noſtrarum Civitatis & Dyoc. *Moguntine* Decanis ſalutem in Domino ſempiternam, & mandatis noſtris diſtrictius obedire.

Felicis record. Predeceſſores noſtri conſiderantes, quam deteſtabile ſit inobedientie vitium, quod ex radice ſuperbie traxit originem, inter cetera que pro honore & reverentia Prelatorum, qui columpne eccleſiarum fore cenſentur, provide ſtatuerunt, hoc quoque teneri, & per univerſos Canonicos eccleſiarum huiusmodi obſervari & fieri voluerunt, quod Canonici Prelatis ipſorum, in omni exhibita reverentia aſſurgendo, & in aliis prerogativis tamquam obedientes eſſe deberent, & devotionem exhibere ſpecialem; ut per ſigna huiusmodi, ipſi Decani a ſimplicibus Canonicis diſcerni valerent; ſed quia nonnulli tunc, nunc quoque moderni Canonici, immemores iuramenti in eorum receptionibus preſtiti de conſuetudinibus eccleſiarum obſervandis, nec advertentes, quod, ſicut legum, ſic antiquarum conſuetudinum transgreſſores iuxta utriusque iuris precepta non immerito ſunt plectendi, contra debitum obedientie & conſuetudinem huiusmodi iuri conſonam, ex quadam arrogantia, vel ſimulatione quadam, motu proprio venire & facere preſumpſerunt, & preſumunt, & in obediendo etiam in his, que licita ſunt & honeſta, multipliciter contradicunt; propter quod non fuit, aut hodie dubium eſt, quin talia preſumentes, notam inobedientie, & reatum periurii tunc incur-

ſncurrebant, & hodie moderni quidam, quod dolenter ymmo & diſplicenter intelleximus, incurrere non verentur;

Nos igitur, qui ſupra dictis - - predeceſſoribus noſtris in hac S. ſede ſucceſſimus, ſic iugum Domini, quod ipſi occaſione premiſſorum humeris ipſorum ſupportarunt, collo noſtro abiicere non volentes, obedientiam & reverentiam debitas & devotas Prelatis eccleſiarum predictarum, maxime vobis Decanis, non ſolum per Canonicos, ymmo a fortiori per Vicarios decernimus & volumus exhiberi. Vobis & ſingulis veſtrum in virtute ſancte obedientie, & ſub excommunicationis pena diſtricte precipiendo mandantes, quatenus contra omnes & ſingulos Canonicos & Vicarios, qui vobis, aliisque Prelatis ipſorum quomodolibet in obediendo, debitam quoque reverentiam exhibendo, contradicunt, ad penas & cenſuras in *C. Preterea*, de *Maioritate & obedientia* in ſtatutis provincialibus contentas, quoad Canonicos; quantum vero ad Vicarios ad clauſtralem, aut alias iuxta exceſſus qualitatem intrepide, & omni excuſatione poſtpoſita procedatis, & ſinguli veſtrum procedant, prout excom. ſententiam predictam, nec non indignationem Dei, & noſtram velitis evitare.

Ceterum, cum non tantum ſacrorum Canonum, verum etiam ſtatutorum Provincialium predictorum, ſuper incontinentia Clericorum hactenus quam plura emanarint inſtituta, eorundem Clericorum cum mulieribus cohabitationis vitium excluſiva, nulla tamen, etiam quantocunque digeſta conſilio, usque nunc medela ſufficit; quin, quod etiam diſplicenter intelleximus, & non ſine cordis amaritudine referimus, nonnulli Prelati, Canonici, ſacerdotes & Clerici, obſcenis voluptatibus inhiantes, adhuc hodie publice detineant Concubinas; Ne igitur delictum huiusmodi tranſeat impunitum, vobis Decanis omnibus & ſingulis - -, ſub penis & cenſuris antedictis, & ut ſupra, diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ad huiusmodi Concubinatus vitium extirpandum ſine fictione una nobiſcum laborantes, ſinguli veſtrum ſingulis vobis ſubditis, tam Canonicis quam Vicariis, huiusmodi vitio incontinentie

resperſis, vice & auctoritate noſtra diſtrictius iniungendo precipiatis, ut infra terminum congruentem ſingulis ipſorum, per ſingulos veſtrum eis ad hoc prefigendum, concubinas huiusmodi relinquant, & a ſe, ſine fraude & dolo quibuscunque prorſus repellant, ſub penis & cenſuris tam Canonum quam ſtatutorum predictorum, quas contra facientes ac inobedientes & rebelles incurrere volumus ipſo facto. Ad quorum etiam declarationem & denunciationem, ac aggravationem & reaggravationem, pro ut opus fuerit, procedendi, vobis omnibus & ſingulis omnimodam tenore preſentium tradimus poteſtatem.

Et ne ſacerdotes ſeu Clerici rurales ab hoc Edicto videantur excluſi, Archidyaconis ſeu Prepoſitis ipſorum pari modo mandamus, ſubditos ipſorum a vitio Concubinatus huiusmodi totis viribus refrenare, ſimilem poteſtatem declarandi, denunciandi, aggravandi & reaggravandi ipſis preſentibus concedentes. Vos etiam Decani, & Archidyaconi & Prepoſiti - - taliter vos exhibeatis in premiſſis, ne ſanguis ſubditorum noſtrorum de noſtris ſeu veſtris manibus requiratur, & pro ut penas & indignationes ſupra dictas volueritis evitare.

In cuius rei teſtimonium *&c.* Datum ſabbato die poſt
18. Maii. feſtum Aſcenſionis, Anno Domini MCCCCXX.

LV.

R. Sigismundus *petitam a* Conrado *Fœderis ratificationem, icti cum Civitatibus:* Moguntia Wormatia *&* Spira, *denegat, ſeria cum adhortatione.*

An. 1421.

ex Autogr. Wir Sigmund v. G. G. Romiſſcher Kunig, zu allen zeiten Merer des Reichs, und zu Hungern, zu Behem Dalmacien, Croacien rc. Kunig. Embieten dem Erwirdigen Conrat

Conrat Erzbisschof zu Menz, des H. R. R. in Tutschen landen Erzkanzler, unserm lieben Neven u. Kurfursten unser gnade u. alles gut. Erwirdiger lieber Neve u. Kurfurste.

Mentze, unser gnediger lieber Herre mit uns gutlich uberkommen u. eins worden ist, daß wir Jme, von Sontag vor S. Gallentag nehist kunfftig furbaser zu tegelichem Kryge in Beheimen halten sollen, wohin er uns dan bescheiden u. heissen wirdet widder die ungleubigen Ketzer zu Beheim uff unsern kosten 25 mit Glenen * guter Manne, eyne igliche Glenen mit drien pherden u. zwen gewapenden, oder dri gewapende fur eyne Glenen; also daz der zum mynsten 50. redelicher gewapender, und 75. pherde wol ertzuget sin sollen, die zu dem Krige nutze u. togelich sin; davon er uns geben sal fur igliche Glenen alle moned 24. Rinischer Gulden, diewil wir Jme die also zum Krige halden, und er uns daz nit uffgesaget hat, muntlich oder mit brieven; Und wanne der obgen. unser gnediger Herre uns daz uffsagen wil, das sal er uns acht tage zuvor uffsagen; *quo prævio* sal er uns des Gelts, nach geburnisse des moneds u. der zite, dwile wir in sinem dinste gewest sin, gutlich entlegen, one geverde; das also in einem moned in einer Summe machet 600. Gulden, des derselbe unser gn. Herre uns ytzond zuvorane zwene monede betzalt hat, nemlich 1200 *fl.*, und er sal auch bestellen, daz wir solich gelt so sich fur iglichen moned geburen wirdet, intzunemen u. ufftzuheben finden sollen, wann der moned angeet, zu **Nuremberg** in **Sigmund** Stromeyers Huß, als lange wir dann mit 25, mit Glenen wol ertzuget, in sinem Dinste u. Krige zu **Beheim** sin, und uns daz von ime nit uffgesaget were - - Und wann wir daz gelt eins iglichen moneds als vor geschriben stet uffheben u. innemen, so sollen wir Jme, und wer uns dann solich gelt von sinen wegen antwurten u. geben wirdet, unser redeliche versigelte quitancien daruber geben, als dicke des noit ist u. sich geburen wirdet.

* *fors* Gleven

pro 50 cataphractis & 75 equis ad bellum instructis Lupoldus *600 fl. stipulatur; quolibet mense* Norimbergæ *in ædibus* Strohmeier. *persolvendos. Adiecta conditione, ut missio eorundem octiduo ante intimetur a* Conrado,

Auch so sal uns der obgen. unser gn. Herre fur Schaden steen mit den 25. Glenen die wir also halten werden in dem Krige, also, waz wir von den Fienden redeliches schaden nemen wurden dwile wir in sinem dinste sin, den sal er uns gutlich ussrichten u. bezalen nach mogelichen dingen. Weres auch, daz wir eynen oder mee fiengen,

qui omne etiam damnum præstabit;

Bello capti Conrado *cedent,*

wilcherley die weren, die sollen dem obgenanten - - und sinem Stifft zusteen; Es were dan, daſ der unsern, oder der, die Er dan zu uns legen wirdet, gefangen wurden, da GOd fur sy; so solte man eynen gein dem andern, nach glichen u. mogelichen dingen, nach rate - - - unsers Herren Frunde, die er dan by uns legen wirdt u. dartzu beſcheidet, ledig u. lois geben; und waz dan uberentzig were, daz sal aber ime u. sinem Stiffte alleyne zusteen u. zu ſtaden komen.

prout exact. ad redimendum incendia. Weres auch, daſ eynche brantschatzunge geschee, soliche . . sal demselben - - - alleyne zusteen, was Jme dan nach martzal daran geburet.

Pabulum pro vaccis & mulis conquisitum distribuetur iuxta proportionem. Weres auch, daz eynche Kuwe oder Eselspise genommen wurde, die sal uns nach antzal der 25. Glenen und den andern unsers . . Herren Frunden di er dan by uns legen wirdet, mit 15. mit glenen, auch ir antzale werden, nach glichen u. mogelichen dingen. Was auch in die Bute gehoret, daz sal man in die bute lassen fallen, und es damit halten als gewonlich iſt (&c.)

10 Sept. Datum Anno Domini MCCCCXXVI. in vigilia B. *Mathei* Apoſt. & Ewangeliſte.

LXVI.

„*Littera per S. R. I.* principes Electores *directa universis Principibus Ecclesiasticis & Secularibus per „Almaniam constitutis, in causa fidei, ad faciendum Exercitum contra Hereticos, pro „conculcatione eorundem.*

An. 1427.

[*p.741. n.34.*]

ILLVSTRIS, prepotens & magnifice Princeps, Conſanguinee cariſſime. Novit mundus, novit & Sacrum Romanum Imperium, & a veſtra non credimus notitia peregrinum,

num, quot & quantis illa perfida gens *Wiclefistica*, in *Bohemie* partibus invalescens, dampnatorum HVSS & IERONIMI falsis imbuta dogmatibus, & execrabili, ac Deo & S. Romane Ecclesie odibili resperfa heresi, Spiritum veritatis abiciens, inconsutilem Salvatoris nostri tunicam morsibus conatur laniare caninis; Plasmatori omnium Domino blasphemias, intemerate Virgini & Matri, & Sanctis suis contumelias inferat. Sacrosanctum Euckaristie Sacramentum, nostre salutis viaticum, & Reliquias sanctorum venerandas conculcando, pedibus intruncando Crucifixi, illibate Matris Marie, & sanctorum suorum imagines, monasteria, ecclesias & loca sacra nedum prophanando, sed & funditus evertendo; nec tantis omnibus malis contenta, maioribus, humanitatis spreto officio, crudelitatem assumens belluarum, & in populum, Xpi sanguine redemptum, velut Rampnus in ligna semens, ignem & ferrum in Orthodoxorum convertit viscera, suos impietatis gladios in Xpi fidelium sanguine inebriat occisorum, & innocentum servorum IHESV XPI, & Virginum velatarum & Deo sacratarum carnes laniandas celi volucribus & terre bestiis derelinquit; quod quidem pregrande inter cuncta mala maius, tanto cum ingentiori dolore referimus, quanto id ipsum nostris conspicere oculis, nostrorum exigunt demerita peccatorum, pro cuius perniciose pestis & virulente heresis eradicatione & exterminatione, ac eorundem perfidorum Hereticorum, Deo & Ecclesie rebellium conculcatione, modis & viis ex necessitudine congruis, dandis & inquirendis, nos ad Illustrissimi Principis & Domini, D. SIGISMVNDI, Romanorum Vngarie Bohemie &c. Regis invictissimi, Domini nostri graciosi ammonitionem & exhortationem, tanquam sui & S. R. Imp. principes Electores, & membra precipua, multos hucusque conventionum celebravimus dies, in quibus nos, & alii dicti S. R. Imperii Principes, Ecclesiastici & seculares, Comites, Barones, Milites, Clientes, & Civitatum communitates convenimus, multosque labores, utinam proficuos, pro dictorum Hereticorum conculcatione, & ad sancte Matris Ecclesie gremium reductione gratissimis subivimus mentibus, prout id satis extat liqui-

liquidum toti orbi; Qui tamen nostri labores, licet accurati, pro reductione & potius conculcatione dictorum Rebellium, modicum, quod cum merore referimus, profuerunt.

Vnde, ut tam infecto morbo, omnibus perniciofo, de die in diem se ferocius & amplius augmentanti, generalis antidoti salutari remedio occurratur, nos fidei zelo & fervore accensi, alii ex nobis in propriis personis, & alii gravibus negociis prepediti, in nostris Secretariis & Oratoribus, plenissimis nostris suffultis mandatis, in hunc locum *Franckfordie* convenimus; ubi cum prefati Domini nostri Romanorum Regis, & aliorum Principum Ambasiatoribus celebribus, matura deliberatione prehabita de huiusmodi materia Fidei feliciter promovenda, & dictorum Hussitarum perfidia conculcanda, ad Omnipotentis Dei laudem, sueque genitricis & Virginis Marie, ac SS. omnium gloriam, S. Romane & Apostolice Sedis exaltationem, Katholice fidei defensionem, & Reipublice commodum & salutem, sacre fidei devotione cordialius inflammati, ex mentium nostrarum affectione sitibunda, in animorum unitatem aspiramus, & in hoc finaliter resedimus, ut fortitudinis accincti robore, & loricam fidei induentes, in quatuor finibus ad dictorum Hereticorum terras, in virtute Crucifixi, cuius res agitur, quique nostrorum exercituum Signifer erit precipuus, divina disponente providentia, armata movebimus castra nostra. Presertim nos principes Electores, & alii Sacri Imperii principes Ecclesiastici & Seculares, Comites, Barones, & Communitates partium *Reni*, *Elsacie*, *Suevie*, *Bavarie* & *Franckonie* in una; Nos FRIDERICVS Dux *Saxonie* &c. cum aliis nobis affluentibus, in alia; Principes & Communitates *Slesie* in tertia, nec non Illustres Principes Duces *Austrie*, cum Archiepiscopo *Salzburgensi*, & ceteris sibi assistentibus, in quarta partibus, insultus bellicos contra prefatos Hereticos faciemus, & operam dabimus oportunam, ut tantum malum iniciatum, & periculo adauctum graviori, in suo germine venenoso potenti suffocatione deleatur, ne in exterminativam virulentamque plantam AntiXpiane Ecclesie valeat pullulare.

Et

Et cum, Amice dilecte, hoc fidei negocium suos in caritate fidei conbinatos concernat generaliter singulos, & singulariter universos, sitque modo tempus, quo Altissimus sue fidei defensores & propugnatores pervigiles suis velit indiciis evidentissimis comprobare; idcirco, ne error hic, & scelus manifestum per non resistentiam videatur aliquatenus approbari, Amicitiam vestram, quam dicte fidei sacre causa debeat fortius, quam nostra exhortatio inflammare, quamque eiusdem fidei & Katholice Matris Ecclesie precipuam novimus Zelatricem, per viscera misericordie Domini nostri, qui huiusmodi negocii sui erit Defensator, obsecrando deprecamur, quatenus ut verus Xpianus in confessione fidei non deficiens, ad laudem Dei, exaltationem fidei, & utilitatem Reipublice, ad talem exercitum IHESV XPI vestram armatam & expeditam militiam, maiori quo poteritis numero, dignemini destinare; ita quod eadem vestra militia in SS. *Petri* & *Pauli* Apostolorum festo proxime affuturo, bene disposita sit in opido *Nurembergensi*, aut in campis prope, ubi nos eo tunc in propriis personis inveniet, contra prefatos fidei hostes in proximo consistentes, in Altissimi virtute bellaturos, & triumphaturos feliciter, Deo dante; pro quo ipsa vestra Dilectio ultra laudum preconia, que ob id ab hominibus reportabitis, post huius vite decursum, corona immarcessibili in orbe stellifero merebitur laureari.

Datum *Franckfurdie*, Dominica *Quasimodogeniti*, Anno Domini MCCCCXXVII.

CONRADVS, *Maguntine*, THEODERICVS *Coloniensis*, & OTTO *Treverensis* Ecclesiarum Archiepiscopi. LVDWICVS *Comes Palatinus Reni*, & *Bavarie Dux*. FRIDERICVS Dux *Saxonie* & Marchio *Misnensis*, & FRIDERICVS Marchio *Brandenburgensis* & Burggravius *Nurembergensis*. Sacri Romani Imperii principes Electores.

LXVII.

Numero illiteratorum Iudicii Ecclesiastici Officialium prævalescente, Conradus *dimittit omnes; simul mandans, ut, qui magis idonei fuerint comperti, ad pristinum reassumantur munus.*

An. 1427.

[*p. 741. n. 35.*]

CONRADVS *D. G. sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.*

Inter ceteras folicitudines noftras, quibus nos paftorale premit officium, illam de precipuis fore perpendimus, ut Iudicium noftrum ecclefiafticum, fub debito ftatu, numeroque & ordine miniftrorum feu officialium, Advocatorum fcilicet, Notariorum & Procuratorum, per nos & Iudices Sedis noftre fupradicte decenter gubernetur, ne, quod relevaminis & prefidii caufa nofcitur provide inftitutum, in difcrimen atque gravamen partium, ad idem iudicium, pro iuris fui profecutione confluentium, vergere contingat.

Sane fide dignorum relatu non fine merore cordis didicimus, licet dudum per recolende memorie Archiepifcopos Maguntinos predeceffores noftros, per ftatuta Synodalia defuper ab eisdem edita et promulgata, de certo & determinato fuerit numero Procuratorum, ac modo & ordine, per eosdem in dicti fui officii exercitio inviolabiliter obfervandum, mature & iufte provifum & ordinatum; tamen his diebus predictus numerus per importunitatem reprobe fe ingerentium ex perfonis levibus & minus litteratis adeo creviffe reperitur, ut, ubi decentiffimum ordinem fervari congrueret, ibi ex nimia multitudine horror & confufio prevalefcere ceperunt; quodque ftilum, ordinem & modum, contra contumaces procedendi, fummis vigiliis, tam a iure communi provifum, quam etiam a dictis predecefforibus noftris in prefatis ftatutis officialibus memo-

memoratis traditum, atque repetitis vicibus per Iudices noſtros eisdem Procuratoribus, ut intelleximus, publicatum, certi ex eis, ſuis calliditatibus & excogitatis fraudibus, plerumque etiam ſua culpabili negligentia in tantum pervertere ſtuduerunt, quod exinde Partium intollerabilia gravamina atque ſcandala, & pericula animarum non pauca frequenter exorta compertum eſt; & quod deterius eſt, quorundam talium perſonas morum perverſitas adeo maculavit, ut dictum Eccleſiaſticum Iudicium, quod utique absque omni macula, tamquam in iuſtitie & equitatis baſi collocatum, procedere & ſubſiſtere cenſetur, a vulgo, qui dicti Iudicii conditionem & ſtatum, ſecundum qualitatem & conditionem ſuorum miniſtrorum menſurare ſolet, rugam contraxiſſe, premiſſis ex cauſis predicetur. Quam igitur deordinationem & difformitatem, a Iudicio ſedis noſtre predicto tollere, & penitus eliminare cupientes, ex prenarratis cauſis, & aliis animum noſtrum ad hoc rationabiliter moventibus, ex certa ſcientia, & matura deliberatione previa, omnes & ſingulos Procuratores Sedis noſtre predicte, quibuscunque nominibus cenſeantur, in quibuscunque terminis aut locis noſtrarum Civitatis & dioceſis *Maguntine* reſidentes, per nos aut predeceſſores noſtros, aut Iudices ſedis noſtre antedicte, pro tempore qualitercunque ad tale officium promotos & admiſſos, ſeu in eodem officio hucusque toleratos, aut ſeſe pro talibus gerentes, ſeu ab aliis tales reputatos, tenore preſentium duximus revocandos, atque revocamus, & ab officio huiusmodi removemus, procuratoris officium interdicentes eisdem.

Ceterum ne partibus pro ſui iuris proſecutione ad Iudicium noſtrum memoratum confluentibus, ſoliti preſidii & aſſiſtentie neceſſarium ſubſidium, premiſſorum occaſione penitus ſubtrahamus, noſtre Maguntine ſedis ſepetacte Iudicibus, & cuilibet eorum in ſolidum diſtricte precipiendo mandamus, ut non obſtante premiſſa noſtra revocatione illos, quos ex numero, ſic ut premittitur, remotorum utiles & legales, ac alias ydoneos ex priſtina converſatione cognoverint, ad dictum offi-

cium denuo reaſſumere, ſeu etiam alios quoscunque litteratos & ydoneos in locum remotorum ſurrogare, & ab eisdem iuramenta fidelitatis recipere; ac ut eorum officia ſecundum iuris, & ſtatutorum deſuper editorum vel edendorum formam legaliter & bene exerceant, ordinationes & ſtatuta circa eosdem facere, eos ad obſervantiam eorundem auctoritate noſtra compellere, & alia, que circa premiſſa eis neceſſaria videbuntur, quomodolibet vel oportune exercere & facere licite posſint & valeant, tenore preſentium plenam & liberam concedimus facultatem.

In cuius rei teſtimonium &c. Datum Anno Domini MCCCCXXVII, circa diem B. *Margarethe* Virginis.

LXVIII.

ENCYCLICA, *qua* Conradus *ſuis Suffraganeis communicat Litteras Legati Apoſtolici, ad Bellum Huſſiticum hortatorias, iuxta Concluſa Dietæ* Francofurtenſis, *hic inſertas.*

An. 1427.

[*p. 742. n. 43.*]

CONRADVS D. G. *ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Reverendo in Xpo Patri Dno Epiſcopo .., Confratri & amico noſtro cariſſimo, gratum & ſincerum complacendi animum, & contra pullulantes Hereſes pro defenſione Fidei viriliter inſudare.

Noveritis, nos Reverendiſſimi in Xpo Patris, ac illuſtris Principis & Dni, D. *Heinrici* — — — Cardinalis, *de Anglia* — — — — Domini noſtri cariſſimi, infraſcripti tenoris Litteras nobis - - - exhibitas, cum ea qua decuit reverentia recepiſſe - - - -, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur in hunc modum:

HEIN-

HEINRICVS *miseratione divina tit.* S. Eusebii *SS. R. E. presbiter Cardinalis*, *de* ANGLIA *vulgariter nuncupatus*, *per universam Germaniam*, *Vngarie Bohemieque regna*, *ac in causa Fidei per universum Orbem Apostolice Sedis a latere Legatus.* Venerabili fratri nostro, illustri Principi CONRADO Archiepiscopo *Magunt.* S. R. I. Electori & per Germaniam Archicancellario, & vestris Suffraganeis quibuscunque tocius Provincie, & Diocesium vestrarum - - - Clero exempto & non exempto, Religiosis, & alias status cuiuscunque, preeminentie vel condicionis; Nec non omnibus & singulis Principibus, Nobilibus, plebeis & popularibus fidelibus - - per dictas vestras Provinciam & diocesin ubilibet constitutis salutem in Domino sempiternam.

Quoniam verbum Patris ipse Dei Filius, a celestibus ad procliva descendens ut ovem perditam revocaret, in ara Crucis profluentissime ex immensa caritate suo preciosissimo sanguine effuso, Sponsam suam sine macula & ruga speciosam, sanctam Ecclesiam & fidem catholicam miris adornatam prodigiis, suis fidelibus omni puritate venerandam commendavit, quam, proch dolor & heu! novissimis his diebus temeritate diabolica perfidissimis & inhumanissimis hereticorum Hussitarum in *Bohemia* sevientium morsibus ac insultibus, in blasphemiam omnipotentis DEI, glorioseque Virginis Marie, & tocius celestis Ierarchie, atque Xpiani politici regiminis eversione conspicimus multipliciter violatam; Et cum populus Xpianus colla sua submittere teneatur, ne DEI & Redemptoris sui offensa invalescat, ac perfidia dictorum Hereticorum amplius incalescat, flaminisque sui pestiferi contagiosi morbi vicinas & finitimas partes succendat; multa & matura deliberacione, urgenti necessitate, & exactissima congruencia visum est nobis, & aliis tam Ecclesiasticis quam secularibus Principibus, Prelatis, Comitibus & proceribus, nostra, & verius Apostolica auctoritate pridem in *Franckfordia* . . convocatis, & congregatis in multitudine copiosa, ut multorum adiutorio tanti sarcina repudii manu forti & modis congruis quibuscunque felicius supportetur & exterminetur; quod quilibet - · Xpi fidelis pro extirpatione tam dampnate abominationis, iuxta in dicta Congregatione advisata & conclusa, quorum copiam ad manus habetis, similesque copias singulis vestris Suffraganeis per vos transmitti volumus, infra hinc, & XII. dies ante Dominicam *Reminiscere* proxime venturam, seu ante XVII. diem mensis Febr. partem suam effectualiter contri-

buat, ſub ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſie in vos Archiepiſcopum & Epiſcopos ſuffraganeos veſtros; ſubque Excommunicatione in ſingulares perſonas alias; et Interdicti penis in Locum ſeu loca, quas etiam ferimus in his ſcriptis, dictum ſpacium temporis pro I. II. & III. termino - - - nec non monitione canonica tenore preſentium prefigentes.

Quilibet etiam Ordinariorum ſub dicta pena, vos . . venerabilis frater noſter Archiepiſcope; & . . Epiſcopi, quantum ad Clericos veſtre ſpirituali, & Laicos veſtre temporali iuriſdictionibus ſubiectos, huiusmodi concordata fideli faciatis . . executioni demandari; et ſi quis, tamquam ſue ſalutis & fidei negligens, manum vellet ab hac ſalutifera ſubventione retrahere.

Exhortamur ergo vos omnes & ſingulos predictos — — per viſcera miſericordie D. N. I. C. & per aſperſionem precioſiſſimi ſanguinis eiusdem, ut, tamquam Athlete fortes contra dictos Hereticos aſſurgere, & oracionis ac devocionis fervore vos precingere ſtudeatis, quod Heretici prefati, errore falſitatis abiecto, viam agnoſcant veritatis; Et ut fideles Xpi ad premiſſa reddantur prompciores, de iniuncta nobis poteſtate cuilibet, qui in propria perſona ad expeditionem contra dictos Hereticos iverit & fideliter decertaverit, aut in eadem deceſſerit expedicione, pleniſſimam peccatorum ſuorum habeat remiſſionem. Qui vero iuxta ratam ſibi deputatam, vel amplius ad opus pretactum, manum porrexerit adiutricem, Centum dies indulgentiarum in Domino impartimur. Ordinariis vero, vel ipſorum Vicariis ad commutandum vota quecunque, & quorumcunque; nec non quoscunque ſuper male acquiſitis, dummodo talia ad predictam expedicionem contribuant, ad abſolvendum plenam attribuimus poteſtatem; Sic tamen, quod Collectores ad preſentem collectam deputati, de talibus male acquiſitis, iurati ad hoc, ſignaturam in Regiſtrum ipſorum, quemadmodum de aliis contribuendis, prout in Articulis de quibus in preſentibus fit mentio expreſſum eſt, facere tenebuntur.

Volumus etiam, quod tranſumpto harum Litterarum, ſub Sigillo ordinarii Iudicis - - - fides integra adhiberi debeat; appellationis ſubterfugio in premiſſis penitus ceſſante & ſecluſo. Mandantes nichilominus, ne aliquis fidelis Xpianus ſacroſancte Eccleſie & lateris Crucifixi - - -, earundem ignorantiam pretendat.

Quod

Quod igitur dicte indulgencie ad alliciendos animos fidelium, ad fuccurfum effectualem contra dictos Hereticos preftandum, in quibuscunque Ecclefiis maioribus, Collegiatis, parrochialibus, & locis ecclefiafticis provincie & diocefis veftrarum - - fingulis diebus feftivis intra Miffarum - - follempnia, cum maior populi affuerit multitudo, in vulgari fermone intelligibiliter proclamentur; quodque de modo & forma executionis veftre - - - nos per Litteras veftras patentes, harum feriem in fe continentes, autentice curetis reddere certiores.

Datum *Franckfordie* . . VIII. Idus Decembris. Pontificatus SS^mi^ in Xpo Patris & D. N. D. *Martini* Pape *quinti* Anno XI^mo^

In cuius rei teftimonium prefentes noftras Litteras five prefens publicum Inftrumentum, huiusmodi noftrum tranfumptum in fe continentes five continens, exinde fieri, & per Notarios publicos . . fubfcribi & publicari mandavimus, noftrique Sigilli appenfione iuffimus communiri. Datum & actum in caftro noftro *Hœfte* . . Sub Anno Domini MCCCCXXVII. Indict. V. die vero Decembris XI. Pontificatus SS^mi^ - - - MARTINI - - - anno XI. Sereniffimo & Invictiffimo Principe & D. Dno SIGISMVNDO Roman. Rege femper Augufto, ac Vngarie Bohemie &c. Rege, Domino noftro graciofo feliciter regnante. Prefentibus ibidem fpectabilibus & nobilibus:

MICHAHELE, de *Wertheim*, & FRIDERICO de *Liningen* iuniore, Comitibus. DIETHERO de *Ifemburg*, Domino in *Budingen*, Barone.

Honorabilibus:

HERMANNO de *Buchenawe* Prepofito Ecclefie S. *Iohannis* prope *Fuldam*. PETRO *Echter*, & IOHANNE de *Cronenberg* noftre *Magunt.* Ecclefie Canonicis.

M. IOHANNE de *Swerte* L^to^ in Decretis, noftre Sedis Prothonotario. WILHELMO * Decano . . S. *Victoris* extra muros *Magunt.*

* *Straz de Bensheim.*

Et

Et Strenuis:

IOHANNE *Schencken* de *Sweinsberg* milite. DIETHERO *Kemerer*. WERNHERO de *Hartheim*, aliisque quam pluribus fide dignis, Testibus ad premissa vocatis pariter & rogatis.

LXIX.

DIETHERVS D. ab ISENBVRG., P. Echter *Can. Mog.* Dieth. Camer. *Viced.* Asch. *&* Io. *de* Spanheim *promittunt* LVDOVICO Hassiæ L., *ipsius subditos*, *quos interceperunt* Hansteinii, *nec non Oppidani* Duderst. *&* Heiligenst. *fore relaxandos*, *intra nunc & primam Domin. Quadrag.*, * Invocavit. *Quod si non fieret*, *obligant se ad Lytrum*, *determinandum a Landgr. ministerialibus:* Wolfg. *de* Wolfershausen, Eck. *&* Herm. Rietesel, Reinh. *d.* Dalwig, *&* Io. *d.* Meysenbuch; *Idque sub obstagio*, *præstando* Grünenbergæ, *taliter*, *ut quivis illuc mittere debeat Virum honestum cum 2. famulis ac 3 Equis*; *in diversorio mansuros tam diu*, *donec lytrum una cum expensis omnibus fuerit persolutum.*

* 21 Febr.

An. 1428.

Wir Diether von Isenburg Herre zu Budingen, Petrus Echter Dumherre zu Menze, Diether Kemerer Vitztum zu Aschaffenburg, und Henne von Spanheim, den man nennet Bacharach, bekennen - - -, Umb soliche Gefangen, als die von Hanstein, die von Duderstad, und die von Heiligenstad, dem Hochgebornen Fursten, Hern Ludwige Lantgraven zu Hessen - - - u. den sinen abgefangen, und noch nicht ledig gegeben han; Daz wir - - dem obgen. Herren dem Lantgraven verredt u. versprochen han - - -, daz dieselben Gefangen alle, solich irer gefengnisse zuschen hie u. dem ersten Sontag in der Fasten, als man singet Invocavit nechstkomende, und sonderlich die

die zu Duderstad u. zu Heiligenstad gefangen sin, mit irer Habe u. harnasch ledig u. los gesaget sollen werden, one geverde.

Geschee des nicht, was dann Wolff von Wolffirshusen, Eckart u. Herman Rietesele Gevettern, Reinhart von Dalwig u. Henne von Meysenbuch, Rete u. Amptlute des obgen. unsers gnedigen Herren, sprechen u. erkennen, daz die Gefangen zu muglicher schatzung geben mochten - - -, daz wir so viel gelts, und auch vor der Gefangen habe u. harnasch, so dann den von Heiligenst. u. Duderstad wissentlich worden ist, ein begnugen u. bezalunge thun wollen u. sollen; Oder es sal unser iglicher einen erbern Mann, mit zwen Knechten u. drien pherden in Leistunge schicken gen Grunenberg in eine Herberge, darin wir gemant u. gewiset werden, und von solicher leistunge nicht lassen in keine wys, als lange bis daz solich gelt, wir die obgenante - - des Lantgraven Rete dann erkant hetten, Koste u. botenlon daruff gescheen, gantz u. zumal ussgerichtet u. bezalt were.

Des zu urkunde rc. Datum Hohungen tertia feria post *Pauli converſionis.* Anno Domini MCCCCXXVIII. *27 Ian.*

LXX.

Impositio Svbsidiorvm.

An. 1428.

[*p. 743. n. 44.*]

CONRADVS *D. G. ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus* - - - - Honorabilibus, noſtre Maioris, Sanctorum Petri, Stephani, Victoris, B. Marie in campis, B. Marie ad gradus, Mauricii, Iohannis, Gingolfi, intra & extra muros Maguntinenſes; SS. Petri & Alexandri Aſchaffenburgenſis, S. Petri Fritzlar. B. Marie & S. Severi Erfford. S. Bartholomei, montis S. Marie, ac . . Marie & Georgii Franckfurd. S. Martini Pinguenſis, S. Katharine in Oppenheim;

Moxſtadenſis, Cellenſis, Liechenſis, Heiligenſtad., Iſenacenſis, Gothenſis, Dorlon. Borsla. Bibracenſ., Ameneburg. Iecheburg. Northuſ. Eimbecenſis, Caſſel., Rodemburg. Geismarienſis, omniumque aliarum & ſingularum Eccleſiarum collegiatarum noſtre *Mag. dioc.* Prepoſitis, Decanis - - -, nec non univerſis Abbatibus, Abbatiſſis, Prepoſitis, Prepoſitiſſis - - Monaſteriorum & Conventuum - - - - ſalutem - -

Quot & quantas, in litium & Guerrarum contra nos per nonnullos noſtros & Eccleſie noſtre Emulos, hoſtes & inimicos, preteritis temporibus ſuſcitatarum & habitarum motione pro noſtra ... & noſtrorum - - - defenſatione, ex neceſſitudine ingruenti, aliorumque - - - Eccleſie . . prelibate incumbentium negotiorum arduorum expeditionibus, fecimus & habuimus expenſas graviſſimas, & impenſas; quotque in noſtrorum adiutorum aſſiſtentium & familiarium, Generoſorum, Nobilium & Militarium proſtratione non ſpectata, gravia & innummera dampna ſuſtulimus, ſatis eſt liquidum, & plus quam ſcribi oporteat credimus fore notum.

Pro quorum quidem proſtratorum familiarium noſtrorum liberatione, ac dampnorum ſuorum per ipſos ut predicitur in noſtris - - obſequiis perpeſſorum reſarcitione & reſtauratione, ipſis - - - ut tenemur facienda; ac etiam pro expenſis & impenſis innummeris per nos factis & habitis; ac aliis noſtris - - arduiſſimis negotiis expediendis gravia ac diverſa urgente neceſſitate ſubivimus onera debitorum; Et quia noſtre archiepiſcopalis Menſe redditus propter huiusmodi noſtras, ymmo & Predeceſſorum noſtrorum Guerras & involutiones multiplices adeo diminuti exiſtunt, quod pro reſarcitione dampnorum & variorum debitorum huiusmodi ſolutione ſuppetere non videantur;

Ne ergo prefatam noſtram *Maguntinam* Eccleſiam, que poſt Romanam a ſue fundationis glorioſo primordio, tamquam Regina in veſtitu deaurato varietate circumcincta, pluribus ſollempnibus ſuffraganeis decorabatur Eccleſiis; quam etiam in

in iure Electionis divorum Auguſtorum inſignivit auctoritas; & cuius iurisdictionis tam lata potencia ab olim Magnatum rebellem proterviam potenter edomuit, ad totalem inopiam aut perniciofam inediam devenire - - - contingat; matura ſuper his prehabita deliberatione advertimus, quod non immerito membra patiantur in Capite, ſine cuius integritate, membrorum compago debita nequit illeſa conſervari, cum ab ipſo omnium ſubſiſtentium virium ſuarum receperit firmitatem. Et tandem concluſimus, & in hoc finaliter reſedimus, quod in huiusmodi negotio requirende & implorande ſint contributiones ſubditorum, quorum deſideria tanto ad id aſpirare debebunt ardencius, quanto per hoc Eccleſie noſtre - - evidentior patet utilitas, & noſtra, & eccleſiaſticarum perſonarum ac rerum pericula, & ſtatus eccleſiaſtici diſcrimina precaventur.

Nos igitur, ad precavendum Eccleſie noſtre ultimata diſpendia - - -, Collectam, videlicet duorum maiorum Subſidiorum quoad Capitula, collegiatas eccleſias & monaſteria: & ſex Procurationes quoad dignitates, etiam ſi principales fuerint, Perſonatus, officia, & cetera beneficia eccleſiaſtica, infra terminum ſubnotatum - - - imponendam & levandam duximus - - - per preſentes - - - Vobisque - - - mandamus, quatenus infra unius menſis ſpatium - - - noſtris Collectoribus, videl. PETRO de *Udenheim* Scolaſtico, *Mgro* HENRICO *Morle* Canonico - - - maioris, & WILHELMO de *Bensheim* S. *Victoris* - - - & IOHANNI de *Caſſel* S. *Gingolffi* .. eccleſiarum Decanis, quos ad hoc negotium Commisſarios noſtros deputavimus - - -, ſolvant expedite. — — — — —

Datum in *Monte* S. *Victoris* prope *Maguntiam*, quinta feria poſt diem S. *Viti* Anno Domini MCCCCXXVIII. *19. Iunii.*

LXXI.

Reversales OTTONIS D. Bavariæ, *de sibi concessa ab Archiep.* Mog. *venatione precaria in* Muckensturm *&* Schulpeneck.

An. 1428.

WIr Ott von GOts gnaden Pfaltzgrave by Reine u. Hertzog in Beyern bekennen - - -, daß uns der Erwirdige in GOtt Vatter, Her Conrad Ertzbischoff zu Mentze, unser lieber Herre u. Oheim, gegonnet u. erleubet hat umb unser Bede willen, in dem Muckensturme und Schulpeneck zu iagen, bis uff sin oder siner nachkomen widderruffen. Darauff ensollen noch enwollen wir, oder unser Erben solichs hinfure vor kein Rechte hann, sunder Er oder sine nachkomen mogen das uns zu eyner iglichen zyt wan sie wollen, widderruffen.

Und des zu urkunde so haben wir unser Ingesiegel thun hencken an diesen brieff. Der geben ist zu Heidelberg uff den Sontag nach
4. Ian. dem Jars tage zu Wyhennacht, des Jars als man schreib von Cristi geburte Viertzehenhundert zwentzig und in dem achten Jare.

LXXII.

Contra HUSSITAS *undequaque immaniter tumultuantes hortatur* CONRADUS *omnes sibi subiectos, ut eidem, Religionem christianam, immo sua & semetipsos defendendo, assistant; Mandans idcirco Iudicibus Eccl. & Sigillifero* Höchstensi, *ne ullatenus permittant, Debitores Processibus, aliisve modis ad solutionem compelli.*

An. 1430.

[*p.* 744. *n.* 54]

WIr Conrad v. G. G. des heiligen Stuls zu Mentze Ertzbischoff ꝛc. Bekennen - - als leyder itzt die verboseten

boseten Hussen u. Ketzer zu Beheimen in die Kristenheit komen sin, zu understeen den heil. Cristen glauben u. die heil. Cristenheit nydder zu drucken u. zu vertilgen, in und mit versmehnisse GOts, siner lieber Muter Marien, und aller GOts Heiligen; darwidder dann ein iglich Cristenmensche sich nach siner vermuge schuldig ist zu stellen, daz helffen zu weren, und dem zu widdersteen; Und als nu die genanten vermaledeyten Ketzere sich unsern Landen vast nehen, soliche unmenscheit, als sie dann in andern umbgelegen landen getrieben han, auch darinn zu triben;

Und wir darumb alle unsere Lande, lute u. undertanen angeruffen u. bewegt han uff zu sin, u. uns entgegen dieselben zu helffen, den heil. Cristenglauben, die . . Cristenheit, u. unsere Lande u. sich selbs zu retten u. zu entschutten; davon dann dieselben unsern undertanen sich geburet, gemuet u. befrudt damit zu sin, und sich in allen sachen darzu zu richten, u. zu stellen, also daz sie solicher mue u. befrutnisse halb Ir eyns teyls mit iren Schuldnern sich nicht so wol gerichten u. gestellen konnen, als sie dann gerne teten, und villicht wol tun mochten, ob solichs nit enwere;

Des so haben wir angesehen soliche swere bekomernisse, mue u. arbeit, und haben darumb u. von unsern besundern gnaden alle die unsern, in allen u. iglichen unsern Stetten, Slossen, Merckten u. dorffern, als wyt unser land ist, sie sin geistlich oder werntlich, Edel oder unedel - - - begnadet u. gefryet, - - - in crafft dieß brieffs also, daz sie nyemand, wer der sy, ader ir eyner den andern, mit unsern geistlichen Gerichten laden, bannen, anlangen, umbtryben oder befrudden solle umb Zinse, gulte, ader schulde.

Und herumb so heissen u. gebieten wir den Ersamen, den Richtern unsers geistlichen Gerichts, und allen andern geistlichen Richtern in unserm Stiffte, u. auch unserm Siegeler zu Hoeste - - -, daz sie den genanten . . unsern, soliche unser gnade u. fryheit halten, die hanthaben, und von nymand gestaten uberfaren werden; und auch dabynnen keinerley Processt ader Gerichte uber sie geben,

 ader

aber gehen lassen. Daz ist unser gantze u. ernste meynunge. Und sal diese unser gnade u. fryheit, zuschen hie u. S. Mertins tag nechst kumpt, und acht tag darnach ungeverlich weren, und nit lenger.

Des zu orkunde zc. Datum *Aschaffenburg* secunda feria an-
13. Febr. te *Valentini*. Anno - - MCCCCXXX.

LXXIII.

HVSSITARVM *hæresi ac barbariei magis magisque invalescenti ut eo fortius resistatur*, Conradus *districte præcipit Iudicibus Ecclesiast., ne Laicos intra annum, intuitu alicuius Causæ civilis seu debiti, coram se citent; sed ad instantiam Actoris Iustitia indilate administretur a Secularibus, ubi Reus suum habet domicilium. Casu quo autem hi negligentes fuerint reperti, Ecclesiastici supplebunt. Salvis tamen Causis ad forum Eccl. spectantibus, & in eo iam pendentibus, ibidem decidendis.* &c.

An. 1430.

[*p. 744. n. 54 v. Alio.*]

WIr Conrad zc. zc. Thun allermenglichen - - zu wissen, daz wir betrachtet, und angesehen u. zu hertzen genomen han soliche irrunge, misseglauben u. Ketzerie, darinne die verdampten Ketzere, Hussen genant, zu Beheim gefallen, itzt lange zyt gewest, u. noch sint, und leyder ie mee u. mee von tage zu tage, als das sichtlich ist, inrisen u. inbrechen, davon dann der almechtige GOt, sine liebe Mutter Maria, und alle sine Heiligen gesmehet, der H. Cristenglaube geswechet, und die Cristenheit dadurch vaste u. swerlich nyddergedruckt u. gekrenckt wirdet mit viel mancherley iamers, noit, raub, brant, morderye u. blutvergiessen, so die genanten verdampten Ketzer yetzt etzwe langet zyt in Dutschen landen umb u. umb, als kuntlich ist, manigfeldiglich gethan u. getrieben han, und noch tun u. triben, daz billich einem iglichen Cristenmen-

menschen zu hertzen geen solte dafur zu sin, und nach vermoge dem zu widdersteen.

Und uff daz nu ein iglich Cristenmensche solichs zu hertzen neme, und GOt - - - zu lobe u. zu eren von Cristenlicher truwe widder soliche unmenschlicheit, Ketzerie u. bosheit, den nach siner vermoge getruwelich helffen zu widderkomen u. zu widdersteen, als des leyder itzt eine grosse noit ist, deste mer und ynniglicher geneiget sy; und nicht fur sich setzen noch furziehen bedorffe eincherley beswerunge ader hindernisse, so yme villichte von unsern, ader andern unsers Stiffts geistlichen Gerichten gescheen ader widerfaren; und auch, daß solichs vorkommen u. versorget werde, daz kein bannisch mensche zu ader by solichen sachen und widerstentnisse der gen. verdampten Ketzer, genant Hussen sin, oder thun bedorffte, davon villichte andern Cristenluten einich untrost solichs ires ungehorsam halb infallen oder entsteen moge; Solichs alles wir nu under andern unsern u. unsers Stiffts sachen ettzwedicke mit abestellung unsers gemachs flysslichen bedacht han, und noch tegelichs betrachten, nach dem wir ye den .. verdampten Ketzern mit Hulffe u. rate aller guten Cristenluten nach unser vermoge gerne widdersten helffen wollten;

Herumb so han wir -- die Richtere des Stuls unsers geistlichen Gerichts geheisen - -, u. bevelhen In hefftiglich mit diesem -- brieffe, also daz sie furtermer, und daz bynnen iars frist *a dato* nicht gestaten noch verhengen sollen, daz eynichs Leyen persone den andern umb Schulde oder werntlich sache an unsers .. geistlichen Gerichts stul solle noch moge heischen, oder thun heischen; Doch, als ferre daß den Klegern, oder iren machtbotten von iren wegen, so das ersucht u. gefordert wirdet, Gericht u. Recht unverzogenlich u. ungeverlich, an den Enden werntlichen Gerichten u. Richtern, da dann soliche von den man claget gesessen oder wonhafftig sint, widderfaren mag.

Wer es aber, daß eyniche werntliche Richtere, Amptlute, Schultheissen oder Scheffen, umb Gericht u. Recht von den Clegern

gern ersucht, und denselben Gericht u. Recht nicht widerfaren liesen, sunder daran saumig wurden; qwemen dann dieselben Klegere vor unsere geistliche gerichte mit gleublichen Orkunden, daz yn werntlichs Gerichts u. rechts versaget were; dem oder den sal am .. geistl. Gerichte rechts geholffen werden, uff das nymand an sinem Richter, geistlich oder werntlich verkurtzet werde, umb das villichte dardurch icht swerlicher oder toytlicher gesundet u. gebrochen wurde, und die warheit nit zu liechte an tag komen mochte.

Doch das Sache, die Gotslehen, die heilige Ee, wucher, czehenden, meyneyde, u. andere geistlicheit oder geistliche Personen antreffent; und auch was Sachen gereyde (bereits) vor .. dem geistl. gerichte angefangen, u. noch unussgetragen hangent, der wir mit Rechte nit mogent abegestellen, daselbs am geistl. Gerichte furter gehandelt u. ussgetragen sollen werden. Bynnen solicher obgenanter zyt wir dann mit rate unser Frunde u. gelerten Phaffen understeen wollen, dasselbe - - Gerichte in eine ordenunge u. weselicheit zu setzen u. zu brengen, uff daz dann furtermer dadurch u. damit nymands wer der sy, unredlich beswerет werde. Und wollen auch mit andern unsern undertanen Prelaten, die auch geistliche Gerichte haben, so ferre wir ymmer mogen, bestellen, u. sie heyssen u. gebieten .., des glichen auch zu thun, und keine unredliche beswerunge mit iren geistl. gerichten zu gestaten.

Zu urkunde han wir unser Ingesiegel an diesen brief tun hencken. Der geben ist zu Steinheim am Mitwochen nach dem Sontag *Judica* * nach Cristus geburte MCCCCXXX.

* *5. Aprilis.*

LXXIV.

LITTERÆ *notificatoriæ* Martini V. *ad* CONRADUM, *de facta Epo* Spirensi RABANO, *[virtutes cuius ac merita summis effert laudibus] provisione Eccl.* Trevirensis; *quibus simul pettit, ut ipsi succurrat, eumque recipiat in*

in Septemvirum, adversus violentum d. Ecclesiæ Invasorem, Vdalr. *de* Manderscheid. *Ceterum adbibere fidem velit iis, quæ in mandatis babet exponenda,* Franc. *de* Folengis Ap. S. N.

An. 1430.

[*p. 1024. in Addit.*]

MARTINVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili fratri CONRADO Archiepiscopo *Maguntin.* salutem & Apostolicam benedictionem. Dudum siquidem Ecclesia *Treverense* vacante, nos supernis affectibus cupientes eidem, ne longe vacationis exponeretur incommodis, salubriter de utili & ydonea persona providere; habita cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane Ecclesie Cardinalibus solicita & diligenti inquisitione, quisnam fructuosior & aptior regimini ipsius ecclesie, ac eius tranquillitati & paci, gregique dominico foret, hinc inde discussis plurimis, tandem ad venerabilem fratrem nostrum RABANVM, * tunc Episcopum *Spirensem*, nostre mentis oculos dirigentes, eundem, consideratis meritis suarum plurimarum virtutum, quibus pollere dinoscitur; attento etiam, quam laudabiliter, utiliter & fructuose ad honorem Dei & animarum salutem ipse ecclesie *Spirensi* iam triginta annis elapsis prefuerit; matura deliberatione prehabita, de consilio eorundem fratrum, pro bona pace, tranquillitate ac incremento ipsius ecclesie *Treverensis*, ac felici regimine ovium gregis & animarum eiusdem, de prefata ecclesia *Spirensi* ad ipsam *Treverensem*, proprio motu Apostolica auctoritate transtulimus, ipsumque illi prefecimus in Archiepiscopum & pastorem; curam & administrationem ipsius *Trever.* ecclesie sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo; attento etiam, quod inter omnes principes Alamanie dilectus, & circumspectus in ipsis spiritualibus & temporalibus, ac pacis zelator ab omnibus habeatur, prout per alias nostras Litteras fraternitati tue duximus conscribendum.

ex Autogr.

* *ortus fam.* de *Helmstatt.*

pessime notatur V. *de* M.

** *cum Emulo suo* Iac. *de* Syrck. *at* M. *Utrumque reiiciens, providit* Rabano.

Nuperrime vero cum maxima displicentia mentis accepimus, quod iniquitatis filius, VLRICVS de *Manderscheid*, quondam Decanus ecclesie *Coloniensis*, *immemor salutis eterne*, *spiritu diabolico instigatus*, *Deum pre oculis minime habens*, *ut Lucifer in solium se extollens*, *postposito omni Dei timore*, nullum ius habens nullumque iuris colorem, cum duas duntaxat tales quales voces in Capitulo habuerit, & huiusmodi nostre provisionis conscius etiam exstiterit, quia in Romana curia presens tunc fuerat, ** contra omnem iustitiam cum maxima temeritate, suffragiis auxiliis consiliis ac favoribus, presertim RVPERTI Comitis *de Virnenburg* huius sceleris auctoris & ducis, & nonnullorum aliorum suorum fautorum & complicum quedam Opida, castra & fortalitia ad dictam ecclesiam *Trever.* pertinentia, quodam frivolo pretenso titulo tirannice occupavit, prout occupat de presenti, in grave periculum anime ipsius, ac scandalum plurimorum. Que quidem dum audivimus, cordi nostro stuporem maximum attulerunt, considerantes, tam nepharium scelus, talemque speciem divisionis & scismatis, presertim a personis ecclesiasticis & in sacerdotio constitutis, cum aliis suis complicibus contra honorem Dei, Apostolice sedis reverentiam salutemque animarum, & in maximum periculum & discrimen predicte Ecclesie, eiusque diocesis ac totius convicine patrie perpetrari; a quibus omni tempore prorsus abstinendum est, & presertim temporibus hys, in quibus *Hussite* tam graviter, & maxime in Alamanie partibus Catholicam persecuntur Ecclesiam; qui unanimiter a cunctis fidelibus exterminandi radicitus forent; et hec tam nepharia, per debentes esse Catholicos, ac speculum & exemplar virtutum aliis, committantur. Ex quibus, eisdem Hussitis maxima prebetur occasio, insolentius damna graviora inferendo, fideles Christicolas audacius invadendi, & in suis erroribus cum maiori pertinacia mentis perseverandi. Que, si meditatione cordis interiori bene pensentur, quis catholicus Deum timens & hec audiens, sese continere possit a lacrimis! Considerandum est enim interiori mentis arcano, quam gravissime in hoc Deus offendatur, quantoque contemptu vilipendatur apostolica

ea Sedes, ac quot animarum interitus ſubſequatur, quantaque etiam ſcandala, detrimenta & pericula, hinc chriſtiane Religioni valeant exoriri.

Quamobrem cum id, quod ad honorem Altiſſimi, ob animarum ſalutem, & tranquillitatem & pacem totius patrie fecimus, intendamus totis viribus debite omnino executioni mandari, eandem fraternitatem tuam inſtantiſſime requirimus & exhortamur in Domino, ipſi etiam obnixius precipiendo mandamus, quatinus viſis preſentibus, ob Dei & Apoſtolice ſedis reverentiam & honorem, ac pacem & tranquillitatem diĉte Eccleſie, nec non in augmentum fruĉtuum ſpiritualium ovium & animarum ipſius, ac totius reipublice, preſertim ut tot periculis & ſcandalis, iam natis, & aliis niſi celeriter occurratur veriſimiliter naſcituris exinde, totis conatibus obvietur contra prefatos rebelles & alios quoslibet contradiĉtores, eidem Archiepiſcopo tam in adipiſcendo poſſeſſionem Eccleſie prediĉte ac omnium caſtrorum, opidorum, bonorum ac iurium quorumcunque ipſius, & in occupata recuperando, quam in retinendo eandem poſſeſſionem pacifice & quiete, omni cum vigilantia viriliter aſſiſtas, ut plene confidimus, auxiliis & preſidiis efficacibus, ac conſiliis & favoribus oportunis, ipſumque benigne recipias in Romanorum Regis Coeleĉtorem. Ex hoc enim tibi maxima laus in preſenti ſeculo conquiretur, & in celeſti Ieruſalem magno premio interminabilis gaudii potieris. Sciturus etiam, quod quicquid ſuperinde ſubſidii & favoris Archiepiſcopo prefato impenderis, nobis, diĉteque Sedi ac Romane Eccleſie impenſum & faĉtum procul aſſcribemus. Pro quibus executioni mandandis, cum nobis hec plurimum cordi ſint, dileĉtum filium FRANCISCVM de *Folenghis* Decretorum Doĉtorem, Cubicularium & Nuntium noſtrum ad partes Alamanie preſentialiter deſtinamus, eique nonnulla ex parte noſtra tibi per eum referenda commiſimus, cui in omnibus adhibere velis pleniſſimam fidem.

16. Sept. Datum *Rome* apud *sanctos Apostolos* XVII. Kal. Octobris. Pontificatus nostri Anno tertio decimo.

N. de *Carbonibus.*

Inscript. Venerabili fratri CONRADO
Archiepiscopo *Maguntin.*
M. de Pisis.

LXXV.

IDEM PP. *in eadem Causa scribit ad Collegium Electorale.*

An. 1430.

[*p. 1024 in Addit.*]

ex Autogr. MARTINVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Venerabilibus fratribus, THEODERICO *Coloniensi* & CONRADO *Maguntino* Archiepiscopis, nec non dilectis filiis Nobilibus viris, LVDOVICO *Comiti Palatino Reni*, Bavarie, & FRIDERICO *Saxonie* Ducibus; ac FRIDERICO Marchioni *Brandenburgensi*; sacri Imperii Electoribus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Meminimus, super provisione Ecclesie *Treverensis* ultimo vacantis, de persona venerabilis fratris nostri RABANI, tunc Episcopi *Spirensis*, per nos facta, unicuique vestrum iam aliquas Litteras conscripsisse; ac ob hoc dilectum filium, FRANCISCVM de *Folengis* de *Mantua* Decret. Doctorem, Cubicularium & Nuncium nostrum ad partes Alamanie & ad presentiam cuiuslibet vestrum, ac nonnullorum aliorum Prelatorum & Principum destinasse; per quem, attentis eisdem litteris, quas iam recepisse vestrum quemlibet arbitramur, circumspectio vestra plene advertere potest, quo zelo, qua caritate, quove respectu ac consilio de tam provida persona, in spiritualibus & temporalibus plurimum experta, quam iam multo tempore vestrum quilibet experimento cognovit Apostolice sedis ac Roma-

Romani Imperii fidelissimam, & a quolibet ob suas virtutes laudabiles dilectam, ecclesie prefate providimus; ac etiam, quid post huiusmodi provisionem, iniquitatis filius VLRICVS de *Manderscheid* quondam Decanus ecclesie *Coloniensis*, immemor salutis eterne, huiusmodi nostre provisionis conscius, Dei timore postposito, nullum ius nullumque iuris colorem habens, contra omnem iustitiam fecerit; quedam Opida, castra ac fortilicia ad eandem *Treverensem* ecclesiam pertinentia, quodam frivolo pretenso titulo cum suis complicibus, & presertim favoribus & suffragiis RVPERTI Comitis *de Virnenburg*, huius sceleris auctoris & ducis, tyrannice occupando.

Cum igitur hec nobis plurimum cordi sint, et id, quod ad honorem Dei ob animarum salutem & patrie totius tranquillitatem effecimus, intendamus totis viribus debite executioni mandari; intuentes ex hoc nephandissimo scelere predicti *Vlrici*, quam gravissime Altissimus offendatur, quantoque contemptu vilipendatur Apostolica sedes, & quot animarum interitus subsequatur; quanta etiam scandala, detrimenta & pericula, nisi eis celeriter obvietur, Xpiane religioni valeant exoriri; quantaque etiam temeritatis audacia *Hussitis*, insolentius damna graviora inferendi, fideles Xpicolas audacius invadendi, & in suis erroribus cum duriori pertinacia mentis perseverandi prebeatur; quibus totis viribus cum omni vigilantia occurrendum est; eandem circumspectionem vestram per viscera misericordie D. N. IHESV XPI, per caritatem ac dilectionem quam ad nos & Romanam Ecclesiam geritis, strictissime requirimus & exhortamur in Domino; cum tempus nunc aptissimum sit, quo carissimus in Xpo filius noster SIGISMVNDVS, Romanorum Rex illustris, vos ac plurimos Prelatos, Principes, Duces, Marchiones, Barones & Comites, ac alios ad Opidum *Nurimbergense* ut accepimus convocavit; ut nostre intentioni ac iustitie debito satisfacere, Ecclesie utilitati, ac tranquillitati patrie prodesse possitis, ac premissis scandalis & periculis facere obviari; quatinus contra predictos VLRICVM & suos complices & rebelles omni cum vigilantia ac prompti-

 tudine,

tudine, nostrisque consiliis favoribus & auxiliis salubre remedium apponentes, ipsos ab huiusmodi inceptis nephariis viriliter compescatis; dictoque Archiepiscopo, tam in adipiscendo possessionem d. *Treverensis* ecclesie, ac omnium opidorum, castrorum, bonorum & iurium ipsius quorumcunque, quam retinendo eandem pacifice & quiete, contra quoscunque adversarios & rebelles suos totis viribus assistatis; ipsum benigne ac caritative in Romanorum Regis Coelectorem, prout tenemini, recipientes, ac facientes eundem a quibuscunque aliis in talem, quantum in vobis fuerit, recognosci ac venerari; dictumque *Vlricum*, tanquam intrusum predonem & invasorem prefate ecclesie *Treverensis* absque ullo iuris colore, cum aliis suis adherentibus, a vobis penitus abiciatis, nullam sibi audientiam, favorem vel auxilium exhibendo; neque eundem, tanquam unum ex Electoribus, ad convocationem aliquam Principum admittendo; non obstantibus quibuscunque appellationibus, per eum vel suos interpositis aut imposterum interponendis, quas de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ad cautelam, cum ex se ipsis nulle & frivole sint, harum serie cassamus & irritamus, ac cassas & irritas declaramus; Insuper, neque etiam ex quacunque occasione sive quesito colore, a malivolis excogitatis, ullatenus patiamini, ut nova cognitio ac decisio super dicta nostra provisione per aliquem, quavis auctoritate aut dignitate vel gradu preemineat, quovis modo suscipiatur vel fiat; sed vigilantem detis operam, ut ipsa provisio iusta & sancta, ac veluti divinitus nobis & dictis fratribus nostris inspirata, votive executioni mandetur. Preterea estote pervigiles, ne d. Archiepiscopus modo aliquo impediatur, quominus processus nostros, aut nostra auctoritate emissos & emittendos, ac citationes per edicta, aliaque iuris remedia in rebelles publicet atque insinuet, sed eidem in hys & aliis exequendis efficaciter assistatis, ut huiusmodi scandala cessent & pericula, dictaque ecclesia *Treverensis* in pace & tranquillitate quiescat; ex hoc enim vobis maxima laus in presenti seculo conquiretur, ac in celesti Iherusalem magna eterni gaudii premia consequemini. Scituri etiam, quod quicquid superinde

sub-

subsidii & favoris per vos dicto Archiepiscopo impendetur, divine Maiestati, ac nobis dicteque sedi & Romane Ecclesie gratum plurimum & acceptissimum erit.

Datum *Rome* apud sanctos Apostolos VII. Idus Novembris. Pontificatus nostri Anno tertio decimo. *7. Nov. 1430.*

B. de PVTEO.

Venerabilibus fratribus THEODERICO Coloniensi & CONRADO Maguntino Archiepiscopis, nec non dilectis filiis nobilibus viris LVDOVICO Comiti Palatino Reni, Bavarie, FRIDERICO Saxonie Ducibus, & FRIDERICO Marchioni Brandenburgensi, Electoribus sacri Imperii.

M. de *Pisis.*

LXXVI.

RABANO *ad Archiepiscopatum promoto, Capitulum* Spirense, *persuasum sibi habens Sedem vacare, processit ad Electionem, suffragia dirigendo in* ADOLFVM Eppensteinium, *ast sine effectu; Eo quod* Spirensis *ecclesia* a P. M. *fuerit* Rabano *praeservata, donec actualem* Trevericæ *possessionem adipisceretur.*

An. 1431.

[p. 1024. in Addit.]

EVGENIVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili fratri CONRADO Archiepiscopo *Maguntino* salutem & Apostolicam benedictionem. Intellectis litteris quas scripsisti venerabili fratri nostro BRANDE, Episcopo *Portuensi*, super materia *Spirensis* ecclesie, continuo scripsimus dilecto filio nostro IVLIANO, sancti *Angeli* diacono Cardinali Apostolice sedis legato, ut videbis in copia litterarum nostrarum presen- *ex Autogr.*

ſentibus incluſa; ex qua intelliges cauſam & rationem Indulti, conceſſi venerabili fratri noſtro RABANO Archiepiſcopo *Treverenſi*, & deſiderium quod habemus circa honorem, ſubventionem & commodum dilecti filii ADOLPHI, Electi *Spirenſis*, quem propter ſuas virtutes & merita, paterna caritate diligimus, & te atque ipſum pro eo, quod armorum occaſionem & ſcandaloſum impetum removiſtis a *Spirenſi* eccleſia, merito commendamus. Hortantes fraternitatem tuam, ut in hoc bono & honeſto propoſito perſeverans, velis pro poſſe tuo dilectos filios, nobiles viros GOTFRIDVM & EBERHARDVM, Barones baronie de *Eppenſtein*, eiuſdem Electi genitorem & patruum, continere, ne ad arma conſurgant, & inter eoſdem Electumque & Archiepiſcopum prefatos, pacem & amicitiam conſervare; qui Electus & nobiles *de Eppenſtein* non debent de aliquo indulto, conceſſo prefato Archiepiſcopo perturbari; preſertim cum fuerit intentio nobis nota felicis record. MARTINI Pape *quinti* predeceſſoris noſtri, quod idem Archiepiſcopus *Spirenſem* eccleſiam non dimitteret, niſi prius habita poſſeſſione Civitatis, & maioris partis iurium & bonorum predicte *Treverenſis* eccleſie.

Media vero pacis, inventa in congregatione *Nurembergenſi*, de quibus faciunt tue predicte littere mentionem, a nobis, & venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus propterea approbata non fuerunt, quod ex eis reſultabat perpetuum ſcandalum, & dedecus Sedis apoſtolice, & exemplum, quo nullum pernitioſius fieri poſſet in Eccleſia Dei, ad fovendum & nutriendum audaciam malignorum; qui, quod aſſequi iure non poſſent, per vim & iniuriam ſemper obtinere preſumerent; & electiones Prelatorum, ac proviſiones eccleſiarum perturbare ſacrilega temeritate temptarent, ſicut fecit perditionis filius VLRICVS de *Manderſcheyt*, violentus invaſor & occupator eccleſie *Treverenſis*; quem ſperamus in brevi, cum favore iuſtitie, & potentie Principum & Prelatorum de tirannide illa deicere.

Datum

Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum*, Anno incarnationis Dominice MCCCCXXXI. XVII. Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri anno primo. *16. Iul.*

B. de *Puteo.*

Venerabili fratri CONRADO
Archiepiſcopo *Maguntin.*

LXXVII.

„*Qualiter Dominus ſcribit ſuis ſuffraganeis Epiſco-* „*pis, convocando eosdem ad Concilium* „*provinciale.*

An. 1431.

[*p.* 744. *n.* 62.]

CONRADVS *D. G. ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus &c.* Reverendo in Xpo Patri, Domino IOHANNI Epiſcopo *Herbipolenſi*, Amico noſtro cariſſimo, gratum & ſincerum animum complacendi. Reverende in Xpo Pater & Amice cariſſime.

Noverit veſtra Amicicia, luſtris duobus iam peractis deteſtandam hereſim *Bohemorum* in medio noſtrorum quodammodo conſiſtentem, que, poſtquam vulgares infecit, tandem univerſum Regnum ſeduxit, devaſtavit ſancta, & ſacras polluit edes; exterminavit Clerum, & omnem celibatum commercio nephando ſtupravit; omnemque fidei virorem errorum raumate de hominum cordibus arefecit adeo, quod ſuis non contenta limitibus, in perditionem etiam exteros, & armis & fraude, trahere moliatur.

Noviſtis etiam, quanto expenſarum profluvio, quantoque inſoncium Xpianorum ſanguine & crebris rerum incommodis, ſolercia Prelatorum & Principum Alamanie, iam tertio illam extirpare ſatagens, operam dedit; & fatali nutu tandem invalida, fruſtrato fine ſeceſſit. Timetur etenim, ne con-

fortetur adeo illorum temeritas, quod tellurem Germanicam aggreſſura, ſemen illud peſtiferum laribus noſtris afferat, & ſub melle palliatum venenum Incolis noſtris efficiat alimentum; nec dubium, quin ipſius uve, quam patres noſtri manducaverunt, acerbitas in noſtris amareſcat faucibus, & tanta a ſeculo non audita, fidei ſacre ac Religioni & ſtatui Xpiano moleſtiva flagella, inſcrutabili divino permittente iudicio, in iſto noſtro conſpicere evo, noſtra & populi exigant demerita peccatorum.

Vnde, Amice cariſſime, expedit, ut filii transgreſſores, leni paterno correpti verbere clamemus in celum, ac mutuis & devotis in Domino orationibus & ſuffragiis concurramus, accuratiſſimam operam impendentes, quod communicata providentia, alternatoque onere accurrentibus cladibus, & futuris periculis ſtatui Eccleſiaſtico imminentibus ſalubriter obvietur, ne plaga huiusmodi in longum torpente, propenſioris fraudis livore accreſcat, ſed proviſionis debite reſarcita munimine, priſtine valeſcentie iuvamine integretur.

Offerente ſe igitur caſu, quod in brevi debeat apud *Baſileam* generale Concilium celebrari, ad quod etiam per Litteras R^mi^ Domini Cardinalis *S. Angeli*, Apoſtolice ſedis Legati & dicto Concilio preſidentis, fuimus in proximo ſolemniter evocati, dignum duximus arbitrandum, intereſſe precipue Germanice nationi, que in propriis metis locum Concilii obtinet, & Eccleſiarum honore & amplitudine poteſtatis, copioſiorique numero inter ceteras nationes prefulget, gravi conſilio, tam res Fidei Katholice, que propter *Bohemos* hereticos titubant, quam generalis communitatis eccleſiarum Alamanie reformationem, & inordinatorum variorum ad equitatis & iuris reductionem querere, univerſali ſaluti inſiſtere, & alias ipſarum Eccleſiarum ſtatum omni ſollicitudine moderare; que quidem, ſi in preſentiarum quod abſit ſegniter tractarentur, magno cum periculo Clericalis nominis, in confuſionem perhennem penitus iactarentur.

Quare

Quare indubie arbitrati, quod ſacro diſponente Concilio contraria ſingula pacabuntur, ut eo ordinacius atque utilius univerſitati Germanice nationis ſalubriter conſulatur, vos, Amicum noſtrum cariſſimum, tamquam *Herbipolenſem* Epiſcopum, auctoritate noſtra metropolitica in Domino requirendo, mandamus, quatenus ob zelum Katholice fidei ac univerſalis, & preſertim Metropolis noſtre, & aliarum ſuffraganearum Eccleſiarum noſtrarum augmentum, ac ſtatum pacificum ordinis Clericalis, veſtra propria in perſona, quod multum utile cenſemus, ſi aliquamvis commode poteritis, advenire, aut, ſi veſtram Amiciciam aliquali corporali ex tunc forſitan egritudine, quod abſit, detineri, ſeu aliis legitimis impedimentis coram nobis deducendis prepediri contingeret, veſtros celebres Oratores & nuntios, pleniori mandato ſuffultos, ad nos in opidum noſtrum *Aſchaffenb.* in diem XII. menſis Novembris proxime affuturam, veſtro, ac veſtrorum provinciali Conſilio de iure vel conſuetudine intereſſe debentium vice & nomine, dignemini deſtinare; ubi nos, dante Domino perſonaliter conſtituti, una vobiſcum, ac aliis Reverendis noſtris confratribus & Suffraganeis, quos ſimiliter ad hoc evocavimus, tam ſpiritualia quam temporalia incommoda & gravamina, ac cetera que ſtatum & reformationem, tam Metropolis, quam veſtre ac aliarum Eccleſiarum predictarum, & eccleſiaſtici ſtatus conſervationem reſpicere videbuntur, maturo ut expedit conſilio diſcutiemus, & etiam colligemus; ut tandem Reverendiſſimorum Patrum, Dominorum *Saltzeburgenſis Magdeburgenſis* & *Bremenſis* Archiepiſcoporum, amicorum noſtrorum cariſſimorum, poſt ſua, que ſimiliter interea tenebuntur, & huiusmodi noſtrum, provincialia Concilia celebrata, mittendi Oratores & Nuncii in quadam conventione *Maguntie*, die XIX. Novembris predicti, una cum Rever. Patre Dno AEpiſcopo *Colonienſi* & nobis dante Domino facienda, iuxta huiusmodi noſtra & in ſuis provinciis & provincialibus Conciliis diſcuſſa interim & collecta, aliqua neceſſaria & utilia pro huiusmodi reformatione, reductione & conſervatione ſperatis, determinare & concludere valeant, & valeamus; ut ipſorum

atque noſtri in prelibato generali Concilio conſtituti Ambaſiatores & nuncii, in cunctis in eodem Concilio tractandis & gerendis, iuxta determinata concluſa & aſſumpta huiusmodi, pro dictis reformatione — — felicibus, pariformiter intenderent, & pro eisdem eo facilius obtinendis accuratius inhererent. Nec velit, deprecamur, ipſa veſtra Amicitia propter huiusmodi terminum, ſi vobis videatur brevior, ſe a dicto noſtro provinciali Concilio abſentare, quia non voluimus propter memoratam inſtantem Generalem ſynodum, huiusmodi noſtre conventionis terminum congrue prolongare.

Datum *Eltevil* XXII. die Septembris Anno Domini MCCCCXXXI.

LXXVIII.

„ITEM *Dni* Magunt. *&* Colonienſis *Archiepi-*
„*ſcopi ſcripſerunt Dnis* Saltzburgenſi, Magdeb. *&* Bre-
„menſi *AEpiſcopis, proponendo narrationem Littere prece-*
„*dentis, ut ſtat in forma. Concludendo tamen cum clauſu-*
„*la ſubſcripta que ſequitur in hunc modum.*

An. 1431.

[*p. 745. ante §. V.*]

AMICITIAM veſtram, quanto ſtudioſius poſſumus, exhortamur in Domino & rogamus, quatenus ob zelum Katholice fidei & univerſalis, & preſertim Germanice Eccleſie augmentum, ac ſtatum pacificum ordinis Clericalis ibidem, veſtros venerandos Suffraganeos, per ſe vel ſuos Nuntios ſpeciales, ad veſtram provincialem Synodum dignemini quantocius poteritis evocare. In qua diſcutientes & maturo conſilio colligentes tam ſpiritualia quam temporalia incommoda & gravamina, ac cetera que ſtatum & reformationem tam Metropolis & ſuffraganearum Eccleſiarum veſtrarum, quam tocius Germanice nationis & Eccleſiaſtici ſtatus conſervationem conſpicere videbuntur. Que tandem ſi collecta, per veſtros

ſtros Oratores & Nuntios pleno mandato ſuffultos ad civitatem *Maguntinam*, quam pro talismodi congregatione cunctis metropolibus Alamanie credimus aptius ſituatam, in Dieta, quam prefiximus ad XIX diem menſis Novembris, referre velitis, & deſtinare: ad quam Dietam & nos, provincialibus noſtris Synodis interea ſimiliter celebratis conventuri, ſperamus, R^mos^ Patres Dnos *Magdeburgenſem* & *Bremenſem* Archiepiſcopos, amicos noſtros cariſſimos a nobis pariformiter deprecatos, per ſuos & Suffraganeorum ſuorum Nuntios ſimiliter ad dictum terminum convenire. Et intentionis noſtre foret, ut veſtri, ac aliorum Archiepiſcoporum prefatorum, atque noſtri, in memorato ſacro Concilio conſtituti Oratores --, in cunctis in eodem Generali concilio tractandis & gerendis, iuxta determinata concluſa & aſſumpta in dicta conventione *Maguntina*, pro huiusmodi reformatione, reductione & conſervatione ſperatis pariformiter intenderent. Veſtrum in premiſſis reſponſum amicabile preſtolamur, nos ad veſtra beneplacita affectione gratiſſima ſemper ultroneos offerentes.

Datum *Lanſtein*, ſub noſtri CONRADI Sigillo, quo & nos THEODERICVS memoratus propter noſtri ſigilli abſentiam in premiſſis coutimur de preſenti. XXII die menſis Septembris Anno Domini MCCCCXXXI.

LXXIX.

CONRADVM *evocat Pontifex ad Concilium* Baſileenſe.

An. 1432.

[p. 1024. Addit. v. Ceterum]

EVGENIVS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili fratri CONRADO Archiepiſcopo *Maguntino* ac S. R. I. Electori ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. His que ad ſalutem, pacem & quietem eccleſiaſtice Reipublice ac totius populi chriſtiani, augmentum fidei & extirpationem he- *ex Autogr.*

Aa 3 reſum

resum pertinent, totis cordis viſceribus intendentes; Generale Concilium, quod iuſtis & rationabilibus de cauſis a civitate *Baſilienſi* ad civitatem noſtram *Bononienſem* pridem decreveramus transferendum; eisdem rationibus impedimentisque magna ex parte ceſſantibus, prout per fraternitatis tue, ac aliorum S. R. I. Electorum Oratores, nonnullorumque fide digna relatione nuper informati fuimus; per noſtras certi tenoris Litteras, quarum copiam eidem fraternitati tue preſentibus mittimus intercluſam, in prefata civitate *Baſilienſi*, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu decrevimus celebrandum.

Quam ob rem, venerabilis frater, cum adhibentes maxime fidem Oratoribus, a te nec non ceteris Romani Imperii Electoribus ad nos nuper deſtinatis, affirmantibus nobis pro tua ac aliorum Electorum auctoritate ſecure omnia, & ex zelo pacis ac concordie, cui nos maxime inheremus, ſi Concilium in prefata *Baſilienſi* civitate celebraretur, eſſe proceſſura, prefatum de celebrando *Baſilee* Concilio decretum ſtatuerimus; Et pro ſingulari, quam de tua ac aliorum Electorum erga Ecclesiaſticam rempublicam, ac ſtatum noſtrum fidelitate & devotione in Domino fiduciam obtinemus, Fratern. tuam, una cum ceteris dicti Romani Imperii Electoribus prefatis, ad tuitionem, cuſtodiam, protectionem & ſecuritatem prefati Concilii, ut in litteris prefati Decreti noſtri latius continetur, duxerimus deputandos; hortamur attente in Domino eandem fratern. tuam, quatinus viſis preſentibus, eundi ad prefatam civitatem *Baſilienſem* .. Concilii cauſa celebrandi, quanto cum maiori numero potes de tua Dioceſi ac provincia Prelatorum & Doctorum, te quantocius prepares & diſponas, ut ſaltim infra tres menſes, a data prefati Decreti noſtri computandos, & in adventu Legatorum noſtrorum quos ad .. Concilium intendimus deputare, ibidem conſtitutus exiſtas. Pergratum autem nobis fecerit eadem fraternitas tua, quod etiam valde eſt conſonum rationi, ut omnis diſſenſionis tollatur occaſio, ſi diligenter procuraverit, ne quid ante prefatorum Legatorum noſtro-

noſtrorum ad prefatam civitatem *Baſilee* acceſſum, preter reductionem & pacem *Bohemorum*, ibidem aliud ulterius pertractetur.

Requirimus preterea & hortamur in Domino .. Fr. T., quatinus diligenter apud ceteros tuos in iure eligendi Imperii Collegas velis operari, quod venerabilis frater noſter RABANVS Archiepiſcopus *Treverenſis*, quem indubitatum eiusdem .. Eccleſie Preſulem eſſe certum eſt; & ex cuius quidem eccleſie titulo ius electionis dependet Imperii, ad poſſeſſionem iuris, ac proprietatem Imperialis electionis, quod maxime eſt iuſtitie conſonum ac etiam equitati, omni remota exceptione admittatur. Enimvero prefati Oratores a te ac ceteris Electoribus ad nos pridem deſtinati, quantocius ad te ac alios redeuntes, plene de ſingulis adviſati, frat. tuam plenius informabunt.

Datum *Rome* apud ſanctum Petrum. Anno incarnationis Dominice MCCCCXXXII. XII. Kal. Marcii. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Galhardus.

Venerabili fratri CONRADO Archepiſcopo *Maguntino*, S. R. I. Electori.

A. de *Florentia.*

LXXX.

DE *convocatis ad generalem Synodum* Bohemis, *optatoque huius rei ſucceſſu.*

An. 1432.

[p. 1025 in Addit. v. Quod]

SACROSANCTA *Generalis Synodus* Baſilienſis *in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repreſentans*, Venerabili fratri CONRADO Archiepiſcopo *Maguntino* *ex Autogr.*

tino ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem. Hec ſancta Synodus, iuxta decreta ſacrorum *Conſtancienſis* & *Senenſis* Conciliorum, & auctoritate Apoſtolica in Spiritu ſancto legitime congregata, pro Divine maieſtatis gloria populique chriſtiani ſalute ad extirpandum hereſes, pacemque & reformationem morum in chriſtiano populo componendum, accurata ſolicitudine cum divine gratie adiutorio ſatagens, iam dudum ad partes *Boemie* ſuas Litteras deſtinavit, ipſos Boemos ad hoc ſacrum generale Concilium convocando, benignam audientiam, quam ſibi denegatam ſepiſſime queſti ſunt, caritativamque informationem, & pacem evangelicam offerendo; Quas quidem litteras cum ab ipſis de *Boemia* reverenter intellexit eſſe ſuſceptas, atque ſe ad contenta in eisdem velle diſponere, pro ulteriori debita proſecutione ad confinia Regni predicti ſuos Ambaſſiatores transmiſit; qui quidem ſacri Concilii ambaſſiatores, nonnullique Principes, & Communitatum ambaſſiatores adiacentium Regionum, in opido Egre dioc. *Ratiſpon.* cum Nunciis & Oratoribus omnium Statuum Regni *Boemie* & Marchionatus *Moravie* convenerunt, inter quos, aſpirante Spiritus ſancti gratia concordatum eſt & concluſum, quod ad hoc ſacrum & generale Concilium pro dictis Regno *Boemie* & March. *Moravie*, grandis & ſolennis debet Ambaſſiata transmitti; atque, prout dicti Ambaſſiatores huius S. Concilii referunt, quibus fidem plenariam dari, experta prudentia, zelique ſinceritas, & integritas vite, facit ſpem magnam de illorum converſione probabiles coniecture demonſtrant.

Hec ſiquidem a dictis Ambaſſiatoribus relata, veluti quaſdam ſpiritus ſancti primicias, cum gaudio magno hec Synodus ſancta ſuſcepit, omnipotenti Deo gratias magnas, devotasque preces, ieiunia & ſacrificia obtulit, qui tale dignatus eſt propoſitum inſpirare. Hocque ſpei bone gaudium Chriſti fidelibus nunciari dignum non immerito arbitrata eſt, fidelesque populos exhortandos, ut devotis orationibus aliisque operibus caritatis pro huius rei conſummatione felici divinam ſtudeant clementiam exorare. Quantum quidem huius rei ſalubris & voti-

votiva conclusio sit cunctis optanda Christicolis, palam est omnibus considerantibus, maxime cedes, strages, & ecclesiarum & monasteriorum eversiones, terrarumque depopulationes; & quod magis omnibus est lacrimantibus oculis referendum, interitus tante multitudinis animarum, que ex discessu predictorum ab Ecclesie catholice unitate secuta sunt, & sequi sperarentur, nisi per inspirantem Spiritus sancti gratiam convertantur. Si enim pro unius conversione laborandum est plurimum, lacrimisque & suspiriis divinam esse interpellandam clementiam sacra dogmata Patrumque exempla demonstrant, quanto magis pro tam numerosa multitudine animarum! Eapropter hec sancta Synodus per universas Orbis ecclesias, singularesque Christi fideles divine Maiestati preces & sacrificia offerri dignum arbitrata, omnibus Archiepiscopis per universum Orbem similes Litteras destinare decernit.

Vestram igitur Paternitatem attentius exhortatur in Domino, ac in virtute sancte obedientie pręcipit atque mandat, quatenus omnes & singulos Suffraganeos vestros per litteras vestras harum seriem continentes exhortari curetis, eisque mandare, sicut & hec sancta Synodus vobis & ipsis precipit atque mandat, quatenus per omnes Ecclesias hec faciatis Christi fidelibus nuntiari, specialesque preces fieri in singulis instituatis ecclesiis, fideles Christi piis exhortationibus admonendo, ut devotis orationibus, ieiuniis, & aliis operibus pietatis, omnipotentis Dei studeant exorare clementiam, quatenus, sicut spei bone concessit initia, largiri dignetur optatum conclusionis effectum ad sue Maiestatis gloriam, & exaltationem fidei christiane. Hec ut in remissionem peccatorum eis proficiant, iniungentes.

Datum *Basilee*, die V. mensis Iulii, Anno a nativitate Domini MCCCCXXXII.

IA. de *Loysi*.

LXXXI.

Vt *Episcopus* Wirzburgensis *suam in Concilio* B. *exhibeat præsentiam, mittatve solennes Nuntios, auctoritate Metropolitica monetur.*

An. 1432.

[*p.* 745. *n.* 7.]

CONRADVS *D. G. sancte Sedis* Maguntine *Archiepiscopus* - - - Reverendo in Xpo Patri, Domino IOHANNI Episcopo *Herbipolensi*, Amico nostro carissimo gratum & sincerum animum complacendi.

Quamvis pridem ad sacrosanctam *Basiliensem* Synodum pro Divine maiestatis gloria, populique Xpiani salute ad extirpandum hereses, pacemque & reformationem morum in Xpicolis componendam in Spiritu sancto legitime congregatam nostros transmiserimus, & huc usque habuerimus Oratores; vosque, sicut & alios Reverendos Patres nostros & Metropolis nostre Suffraganeos, Episcopos & amicos carissimos proximis requisiverimus monitis, ut ad dictam generalem Synodum sanctam in persona propria, si commode poteritis, accedere, aut saltem vestros Oratores solemnes transmittere curaretis; tamen per prefatam Synodum & eius parte novissime requisiti, ac gravibus & grandibus causis & rebus in ipsa sacra synodo auspice Domino feliciter peragendis fortius permoti, sano & digesto consilio prehabito, alios Consiliarios nostros & Ambasiatores sublimes, experte prudentie altique consilii Viros, pleniori nostro mandato suffultos, ad prefatam generalem synodum decrevimus e vestigio destinare, & in tam arduis & magnis, nostros solemnes .. prioribus iungere, & celebres egregiis aggregare; ut, si tantis talibusque rebus, universalis Ecclesie salutem respicientibus, nos, *corporali egritudine lacessiti*, nequeamus, ut vellemus, personaliter interesse, saltem per huiusmodi nostros Consiliarios & Ambasiatores celebres, *nostre per-*

persone Ymaginarios, corporalis noſtra in ipſo ſacro Concilio preſentia ſuppleatur.

Vt igitur inter alia in prefata .. Synodo, Spiritus ſancti dono votive peragenda, noſtre Metropoli, ac veſtre & aliis ſuffraganeis noſtris Eccleſiis, variis proch dolor inſultibus conquaſſatis, & ſtatui eccleſiaſtico in iſtis partibus nimium depreſſo utilius & ſalubrius conſulatur, Amicitiam veſtram in Domino exhortamur, & auctoritate noſtra metropolitica deprecando mandamus, quatenus ob zelum Katholice fidei ac univerſalis, & preſertim noſtre Metropolis, veſtre ac aliarum ſuffraganearum Eccleſiarum noſtrarum commodum & augmentum, ac ſtatum pacificum ordinis Clericalis veſtra propria in perſona, ſi commode poteritis, accedere, aut, legitimis prepediti negotiis, veſtros ſolempnes Ambaſiatores & nuncios, Viros integritate morum & maturitate conſilii prepollentes, pleno veſtro mandato fulcitos, prioribus forſitan per vos transmiſſis adiungere; aut ſi non eousque miſeritis, ad d. ſacram *Baſil.* Synodum dignemini absque omni more diſpendio celebriter & celeriter deſtinare; veſtris & dioceſis veſtre Prelatis, & aliis de iure vel conſuetudine generali Concilio intereſſe debentibus, ut illuc accedant, vel ſimiliter transmittant, diſtrictius precipientes.

Et quia inter cuncta iocunda bonum, & inter bona iocundum cenſetur, Fratres inſimul unanimitate potiri; ut ergo adverſancia virtus ſit propenſior adunatis, ipſam V. Am. rogamus, eidem prefata auctoritate iniungentes in viſceribus caritatis, quatenus vobis, ſi in perſona propria tranſiveritis ut optamus, prefatis noſtris Ambaſiatoribus & Oratoribus, ac aliis noſtris & dicte noſtre metropolis Suffraganeis & eorum Nunciis, tali quą decet & expedit, ſi placeat fraterna pietate coniungere in mutua caritate, veſtriſque miſſis ſive mittendis Oratoribus firmiter committere & mandare, quatenus illum, nobis Metropolitico iure debitum, ad pretactos noſtros Ambaſiatores, ymmo & Suffraganeos & eorum Nuncios in d. Concilio in omnibus velint & debeant convertere & habere

respectum, quem tenentur, ut in eis fraternalis amoris pateat indicium, & pro tantis fidei Ecclesieque universalis rebus arduis in spiritu Domini adunatis, una sincera sit fides mentium, & integra pietas actionum. Sic ultroneos, sicque operosos in premissis vos exhibentes, ut pro eo vobis apud d. Synodum commendatis, multiplices succrescant fructus operum beatorum.

Datum *Maguntie* XX. die mensis Octobris. Anno Domini MCCCCXXXII.

THEODERICVS *Ebbracht*.

LXXXII.

De adventu SIGISMVNDI *R. in alma Vrbe, eiusque proxime futura in Cæsarem coronatione.* *

*Add. T. II. p. 617. Epistola *Pogii Florentini*.

An. 1433.

ex Autogr.

EVGENIVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili in Christo fratri CONRADO Archiepiscopo *Maguntino* salutem & Apostolicam benedictionem. Pia desideria quibus exarsit cor nostrum, ex quo fuimus divina favente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti, hoc precipuum semper fuit, ut simul cum carissimo in Christo filio nostro SIGISMVNDO, Romanorum, Vngarie & Bohemie Rege illustri, & aliis catholicis Regibus, atque Principibus & Prelatis, extingueremus hereses, reformaremus Ecclesiam, & pacem daremus universo populo christiano.

Itaque cum prefatus Rex accessisset ad partes Ytalie, nos cum eo per Legatos & nuntios, nostros & suos, communicavimus invicem consilia nostra ad hoc propositum nostrum, in quo simul ipse concurrit, pertinentia, que speramus Deo auctore perficere; maxime cum Rex ipse, nobiscum concors in omnibus, hac sancta die, qua Christus ascendit in Celum, almam

almam Vrbem ingreſſus ſit, in qua ipſum paterna benivolentia & caritate recipimus, ſuſcepturus more maiorum Imperiale diadema, quod ſibi libenti animo, cum ea ſolemnitate qua convenit, largiemur; & ad dignitatem ſuam omnia ornamenta, quecunque poterimus, concedemus; ſimulque, Deo noſtros animos inſpirante, multa & magna tractabimus, & preſertim circa materiam generalis Concilii, quod fieri iuxta inſtituta Sanctorum, & in eo Eccleſiam reformari, extirpari hereſes, & alia ſalutaria chriſtiano populo concludi, ſemper optavimus, & optamus. Et ſperamus tandem diem veniſſe, quo huiusmodi noſtro deſiderio ſatisfiet; cum videamus, Regem prefatum in hoc nobiscum cum voluntate optima convenire. Et nos pro celebrando generale Concilium in *Baſilea* magnum numerum notabilium Prelatorum ex multis partibus iam transmittimus, ut omnes intelligant, nos deſiderare pacem & quietem in Eccleſia, & ſcandala, quantum poſſumus, declinare. Que fraternitati tue ſignificare curavimus, tanquam ad *precipuum noſtrum & Eccleſie filium*, ut nobiscum gaudeas, ſimul & ſperes, & nobiscum quicquid poteris, pro communi bono reipublice Chriſtiane ferventer opereris.

Datum *Rome* apud *ſanctum Petrum* Anno incarnationis Dominice MCCCCXXXIII, XII. Kal. Iunii. Pontificatus noſtri *21 Maii.*
anno tertio.

IA. de *Viterbio.*

Venerabili fratri CONRADO
Archiepiſcopo *Maguntino.*

LXXXIII.

SYNODVS *laudata AEpi opera, quam impenderat in componendis Clerum inter & Civit. Diſſidiis, mandat, ut redux finem illis conaretur imponere; Quodſi*

tamen Partes contra ſpem obluctarentur, Eas Baſileam *poſt bimeſtre dimitteret, ibidem ex æquo diiudicandas.*

An. 1433.

ex Autogr. SACROSANCTA *generalis Synodus* Baſilienſis *in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem Eccleſiam repreſentans*, Venerabili *Maguntinenſis* Eccleſie Archiepiſcopo ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem. Regnans in ecclefia Rex pacificus hominibus pacem attulit deſurſum deſcendens, manensque in terris, inter Deum & hominem proprio ſanguine firmavit eandem; quamque, unde venerat rediens, ſuis dilectiſſimis pro ſempiterno munere tradendam promiſit, ad hoc nos incitat, caritativeque compellit, ut inter alia nobis incumbentia onera, etiam ad ea que pacis ſunt, efficaces operas nobisque poſſibiles libenter impendamus.

Vnde perducta ad nos pridie Differentia, inter Clerum ex una, proconſulesque ac communitatem Civitatis TVE *Maguntine*, partibus ex altera ſuborta, Oratoribus noſtris, quos tunc ad Dietam per S. R. I. Electores noviſſime *Franckfordie* celebratam deſtinavimus, inter alia dedimus in mandatis, ut finita eadem dieta ſe ad *Maguntiam* transferrent, ac inibi, tuis ſemper directione auxilio conſilioque intercedentibus, ad quod te ſcripta noſtra per eosdem tibi transmiſſa invitabant, que pacis forent, inter partes memoratas ſtudioſiſſime pertractarent.

Verum Oratorum eorundem ad nos redeuntium relatione didicimus, qualiter in ultimo receſſu tuo de civitate *Maguntina* prefata, inter ſepedictas partes pacem & concordiam indubiam concluſiſſes, ſi longior temporis mora propter repentinum receſſum, qui in Eccleſie tue negotiis tunc imminebat, ſubtracta, hoc tibi indulſiſſet; Firmaſſes tamen prius in eodem tuo receſſu pacis federa, inter easdem partes interim obſervanda, veluti fatebantur utrique, donec te redeunte, ſuper differentiis prefatis partes ipſas ad finalem concordiam hinc inde reducere poſſes.

Que

Que utique letantes de te audivimus, ac tuam diligentiam operosam in premissis hucusque adhibitam sincerissimis recommendantes affectibus, in Domino attentius exhortantes, quatenus predictum concordie Tractatum laudabiliter a te inceptum, procul moto more dispendio, ut plurimum periculoso, infra duorum mensium spatium inter partes supradictas digne prosequi, ac ad finem speratum effectualiter velis deducere; quod utique ad Dei laudem, tuique nominis apud homines gloriam & honorem cedet, ac in nostram complacentiam singularem.

Si tamen, quod absit, casu aliquo memoratam concordiam efficere nequiveris, tunc partes ipsas inducere procures, ymo verius auctoritate nostra seriosius mandes eisdem, quatenus dicto termino lapso Procuratores suos legitimos, ex utraque parte sufficienter instructos cum pleno mandato, ad nostram presentiam indilate transmittant, amicabilem concordiam de & super differentiis supradictis, aut iustitie complementum a nobis recepturos.

Datum *Basilee* IIII. Nonas Iunii. Anno a nativitate Domini MCCCCXXXIII. *4 Iun.*

IA. de *Loysi.*

LXXXIV (a)

PP. *Concilii, ægre subaudientes, Clerum causa persecutionis Civium ex Metropoli migrasse, Archiepiscopum hortantur, ut sua, Conciliique auctoritate faciat eundem revertere, & Divina reassumere; Quodsi per tentamen Concordiæ finis desideratus non obtineretur, Partes ad Synodum esse ablegandas.*

An. 1433.

SACROSANCTA *generalis Sinodus* Basiliensis *in Spiritu sancto legitime congregata universalem Ecclesiam represen-* *ex Autogr.*

ſentans, Venerabili CONRADO Archiepiſcopo *Moguntino* ſalutem, & omnipotentis Dei benedictionem.

Non ſine gravi diſplicentia accepimus, Clerum civitatis tue *Maguntine*, propter quasdam controverſias quas cum Civibus eiusdem civitatis habet, a dicta civitate & ab eccleſiis beneficiorum ſuorum ſe abſentaſſe. Miramur autem, quod, cum tu Ordinarius ſis Prelatus dicti Cleri, usque nunc paſſus ſis, & patiaris, eccleſias prefate metropolitane civitatis tue privari divinis laudibus & officiis; neque enim mediocriter dolendum eſt, quod divinas laudes, propter quas fructus & redditus eccleſiaſtici inſtituti ſunt, Clerici ab illis eccleſiis, de quibus hactenus vixerunt & vivunt, propria auctoritate audeant ſuſpendere.

Quare in virtute ſancte obedientie, & ſub excommunicationis pena diſtricte tibi precipiendo mandamus, ut non ſolum tua, ſed etiam huius ſacri Concilii auctoritate pred. Clerum & Clericos, cuiuscunque ſtatus & dignitatis exiſtant, etiam exemptos, efficaciter moneas & requiras, quatenus infra brevem terminum, tuo arbitrio prefigendum, ſub Cenſuris eccleſiaſticis, & aliis gravibus & formidabilibus penis, de quibus tibi videbitur, abſentes revertantur ad reſidendum in beneficiis ſuis; preſentes vero nullatenus recedant, in eisdem, prout hucusque fecerunt, reſidendo, & inibi laudes exſolvant debitas Creatori. Nec non, ut infra eundem, vel alium terminum paratos ſe exhibeant coram te, ad tractandum ſuper omnibus controverſiis viam aliquam amicabilis concordie cum prefatis civibus, quos eadem auctoritate ut idem faciant, moneas & requiras. Quod ſi forſitan pred. concordia coram te concludi non poſſit, ex tunc utramque partem, tam Cleri quam Civium, eadem auctoritate noſtra requiras, eisque precipias & mandes, quatenus infra brevem terminum Procuratores ſuos legitimos ex utraque parte ſufficienter inſtructos cum pleno mandato ad noſtram preſentiam transmittant, amicabilem Concordiam de & ſuper his differentiis predictis, aut iuſticie complementum a nobis recepturos. Predictis autem partibus diſtricte,

stricte, ac sub gravibus penis inhibeas, ne una earum contra aliam interim aliquid via facti quomodolibet attemptare presumat.

Vt autem d. Clerus & clerici secure in civitate pred. commorari possint, pred. Cives auctoritate nostra per censuras eccl. & alia iuris remedia moneas, sicut & nos per alias nostras Litteras monemus, quatenus prefatis Clericis pro suis rebus & personis plenum, liberum & securum prestent salvum conductum apud eos standi, morandi, veniendi, & dum placuerit, recedendi, sub illis plenioribus modis & clausulis, de quibus tibi videbitur expedire.

Datum *Basilee* X. Kal. Iulii MCCCCXXXIII. 22. Iun.

LXXXIV (b)

EIVSDEM *Decisio provisionalis quoad Praecedentiam inter Legatos Principum Electorum, & illos a Duce* Burgundiæ *missos.*

An. 1433.

[*p. 1025. in Addit.*]

SACROSANCTA *generalis Sinodus* Basiliensis *in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans*, Venerabili Archiepiscopo *Maguntino* salutem, & omnipotentis Dei benedictionem. ex Autogr.

Postquam ad sacrum Concilium Oratores dilecti Ecclesie filii, nobilis Viri Ducis *Burgundie* Illustris, accesserunt, orta est inter Ambasiatores tuos & tuorum Coelectorum, ex una, ac Ambasiatores prefati Ducis *Burgundie* parte ex altera, de modo sedendi controversia, ad quam sedandam tribus fere mensibus multimode laboravimus; Et demum, deputatis nonnullis Commissariis ex parte sacri Concilii, ut se informarent, qualiter in Concilio *Constantiensi* servatum fuisset, repertum

fuit per atteſtationes multorum teſtium, quomodo Ambaſiatores ipſius Ducis *Burgundie* in Seſſionibus publicis ſedebant immediate poſt Ambaſiatores Regum, prout Devotio tua videre poterit per copiam atteſtationum, quam mittimus preſentibus intercluſam.

Inter alia autem que noſtris commiſimus Oratoribus, poſt proximum feſtum Paſce ad opidum *Franckfordie* transmiſſis, ubi congregatio Electorum ſacri Imperii indicta erat, hoc etiam dedimus in mandatis, ut ſuper huiusmodi controverſia verbum cum ipſis Electoribus ac tua Devotione facerent; exhortando, ut, cum in domo propria Concilum celebratur, ſicut fieri ſolet de hoſpitibus paſſivis, ipſum D. Ducem honorare vellent, cum honor iſte in domo propria exhibitus non preiudicium ſed honorem afferre ſoleat. Tandem habita magna deliberatione, & penſatis omnibus, viſum ſacro Concilio fuit, ut ſuper huiusmodi contentione potius quedam via caritativa eligeretur, per quam nullius lederetur ius.

Conſiderans igitur hec ſancta Sinodus, quod, ut predictum eſt, ſacrum Concilium in Alamania, & ſic in domo ipſorum celebratur; et, quod communiter ubique obſervatur, ut quilibet in propriis laribus forenſes honoret; ordinavit, pro conſervanda caritate, & per modum proviſionis duntaxat in hoc Concilio, ut Ambaſiatores tui & tuorum Coelectorum, & ipſius Ducis *Burgundie*, mixtim deberent ſedere immediate poſt Reges; ut unus ex Ambaſiatoribus dicti Ducis primo, deinde alius ipſorum Electorum, & ſic ſucceſſive alternatim. Et quod ex hoc nulli Partium preiudicetur in Poſſeſſorio vel Petitorio, prout in copia huiusmodi ordinationis, quam hic mittimus intercluſam, clarius tua Devotio videre poterit. Ex hoc, ſi bene conſideretur, in nullo ius tuum ac tuorum Coelectorum ledi dignoſcitur, quin potius conſervatur, & magis elucidatur; cum propter hunc reſpectum tantum, quod in Alamania Concilium celebratur, huiusmodi ordinatio facta eſt.

Quapropter Devotionem tuam rogamus, ut, quod bono animo factum eſt, nec tuum aut ipſorum Electorum preiudicium

cium concernit, bono animo suscipere velit, & suis Ambasiatoribus hic existentibus mandare, ut huic ordinationi acquiescant.

Datum *Basilee* quarto Nonas Iulii. Anno Domini MCCCCXXXIII.

B. de Batiferis.

Venerabili Archiepiscopo
Moguntino.

[Intus relata.]

a) *Depositiones Testium.*

MCCCCXXXIII die Mercurii VI. Maij, item die VII. predicti, & die VIII, ac etiam die XVIII. eiusdem, coram Deputatis a sacro Concilio, & Notariis examinati fuerunt XXXIII testes, qui in Concilio *Constantiensi* fuerant, tam Cardinales quam Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, Doctores & Magistri, dum conveniebant Ambasiatores Dnor. Electorum, & Dni Ducis *Burgundie* in Sessionibus publicis, sive in aliis congregationibus, ubi conveniebant, qui illorum precedebant?

Deposuerunt omnes ipsi testes per iuramentum, vidisse predictos Ambasiatores D. Ducis *Burgundie*, exceptis tribus, qui dixerunt, non recordari. Deposuerunt etiam omnes, eos vidisse, tam in Sessionibus publicis, quam in Natione eorum sedentes immediate post Ambasiatores Regum, exceptis ipsis tribus, & septem aliis non animadvertentibus; qui non recordantur, utrum mediate, vel immediate,

De Ambasiatoribus Dnor. Electorum dixerunt omnes, exceptis sex, nullos vidisse, aut non recordari. Ex illis autem sex *unus* dixit, vidisse Dnm HENRICVM *Nitard*, nesciebat tamen certum, an ipse esset Ambasiator eorum; & dixit eum sedere post Ambasiatores Dni Ducis *Burgundie*, dimisso inter eos spatio, multum remote.

Secundus similiter dixit de eodem D. *Henrico*, sed dixit, eum esse Procuratorem Dni *Maguntini*: nec recordatur, eum vidisse sedentem in Sessionibus publicis, sed in Natione sua, ubi non habebat locum eminentem, & sedebat tamquam Procurator.

Tertius dixit de eodem, ſed dixit per auditum, nec certum ſcire, an eſſet Ambaſiator: Dixit etiam, quod eum vidit ſedere poſt Ambaſiatores ipſius Dni Ducis, multum remote, & nunquam ante.

Quartus dixit, vidiſſe pred. D. *Henricum* pro D. *Maguntino*, & D. *Chriſtianum* pro D. *Colonienſi*; nec eos unquam vidit ſedere in Seſſionibus, quia non animadvertebat. In Natione autem ſua dixit eos ſedere in conſpectu Epiſcoporum.

Quintus dixit, vidiſſe aliquos ex parte D. *Maguntini*, quorum nomina ignorabat; & dixit, eos non habuiſſe, niſi quemadmodum Procuratores.

Sextus idem dixit vidiſſe aliquos, & nomina ignorare. Dixit tamen, eos vidiſſe in Seſſionibus publicis ſedere a parte ſiniſtra ſolos, in uno banco.

b) *Decretum.*

Super Controverſia, inter Venerabiles Ambaſiatores Illuſtrium *Principum &c.* * in ordine ſedendi in Seſſionibus & congregationibus, Miſſis, & aliis actibus publicis & privatis huius ſacri Concilii; hec ſacra Sinodus, pro conſervanda caritate inter predictos Principes, attento etiam, quod ſunt conſanguinitate & affinitate coniuncti; etiam, quod hoc S. Concilium celebratur infra fines Alamanie; & ex hoc videatur, Dnos Electores debere honorare prefatum Dn. Ducem & Ambaſiatores ſuos, prout credendum eſt, quod ipſe D. Dux inibi & alibi eosdem Dnos Electores ſuosque Ambaſiatores vellet honorare; ordinat, per modum proviſionis duntaxat, quod in hoc Concilio unus Ambaſiatorum dicti D. Ducis Burgundie ſedeat primus poſt Ambaſiatores Regum, & poſt eum ſequatur unus de Ambaſiatoribus Dnor. Electorum, & deinde alternentur mixtim; et hoc ſine preiudicio alicuius Partis in poſſeſſorio vel petitorio; ſuper quibus poterint agere & proſequi, quando placuerit.

* *caute ſic, ut evitaretur neceſſitas nominandi partem unam pra altera.*

LXXXV.

LXXXV.

Festum D. SEVERI *apud* Erfurtenses C. *ordinat celebrari solenniter.*

An. 1433.

[*p. 746. n. 4.*]

CONRADVS — — — Devotis & fidelibus nostris in Cristo dilectis, universis & singulis Prelatis, Clero & populo per Preposituram ecclesie S. *Severi*, opidi nostri *Erfordensis* - - - ubilibet constitutis, ac aliis *Erfordie* commorantibus, salutem in Domino sempiternam.

Ob divini nominis gloriam, reverentiam & presentiam Reliquiarum S. SEVERI gloriosi Confessoris, *Ravennatensis* Archiepiscopi, atque *Sanctarum* VINCENTIE & INNOCENTIE, in d. ecclesia S. *Severi* honorifice reconditarum, salutemque fidelium piis ducti consiliis, ac dilectorum, Decani & Capituli memorate ecclesie devotis desideriis excitati, rationabiliter duximus statuendum, ac volumus & ordinamus, Festum translationis eiusdem S. *Severi*, quod XI. Kal. Novembris peragitur, de cetero perpetuis futuris temporibus per vos in omnibus & singulis vestris ecclesiis, opidis, villis atque locis, in dictis Prepositura & opido ubilibet constitutis, a Clero & populo cum omni devotione & honore, quemadmodum .. Apostolorum festa peraguntur, solemniter celebrari. Que vobis - - notificamus & ad vestram noticiam deducimus, vosque - - hortamur in Domino, — — — — in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus d. Festum modo premisso singulis annis - - - solemniter celebretis & celebrari mandetis, ut ipsius S. *Severi*, ac .. *Vinc.* & *Innocentie* prefatarum suffragiis, salus & meritum vobis a Domino augeatur.

Insuper ut vos ad dictum festum celebrandum donis spiritualibus animare valeamus, omnibus vere penitentibus & confessis, qui in Ecclesia, in qua idem F. modo premisso celebra-

tur, Miſſali officio interfuerint, divine impetrationis gratiam petituri, — — — — XL. dies de iniunčta penitentia miſericorditer in Domino relaxamus; preſentibus indulgentiis perpetuó valituris. Preſentium ſub noſtri Sigilli appenſione teſtimonio litterarum.

Datum *Eltvil* - - prima die Auguſti Anno . . MCCCCXXXIII.

Ad mandatum Dni Magunt.
THEODERICVS *Ebbracht.* *

* *De hoc celebri Viro notitia ſpecialis habetur* T. II. *p.* 383.

LXXXVI.

CONRADVS ad *Baſileenſes, quod tentata concordia effečtu optabili caruerit.*

An. 1433.

[*p.* 746. *ante n.* 4.]

REVERENDISSIMI, *Reverendique in Xpo Patres, ceterique Domini & Amici preſtantiſſimi.* Quamvis in materia Differentie & diſcordie, michi ſemper diſplicibili & moleſta, inter honorabiles, Prelatos & Clericos mee maioris, & aliarum ſecundariarum Collegiatarum intra & extra muros *Moguntinos* Eccleſiarum ex una, & Magiſtros civium, Conſules & communitatem eiusdem Civitatis ex altera partibus ſuborta pridem & ſuſcitata, ex ſacroſančti generalis *Baſilienſis* Concilii commiſſione michi deſuper fačta; ac etiam ordinaria auctoritate, pro tranquillitatis & concordie modis, & pacis federibus inter easdam partes concipiendis, variis & iteratis vicibus diverſos tračtatus habuerim, plerasque vias tenuerim, quas congruas reputabam pro huiusmodi diſſenſionis materia amicabiliter ſopienda; tamen labores mei operoſi in hoc negotio hucusque, quod cum dolore refero, nichil aut modicum effecerunt, prout PP. VV. RRme de hoc pro dičti Cleri parte per prius ſunt lucidius informate.

Et

Et quia nedum iniuriosum videtur, dictum Clerum meum sic in suis iuribus & privilegiis opprimi, sed & lamentandum & merendum existit, ipsas Ecclesias Deo dicatas divinis nocturnis & diurnis laudibus defraudari; Vnde VV. RR. PP. affectuosissimo studio deprecor & exoro, quatenus ob Dei & iustitie, ac etiam & mei respectum, dictos Prelatos & Clericos meos, a suis laribus in peregrinis & exteris locis hinc inde exulantes, ac huiusmodi ipsorum, quam una cum eis meam reputo, causam dignemini suscipere, & habere clementius recommissos. Venerandis Dnis Iudicibus, quibus ipsa commissa dicitur, paternaliter iniungentes, quatenus in eadem legitime procedendo, citum ministrent Partibus iustitie complementum, ut ea decisa, & assecuratione congrua dictis Prelatis & Clero sufficienter prestita, iidem ad prefatam civitatem redeuntes, & in pulchritudine pacis, & tabernaculis fiducie residentes, Pacis auctorem colere, & sacrificium laudis valeant Altissimo immolare. PP. VV. RR. feliciter dirigat & conservet gratia Spiritus septiformis.

Datum *Erenfels* meo sub Secreto. XVIII. die Novembris Anno Domini MCCCCXXXIII.

LXXXVII.

AFFILIATIO.

An. 1434.

REVERENDO in *Xpo Patri ac Domino*, Dno CONRADO, *S.* Maguntine *sedis Archiepiscopo, ac Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario*, Dno sibi gratioso atque preamando, *Fr.* CONRADVS totusque Conventus Domus *Nove celle* in *Grunaw*, Ordinis *Carthusiensis*, dioc. *Herbip.* reverentiam debitam & condignam, ac per orationum suffragia vitam adipisci sempiternam.

Licet lex divine caritatis generaliter nos obliget universis, & debitores efficiat Benefactorum singulorum, illis tamen specia-

ſpecialius nos aſtringit, qui ad nos noſtrumque Ordinem ac Domum, maiorem habere devotionem caritatiſque affectum ſe oſtendunt.

Eapropter, gratioſe Pater ac Domine, exigentibus pie veſtre ſancteque devotionis meritis, quam ad nos noſtramque Domum prememoratam ex ſpecialibus ac gratioſis beneficiis, nobis effectualiter pluries exhibitis, preſertim in relaxatione theloneorum, fruitione paſcuorum, ceterarumque miſericordiarum veſtrarum, vos habere cognovimus, prout nuper copioſius & ſpecialius in ſancta elemoſina & largiflua pietate veſtra, qua paupertatem noſtram hilariter conſolatus fuiſtis, experti ſumus, humiliter & devote offerimus, & impartimur plenam participationem omnium donorum ſpiritualium: omnium videlicet Miſſarum, orationum, Horarum, Pſalmorum, Vigiliarum, ieiuniorum, abſtinentiarum, elemoſinarum, diſciplinarum, ceterorumque ſpiritualium exercitiorum, que Deo auctore per nos & ſucceſſores noſtros fiunt, & inpoſterum fient, in vita veſtra pariter & in morte.

Inſuper pro ſalute veſtra, atque *ſanitate corporis & anime recuperanda*, nec non diutine conſervanda, in ſolationem omnium vobis commiſſorum, preter ea, que ſinguli, Domino largiente, in privatis devotionibus noſtris faciemus, Spiritu Paraclito omnium conſolatori XXX. Miſſas ſinceris mentibus ſtatuimus decantari; Adicientes ex intimiori caritatis affectu, quod cum obitus veſter, quem Deus felicem faciat ac beatum, nobis fuerit intimatus, pro veſtre anime remedio exequias celebrabimus ſalutares, atque ad perpetuam memoriam veſtri, & omnium progenitorum veſtrorum, ſingulis annis perpetuum anniverſarium ſecundum ritum noſtre ſancte Religionis perſolvemus.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtri Conventus preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini
28. Apr. MCCCCXXXIIII. ipſa die S. *Vitalis* Mart.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

CONRADVS, *respiciens extremæ spatia vitæ, pro suo, parentumque celebrando Anniversario, ad communes Præsentias Eccl. metrop. legat vineas* an dem Bottenthal, *in districtu* Lorchensi, *obitu vasalli* Ioannis Schramm *de* Waldeck, *dominio directo reunitas. Præterea tumulum eligit in Templi medio, cui solidus incidatur sarcophagus. Hunc iubet operiri, & in profundum demergi; appositis* 4. *candelis, Exequiarum tempore retegendum.*

An. 1434.

[p. 747. n. 2.]

Wir Conrat v. G. G. des Heil. Stuls zu Mentze Ertzbischoff - - - - Bekennen u. tun kunt offenbar mit diesem brieffe, das wir, nach lere Sancti *Augustini* des hohen Lehrers, mit vernunftigen Synnen eigentlichen betrachtet han, das nicht sicherers ist dann der Doit, und nicht unsicherers dann die zyt des todes; und das auch eyn iglicher an sinem ende Lone entphaen wirdet nach sinen Wercken; Und darumb zu vorkomen, das wir nit von dieser Werlde scheiden, wir haben zuvoran unser Sele heile u. seligkeit bedacht, u. bestalt mit lobelicher merunge GOtes-dinstes u. gotlicher almussen, uff das unser missetait gen den almechtigen GOt gebusset, und die Pyne die wir darumb weren (werden) liden, gesenfftiget mogen werden; - - So haben wir, mit guter vernunft, fryem willen, und darzu mit wissen u. verhegniß der Ersamen, unser lieben andechtigen u. getruen, Peter Echters Dechants, u. Capittels unsers Dumes zu Mentze, an die gemeine Presentie desselben unsers Dumes besetzt, gegifft u. gegeben, - - - - in crafft dieß brieffs unsere Wingarten, gelegen an dem Botentale in Lorcher Marcke, die uns ledig worden u. verfallen sin von todes wegen Johans Schrammen von Waldecke, der sie zu Lehen von uns u. unserm Stifft gehabt hat; Also das dieselbe Presencie soliche Wingarten mit allen zuge- *ex Autogr.*

zugehorungen inhaben, halten, nutzen, gebruchen, und die ewiglichen besitzen u. bestellen sollen u. mogen nach irem besten u. wegsten, als ander der Presencie eigen Guter, ane hinderniß u. intrag unser Nachkomen, u. allermenglichs von unsern wegen.

Und uff daſ Gotes dienste von solicher Almusen, unser u. unser Eltern selen zu troste u. Heile gemert werde, so sal die Presencie, diewile wir leben, unser Vatter u. Mutter iaregezyt, Siebenden u. Dryssigen begeen mit Messen u. Vigilien, als uff dem Stiffte gewonheit ist, mit namen alle Fronefaste. Und wan wir von todes wegen abgangen sin, so sal dann dieselbe Presencie alle iare in unserm Dume unser Jarzyt, siebenden u. dryssigen begeen mit grosser Vigilie u. Selemessen, nach unsers Stiffts gewonheit. Und darnach zu den andern dryen Fronefasten unser u. unser Eltern gedencken, mit Vigilien u. Selemessen zu singen; Und was dann von den Wingarten ierlich fellet, das sal man teilen zu iglicher vorgeschr. zyt under die ihene, die das verdienen nach gewonheit unsers Dumes.

Auch sal die Presencie uns ein Grab bestellen mitten in unserm Dume, vor dem Capelchin * u. Elter, da wir unser begrebde han gekoren; und sal eynen redlichen Sarcke uff das grabe lassen hauwen, und den in die Erden versencken, u. eynen deckel daruff, † den man zu yeder zyt so man unser Jarzyt, Siebenden u. Dryssigisten begeet, sal uff tun, und vier Kertzen daby setzen, als andern Ertzbischoffen unsern vorfaren seligen. Dieser sachen zu waren orkunde han wir unser groß Ingesiegel an diesen brieff mit rechter wissen tun hencken.

** de huius Capellæ amotione vid. Cod. II. p. 738.*
† p. 824.

Und wir **Peter Echter**, Dechant u. Capittel — — bekennen, daſ diese Giffte u. besatzunge wie vorgeschriben steet, mit unserm guten willen, wissen u. verhegniß ist gescheen, u. durchgangen. Und haben des zu gezugniß unsers Capittels groß Ingesiegel by des vorgenanten unsers gnedigen Herren von Mentze ingesiegel an diesen brieff gehangen. Der geben ist zu Eltvil am Mitwochen in der heiligen Phingst wochen. * Anno Domini MCCCCXXXIV.

** 19. Maii.*

Rebus

Rebus ad æternitatis iter christiane sic dispositis, CONRADVS, *vix tribus septimanis superstes*, illud iniit X. mensis Iunii. *Ita ut non receperit sequentes*, *postridie obitus sui* a C. Sigismundo *transscriptas litteras. Successit* THEODERICVS Pincerna *de* Erpach, *Ecclesiæ metrop. Cantor.*

LXXXIX.

Exegesis.

SIGISMVNDVS *petierat* a Conrado, *ut Iudæos Cameræ Cæsareæ servos*, *sub potestate Mogunt. ad tractum Rheni morantes*, *cogeret ad pendendum Donativum*, *Rom. Regibus in Cæsarem coronatis*, *debitum.* Conradus *vero iudicans*, *quod ex privilegio ad Archicancellarium pertineret munus illud*, *ultro quingentos obtulit florenos. Quibus etiam Imperator acquiescens*, *cavet*, *solutionem hancce spontaneam Ecclesiæ* Mog. *nullius fore posthac præiudicii.*

1434.

Wir Sigmund v. G. G. Romischer Keiser, zu allen ziten Merer des Rychs, und zu Hungern, Dalmacien, Croacien ꝛc. Kunig. Bekennen und tun kunt offenbar mit diesem brieve allen den, die in sehen oder horen lesen; Als wir itzund den Erwirdigen Conraten Ertzbischoff zu Mentze, unsern u. des heil. Rychs in Dutschen landen Ertzcantzler, unsern lieben Neven u. Kurfursten, durch unsere erbere Sendebotten gutlichen ersuchet u. begeret hatten, unsern Kammerknechten der Judischeid under Im, u. in sinen landen, Steten u. Gebieten am Rine und darumb gesessen, zu gestatten, u. sie zu wisen, daß sie uns geben u. teten solichen geschenck u. eronge, als dann die Judischeid durch das Heil. Ryche uns nach emphahunge unserer Keiserlichen Kronen, die wir dann Got sy lob selicliche emphangen han, zu geben, u. zu tun schuldig sin; Und auch andere Judischeid uns getan, und des meisten teils *ex Autogr.*

algereyde gegeben haben; Vnd derselbe unser lieber Neve darynn furwante sine friheite u. privilegia, die er dann als unser und des Rychs in Dutschen landen Ertzcantzler von uns, u. demselben Ryche, soliche stucke antreffende hette, und meynte, daz sine egenante Judischeid, u. vorann Er, solicher privilegie darynn geniessen, und uns soliche eronge u. geschencke zu tunde von phlicht nicht schultig sin solten; Vnd doch derselbe - - - von sinem fryem u. gutem eigenen Willen uns zu willen und zu eren dafur sines eigenen gelts funffhundert Gulden gegeben u. gutlich ussgerichtet hat; Davon so versprechen u. setzen wir von Romischer Keiserl. macht genwerticlichen mit diesem brieve, und wollen, das soliche des egen. unsers lieben Neven erunge u. geschencke als Er uns in vorgerurter masse getan hat, Im, sinen Nachkomen u. Stiffte zu Mentze, an iren obgerurten privilegien, friheiden, Rechten, altem herkomen u. gewonheiten, die sie han davon rurende u. besagende, furtermee zu ewigen zyten keynen yrsal, intrag oder schaden bringen solle, oder moge gen uns, unsere nachkomen Romische Keysere oder Kunige, oder sust ymands anders.

Mit orkunde dieses brieffs, versigelt mit unserer Keiserl. Maiestat Insigel. Geben zu Vlme, nach Crist geburt Viertzehenhundert Jar, und darnach im Vier und drissigesten iare, am
XI. Iun. Fritag nach Sant *Bonifacii* tage; Vnserer Ryche des Hungrischen ꝛc. im acht und viertzigesten, des Romischen im vier u. tzweintzigesten, des Behemischen im viertzehenden, und des Keysertumbs im anderen iaren.

Ad mandatum Dni Imperatoris
CASPAR *Sligk* Cancellarius.

* * *

XC.

Litteræ *neo Electi ad Presbyteros totius Provinciæ, quibus pro felici Regiminis auspicio commendat clausulam hic insertam, ultimæ Collectæ in sacrificio Missæ adhibendam.*

An. 1434.

[*p.748. n.8.*]

THEODERICVS *D. G. sancte* Maguntine *Sedis Electus &c.* Vniversis & singulis Presbyteris, per nostras Civitatem & Diocesin ubilibet constitutis - - salutem - - - Ad regimen iam dicte S. *Maguntine* Sedis nuper divino munere vocati, spiritualium temporaliumque nobis credite dispensationis administrationi vigilantius intendentes, curis excitamur innumeris, quatenus gregem dominicum, ad divi nominis gloriam in tranquillitatis amenitate a luporum morsibus custoditum, solercius preservare valeamus. Ad cuius profectus felicem consummationem supremi presidio Pastoris, qui suum gregem proprio mercatus est cruore, eiusque gratia summe indigere conspicientes, vestras & cuiuslibet vestrum devotiones requirimus in Domino, sinceris & affectibus exhortamur, ut quilibet vestrum, divinum officium Misse celebraturus, in ultima Complenda, ante conclusionem eiusdem apponat & legat clausulam, de verbo ad verbum que sequitur, in hunc modum: *Et famulum tuum* Theodericum *electum Antistitem nostrum, & gregem sibi commissum ab omni adversitate custodi.* Qua clausula lecta concludat Complendam, conclusioni eidem annotatam; ut Deus & Dominus noster, piis vestris intercessiobus nos in omni opere bono, pro nostra & vestra salute confortare & consolari dignetur. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, B. Marie semper Virginis, nec non B. Martini patroni nostri meritis confisi, omnibus qui dictam clausulam in Missis devote legerint, mercedem condignam in retributione

ne Iuſtorum pollicemur; qui nec minus opitulante Altiſſimo propterea gratiam noſtram in futurum utiliter expectare valebunt.

Datum Anno Domini MCCCCXXXIIII, die XXIX menſis Auguſti, noſtro ſub Sigillo preſentibus appenſo.

XCI.

Pacta *mutuæ ſucceſſionis inter Principes* Saxoniæ *&* Haſſiæ *Imper. confirmat. Bonis ab Eccleſia* Mogunt. *in feudum deſcendentibus eidem præſervatis.*

An. 1434.

ex Autogr. Wir Sigmund v. G. G. Romiſcher Keyſer, zu allen ziten Merer des Reichs, und zu Hungern, zu Behem, Dalmacien Croacien ꝛc. Kunig. Bekennen u. tun kunt - - - Als wir nechſt, do wir zu Ulm waren, durch bete willen der Hochgeboren, Fridrichs u. Sigmunds gebrudere Hertzogen zu Saſſen u. Marggraven zu Miſſen, die doſelbs gegenwertig bey *uns* waren; und die Hochgeborn, Heinrich u. Wilhelm ire brudere; und Fridrich, alle Lantgraffen in Doringen u. Marggraven zu Miſſen; und des Hochgeborn Ludwigs, Landgravens zu Heſſen, der uns dann ſchrifftlich bate, ſolich Vereynung u. verſchreibung die ſy dann zwyſchen In gemachet haben, als von anfall wegen irer Lande, ob ſy on Erben abgiengen, gnediclich beſtetigt, und unſern gunſt u. verhengnus, als ein Romiſcher Keyſer, dartzu gegeben haben; Und wann wir alltzyt unſer gnad des heil. Reichs undertanen alſo zu tun pflegen, und ouch alſo tun ſollen, daſ dieſelben andern Leutten in iren Rechten unſchedlich ſein, als dann billich iſt;

Dorumb, mit wolbedachtem mute, gutem rate unſerr Getruen, u. rechter wiſſen, ſo cleren, ſetzen u. wollen wir, von Rom. Key-

Keyserl. macht in crafft diß brieffs, daß solich Vereynung, und auch unser verhengnus u. bestettung, dem Erwirdigen **Dieterichen** Ertzbischoff zu Mentze, des H. R. R. in Deutschen landen Ertzcantzler, unserm lieben Neven u. Kurfursten, sinen nachkomen Ertzbischoven, u. dem Stifft zu Mentze, an allen iren Lehenschefften u. lehen, die dann die egenante unsere Oheim von dem .. Stifft, als uns furbracht ist, zu Lehen haben, und sust an andern iren Rechten unschedlich sein, und kein Krenkung doran bringen sollen, in dhein weis.

Mit urkund diß brieffs, versiegelt mit unser Keyserl. Maiestat Insigel. Geben zu **Prespurg**, nach Crists geburt **Viertzehenhundert Jar**, und dornach in **dem** vier u. **drissigesten** iare. An **Sant Clemens** tag. Unserr Riche des Ungrischen ꝛc. im (48.) des Rom. im (25.) des Behemischen im (15.) und des Keysertumbs im andern, Jaren. *23 Nov.*

Ad mandatum Dni Imperatoris
CASPAR *Sligk* miles, Cancellarius.

XCII.

Renovatio investituræ, IOANNI de Eynenburg *Dno in* Landscron *concessæ*, *ad XX. flor. ex vectigali* Lohnsteinensi *in feudum castrense annuatim solvendos.*

An. 1434.

Wir **Dieterich** v. G. G. des Heil. Stuls zu Mentze Erwelter u. bestetigter Ertzbischoff ꝛc. Bekennen und thun kunt offentlich mit diesem brieve, daß wir **Johann** von Eynenburg, Herren zu Landskron unserm lieben getruwen, und sinen rechten lehens Erben zu rechtem BurgLehen geluhen han czwantzig Gulden gelts, die Im alle iare uff Sant **Martins** tag -- uff unserm *ex Autogr.*

serm

serm Zolle zu Lanstein fallend sin, die Jne unser Zollschriber daselbs ierlichen geben u. ussrichten sal; darab er auch daselbs zu Lanstein unser Burgman sin sal, als er die auch von unsern Furfaren zu burglehen gehabt hat, und sie von uns u. unserm Stiffte zu burglehen ruren u. geen.

Und der vorgenant Johann hat uns --- uber solch Lehen gelobt, u. liplich einen Eyd zu den Heiligen gesworn, uns getruwe, holt u. gehorsam zu sin, unsern Schaden zu warnen, u. bestes zu werben; solich Lehen getruwelich zu verdienen mit truwen Eiden, Sessen u. dinsten; die zu emphaen, daruber zu geloben u. zu sweren als dicke des noit geschicht, und in aller der masse er die von uns emphangen, daruber gelobt u. gesworn hat; Und nemlich alles das zu thun, das eyn Mann u. Burgman sinem rechten Herren von solcher Lehen wegen schuldig u. phlichtig ist --, ane alle geverde.

Des zu Orkunde ist unser Jngesiegel an diesen briff gehangen. 26. Nov. Geben zu Lanstein, am Fritag nach Sant Katherinen tag Anno Domini *MCCCCXXXquarto.*

XCIII.

ELECTO *transmittitur Archiepiscopale Pallium.*

An. 1434.

[*p.748. n.6.*]

ex Autogr. EVGENIVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Dilecto filio THEODERICO Electo *Maguntino* salutem & Apostolicam benedictionem. Cum Pallium, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis per dilectum filium IOHANNEM de *Lysura*, Canonicum ecclesie *bte* MARIE ad gradus *Maguntie* Decr. Doctorem Nuntium tuum, cum ea qua decuit instantia postulatum, Nos tuis supplicationibus annuentes, ipsum pallium, de corpore B. *Petri* sum-

ſumptum per venerabiles fratres noſtros, *Argentinenſem* & Wormatienſem Epiſcopos, vel alterum ipſorum, aſſignandum, per prefatum *Iohannem* deſtinavimus, ut illud ipſi Epiſcopi vel eorum alter tibi aſſignent, ſub forma quam eis ſub Bulla noſtra mittimus intercluſam, et noſtro ac Eccleſie Romane nomine a te, ſub forma quam ſub eadem bulla dirigimus, fidelitatis debite ſolitum recipiant iuramentum. Tu autem illo intra Eccleſiam tuam, illis duntaxat diebus utaris, qui expreſſi in ipſius eccleſie privilegiis continentur.

Vt igitur Signum non diſcrepet a ſignato, ſed quod exterius geris, interius ſerves in mente, Diſcretionem tuam monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus humilitatem & iuſtitiam dante Domino, qui dat premia, & munera elargitur, obſervare ſtudeas, que ſuum ſervant & promovent Servatorem; et *Maguntinam* Eccleſiam Sponſam tuam cures ſolicite auctore Domino ſpiritualiter & temporaliter augmentare.

Datum *Florentie*, Anno incarnationis Dominice MCCCCXXXIV. Nonis Decembris. Pontificatus noſtri anno quarto. *5. Dec.*

Gratis de mandato Dni noſtri Pape.
IO. de *Steccatis*.

XCIV.

RABANI *AEp.* Trevir. *Relatio ad* C. Sigismundum, *ſuper executione ſibi demandata, recipiendi a* Theoderico *fidelitatis ac obedientiæ iuramentum. Actum* Heppenheim *in Strada montana, pluribus natalium ſplendore conſpicuis hanc ſolemnitatem præſentia ſua cohoneſtantibus.*

An. 1435.

[*p.748. n.10.*]

DEm Allerdurchluchtigſten Furſten u. Herren, Hern Sigmunden, Romiſchen Keyſer, zu allen zyten Merer des Richs,

Richs, und zu Ungern, zu Beheim, Dalmatien Croatien ꝛc. Konig, mynem allergnedigsten lieben Herren, Entbieten ich **Raban** v. G. G. Ertzbischoff zu **Triere**, des H. R. R. in Welschen landen u. durch das Konigreich zu Arlat Ertzcantzler, mynen schuldigen undertenigen willigen dinste, gnedigster lieber Herre.

Als Uwer Keyserlich Gnade mir geschriben, gebotten u. empfolhen hat, gewonlich Eyde u. globde von dem Erwirdigen Hern **Dieterich**, erwelten u. bestedigten der Kirchen zu **Mentze**, so er von der obgen. siner Kirchen wegen Uwern Gnaden als eyme Romischen Keyser zu thunde schuldig ist, zu nemen, nach inhalte eyner formen, mir in U. G. brieff versloſſen gesant; Alſo, gnedigster lieber Herre, hat der obgen. Her Dieterich uff hute datum diß brieffs mir an uwer stat globt, und soliche eyde uff das heilige Ewangelium liplich zu den Heiligen gesworen, - - - - welche forme von worte zu worte lautet alsus:

> Ich **Dieterich** Ertzbischoff zu Mentze ꝛc. gelob und swere uff diesem heil. Ewangeli, das ich hie liplich berure, daſ ich nu fur baſ mere getrue u. gehorſam ſin wil dem Allerdurchluchtigsten - - - Hern **Sigmund** Rom. Keyser, mynem gnedigen Herren, und allen ſinen nachkomen Rom. Keyſern u. Konigen, und dem H. R. Riche, wider alle menschen. Und daſ ich weder hilffe oder rate nimmer geben wil wider ſine Perſonen, ſine leben, ſine heile, oder ſine weſen; Sunder daſ ich ſine, u. ſiner .. nachkomen u. des Richs Schaden u. arges verhuten wil, wo ich mag. Und daſ ich auch ſinen u. ſiner Nachkomen Verretern u. widerwertigen nymmermer gehelen wil, ſunder Yne - - - in ſolichen dingen, wo ich die weiß, getruwelich warnen, beſchirmen, und mit allen mynen Krefften byſtendig ſin wil. Und daſ ich auch alle u. igliche dinge, die zu ſiner heiligen Cron gehoren, getrulich halten, u. thun wil, als dann ſin

sin u. des Richs getruer Kurfurste sinem rechten Herren dem Romischen Keyser, nach keyserl. Gesetzen u. loblichen gewonheiten, zu halten u. zu thunde schuldig ist. Und daß ich auch alle ding gelob u. swere zu halden u. zu thunde, die des Richs getruwe Fursten Rom. Keysern u. Konigen, sinen vorfaren, und Jme gewonlich gelobt u. gesworen haben; und die in dem eyde der truwe, in den heiligen Keyserl. gesetzen begriffen, geschriben steen. Also helff mir GOt und diß heilige Ewangelium.

Zu urkunde u. merer sicherheit dieser vorgeschriben dinge, han ich geheisen u. gefordert die unden geschriben Notarien u. offen Schriber, daß sie diese brieve, u. offenbar Instrument daruber begriffen, geschriben, publicirt, und auch mit mynem anhangenden Ingesigel versigelt hant.

Gegeben u. gescheen zu Heppenheim Mentzer Bischtums, inn Jaren unsers Herren, Tusent vierhundert und funff u. drißsigisten iaren. In der (13) Indictien ader keyser zale. Des zehenden tags des Mandes Januarii, zu Prim zyt oder daby. Und 10. Jan.
in dem Vierden iare der kronunge des Allerheiligsten Vaters u. Herren, Hern **Eugenii** von Gotlicher vorsehunge Babstes des Vierten. In gegenwirtickeit u. bywesen der Edeln u. Wolgebornen, Ersamen, Strengen u. Vesten, **Diether** von Isenburg Herre zu Budingen, **Johann** von Isenburg, des obgen. Dieterichs Sone. Schenck **Dietherichs**, zu Wyrtzpurg: **Raban** von Liebenstein zu Mentze, Dumherren.

Schenck **Conrad** Herre zu Erpach. **Wipprecht** von Helmstat, Ritter Hoffemeister. **Johann** von Erlebach Marschalck. **Johann** von Wolmershusen Kuchenmeister, des obgen. Herren Dieterichs Erwelten u. bestedigten zu Mentze. **Diether** Kemerer von Talberg. **Johann** u. **Wypprecht** von

Helmstat gebrudere, Edelknechten, Menzer u. Wormser Bischtums, und vil anderer glaubwirdiger getzugen, zu diesen vorgeschr. dingen sunderlich gebetten u. geheischen.

Ich Ernestus Dusel Clerick Menzer Bischtums, - - - offen Schriber u. Notari - - - - Und ich Gudemannus von Sobernheim - - -

XCV.

THEODERICVS, *propter depraedationem bonorum Ecclesiae* Moguntinae *apud castrum* Hirtzberg, *facinoris auctori* VDALRICO *Com.* de Regenstein *quaevis hostilia denuntiat.*

An. 1435.

[*p.749. n.2.*]

Wisse Vlrich Graff zu Regenstein, das wir Dieterich, v. G. G. des heiligen Stuls zu Mentze Erwelter u. bestettigter Ertzbischoff, des H. R. R. in Dutschen landen Ertzcantzler, din, diner landen, und alles des, das wir uff dich u. sie gefehden mogen, syent sin wollen, umb solichs Unrechten willen, das du uns getan, und uns u. den unsern das unser und das ire vor Hirtzberg u. in dem Gericht daselbs genommen, und nit widder geben hast. Und wollen des gen dich u. die dinen unser Ere bewart han mit diesem .. offen briefe. - - -

16. Febr. Datum Steinheim am Mitwoch nach Sant Valentins tag. Anno - - (1435.)

XCVI.

XCVI.

Parthenoni Aldenburg. *concedit Diœcesanus, ut Hostia sacra diebus illis, queis Missa commode haberi non potest, conspectui publico exponatur.*

An. 1435.

RABANVS *D. G. Archiepiscopus* Treverensis, *S. R. I. per Galliam & Regnum Arelatense Archicancellarius.* Venerabilibus & Religiosis Abbatisse & Conventui monasterii in *Aldenburg* Ord. *Premonstr.* nostre dioc. salutem in Domino sempiternam. *ex Autogr.*

Quia, ut intelleximus, non bene possunt omni die in vestro monasterio Missarum solempnia commode celebrari; idcirco vestris supplicationibus inclinati, ut in Monstrancia benedicta Sacramentum Corporis Domini nostri IHESV CRISTI visibiliter per corallum album, aut vitrum ad hoc aptum in vestra ecclesia super Altari maiori, vel in aliquo alio loco decenti communiter habeatur, & extra Missarum tempora sub clausura custodiatur, sic, quod saltem in quolibet mense per Sacerdotem ydoneum sumatur & renovetur, ac denuo consecretur, nec passim & indistincte, sed dumtaxat quando Missam habere commode non potestis, illa hora patenter appareat, qua apud vos alias consueverunt Missarum solempnia celebrari, devotioni vestre usque ad nostre voluntatis beneplacitum indulgemus. Harum sub nostri Sigilli appensione testimonio litterarum.

Datum *Wesalie*, die penultima mensis Iulii. Anno Domini MCCCCXXXV.

XCVII.

Elector Coloniensis *proterve traductus, acsi voluisset, præscitu* Moguntini, Ludovicum Hassiæ *Landgravium perimere veneno, declarat apertam huius diffamationis falsitatem.*

An. 1436.

[*p.749. n.8.*]

Wir Dieterich v. G. G. der H. Kirchen zu Collen Ertzbischoff, des H. R. R. in Italien Ertzcantzler, Hertzog von Westphal u. zu Enger 2c. Thun kunt allen Luden, das uns zu wissen worden ist, so wie ein gemeyne gerichte sy an etlichen enden, das der Erwirdiger, unser lieber Neve, Her Dieterich erwelter u. bestedigter Ertzb. zu Mentze, und wir, uß sollen geschickt, off bestalt haben, den Hochgeborn Fursten, Herren Ludwig Lantgraven zu Hessen zu thun vergeben, wie dan die rede u. gerichte davon sin mogen 2c.

Also zugen u. bekennen wir overmitz disem briffe, das der vorgen. unser Neve von Menz den Lantgraven vor geschrieben, an liebe off Gude, hinderlich off schedelichen sin mogen, ny rede, gemach, schrifft, botschafft, gesynnen off begerde, overmitz sich selber, off ymants anders, heymlich off offenbar, darumb an uns getan hat, off doin doin [oder thun thun] in ynche wisse. Und schriben u. beweren - - by unsern Furstl. eren u. truwe, by dem eyde den wir dem Stule zu Rome, dem H. Riche, und unser Kirchen von Collen gedain han. Und off *Moguntino* eynche furter entschuldigunge hieinne noit were, so wollen wir uns darumb mit Jme uff gelegen tag fugen, und die entschuldig. thune, als uns geburen sal.

Und han des zu urkunde der warheit, u. gantzem vesten gezugnisse unser Segel an disen briff thun hencken. Geben zu Rense Anno Domini MCCCCXXXVI, des nehsten Dinstags nach unser *27. Mart.* lieben Frauwen tag, Annunciatio in dem Latine genant.

XCVIII.

XCVIII.

Epistola LANDGRAVII ad *Moguntinum in negotio prælibato.*

An. 1436.

[*p. 749. n. 8.*]

EXEGESIS.

Refert se inprimis ad ea, quæ THEODERICI *nomine colloculi secum sunt* DIETHERVS Isenburgius *Budingæ Dynasta,* & PETRVS Echter, *Eccl. metrop. Decanus. Innotuisse nimirum Committenti, quod in vulgus emanarit rumor, ab ipso* Ludovico *fuisse comprehensum quendam, qui in habito criminali examine deposuisset, quod* Coloniensis *a se Reo petierit, ut* Ludovicum *veneno tolleret, idque ex scientia* & *consilio quoque* Moguntini: *At sibi Landgravio hac de re notum esse nihil; alioqui non fuisset intermissurus, ea quæ Inquisitus revelasse dicitur,* Theoderico *confestim indicare, ut per Deputatos facti veritatem perciperet ex proprio hominis ore. Pro mero potius se reputare figmento; quum credere neutiquam possit, scelus eiusmodi a* Theoderico *in alium quempiam, minus in personam suam attentandum. Nec defuturum pro sua in Ipsum æstimatione, ut, si quod desideret innocentiæ testimonium plenius, illud omni forma meliori extradat.*

Dem Erwirdigen in GOtt Vatter u. Herren, Hern **Dieterich**, Erwelten u. bestedigten Ertzbischoff zu **Mentze**, Entbieten wir **Ludwig** v. G. G. Lantgrave zu **Hessen** unsern fruntlichen dienst, und was wir alzyt liebs u. guts vermogen zu vor, Erwirdiger lieber Herre u. Oheim.

Es hat der Edel **Diether** von Isenburg Herre zu Budingen, der Wirdige Her **Peter Echter** Dumdechant, und andere

uwere

uwere Frunde mit uns geredt, daſ derſelben uwer Liebe vorkomen ſy, es ſolle Sage ſin, daſ wir einen haben thun griffen, der geſagt ſolle haben, wie daſ der Erwirdiger Her Dieterich Ertzb. zu Colne ime ſolle zugemuht haben, uns zu vergeben, und daſ Jr davon ſollent gewuſt haben; als dann dieſelben uwer frunde ſolichs mit mer worten u. eyentlicher erzelt habent.

Lieber Herre u. Oheim! davon iſt uns gantz unwiſſentlich; und wer ſolich Sage uſſbracht hat, der hat Uch u. uns daran gantz ungutlich gethan; wan wir ſolichs von dem ihenen, den wir alſo han laſſen griffen, und unſer noit mit ime thun reden, nit gehort han; Und hetten wir es von ime gehort, wir wolten U. L. von ſtund darumb haben geſchrieben, und auch denſelben behalten, bis ſo lang Jr daby geſchickt hettet, ine zu ſehen, und ſoliche Sage von ime ſelbs zu horen. Und wolten gerne, wer U. L. u. uns ſoliche ſage gemacht u. uſſbracht hatt, daſ ſich der baſ beſonnen, und auch ſoliche unwarheit nicht erdacht hette. Wir wiſſen auch ane zwifel, daſ Jr ein ſolches an uns, ader einem andern; wer der were, ungerne thun woltet. Und begerten U. L. des furter entſchuldigunge von uns, ſo wollent uns verſteen laſſen wie ir die gerne haben wollet, alſo wollen wir ſie Uch gern thun. Und bitten U. L. ſere fruntlich, Jr wollet ſolicher unwaren Sage nicht gleuben, und uns auch ſolichs, wo ir das hortet, entſchuldigen, wann wir ye davon nicht wiſſen. Und wo mit wir U. L. zu willen u. dienſte geſin konnen, thun wir gerne.

15. Apr. Geben zu Caſſel uff Mitwochen nach dem Sontag Quaſimodo geniti, under unſerm uffgedrucktem Jnſiegel. Anno . . MCCCCXXXVI.

XCIX.

XCIX.

S. SERVATII *Capella in* Duderſtadt, *a Matrice* S. CYRIACI, *quæ hactenus Loci eiusdem Parochialis erat unica, ſeparatur, erigiturque in Parochiam, modo dictæ coæqualem. Populo, qui reſpicit veterem, quique novam, iuxta definitos limites diviſo.*

An. 1437.

[*p. 749. n. 11.*]

THEODERICVS *D. G. ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* In ſede paſtoralis officii divina clementia collocati ad ea noſtre meditationis aciem ſollicita mente dirigimus, per que cultus divinus pro animarum ſalute Deo auctore latius augeatur.

Sane cum opidum noſtrum *Duderſtat*, noſtre Eccleſie *Maguntine* eccleſiaſtice & temporali ditioni ſubiectum, multitudine populi plus ſolito habundet, dietimque copioſius repleatur, ac unicam ſolam Matricem ſeu parrochialem *S.* CYRIACI habeat eccleſiam, in qua pro animarum ſalute remedia multitudini populi commode convenire non valenti, difficile poterunt ſalutaria diſpenſari; nonnulla denique ex ſitu prefate eccleſie, in angulo opidi collocate, pericula viſa ſunt imminere; conferente namque ſe ad eandem populo celebribus diebus, ac in alia diſtantiori a dicte eccleſie parte, populo penitus abſente, incurſus hoſtium, ac improviſus incendii eventus poterunt afferre diſpendia; Vt autem a prefatis, que ſubeſſe videntur periculis cautius caveatur, ac populus fidelis ſecurius ad divina officia ſe conferat, & in ſalutaribus officiis devotius perſeveret; habita matura deliberatione, & diſpoſitione loci, hominumque dicti opidi multitudine & qualitate penſatis, auctoritate noſtra ordinaria . . . Capellam S. SERVATII, in parte inferiori dicti noſtri opidi ſituatam, cedente vel decedente honorabili CONRADO *More*, prefate S. *Cyriaci* matricis eccleſie Rectore,

ab eadem matrice .. volumus ſeparari, & in parrochialem ecclesiam erigi; dantes illi S. *Servatii* ecclesie parrochialia iura, & ſtatuentes, ut in ea, cedente vel decedente prefato *Conrado* plebano, ſit & inſtituatur unus Rector parrochialis Presbiter, conſecretur baptiſmus, Sacramenta miniſtrentur, ac omnia alia parrochialia iura exerceantur & conferantur, que in prefata S. *Cyriaci* matrice .. ſeu in aliis parrochialibus eccleſiis de iure aut conſuetudine conferri, miniſtrari, aut exerceri poterint. Eadem auctoritate noſtra ordinaria ſtatuimus & ordinamus, ut emolumenta & proventus ad corpus dicte eccleſie S. *Cyriaci* .. pertinentes, eiusdem .. Rectore *Conrado More* cedente vel decedente, in duas equas portiones dividantur, unaque medietas eidem eccleſie S. *Cyriaci* remaneat, ac illi perpetuis pertineat temporibus, reliqua vero medietas ad Plebanum & eccleſiam S. *Servatii* devolvatur, perpetue tenendam & poſſidendam.

Ceterum, ne confuſione ordo turbetur, volumus dictas duas parrochias, ut prefertur, limitibus ſuis diſtingui, & hoc modo diviſionem fieri: Videlicet ab acie vici ſeu ſtrate, que vulgariter nuncupatur die Vitzthum ſtraſſ, ex oppoſito dicti zum Stein thore; per illam ſtratam usque ad novam portam nove partis opidi *Duderſtadenſis*; quodque ſuperior pars ad veterem parrochialem eccleſie S. *Cyriaci*, & inferior pars iuxta diviſionem predictam ad eccleſiam parrochialem S. *Servatii* perpetuis pertineant temporibus. Omnia denique emolumenta, obventiones ſingulas, iura quoque parrochialia infra limites cuiuslibet eccleſie ... provenientia, ſeu provenientes, ſtatuimus ... & volumus illis plebano & eius parrochiali eccleſie pertinere, dari & integraliter perſolvi, infra cuius limites iuxta diviſionem predictam huiusmodi obventiones, emolumenta & iura parrochialia provenerint.

Et quia antiquitati honor eſt deferendus, ſtatuimus & ordinamus, quociens contigerit, Rectores dictarum parrochialium eccleſiarum ſimul in Proceſſionibus, ſeu aliis ſpiritualibus actibus convenire, ut Rectori eccleſie S. *Cyriaci* proceſſionis honor deferatur.

Cum

Cum autem ad nos, et Archiepiscopos S. *Maguntine* Sedis, prefate S. *Cyriaci* ecclesie collatio, seu quevis alia dispositio de iure pertinere dinoscatur, eiusdem ... & prefate ecclesie S. *Servatii* collationem ... nobis & nostris Successoribus .. perpetuis temporibus reservamus ..... *

Datum *Ascbaffemburgi*, die XII mensis Ianuarii, anno Domini MCCCCXXXVII.

* *agit de consensu Capituli.*

C a)

QVOD *Synodus* Basiliensis *deputaverit Executores*, Petrum Echter & Albertum *Pincernam* de Lymburg, *ad publicand. Indulgentias pro felici reductione* GRÆCORVM.

An. 1437.

[p. 750. n. 12.]

THEODERICVS *D. G. sancte* Maguntine *sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniversis & singulis Dnis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Cathedralium quam collegiatarum Canonicorum, parrochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu loca tenentibus; earundem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, curatis & non curatis, Vicariis, Altaristis, ceterisque Presbiteris, Clericis, Notariis & Tabellionibus publicis quibuscunque, per civitatem & diocesin *Maguntinam*, ac alias ubilibet constitutis, salutem in Domino sempiternam.

Nuper siquidem SSancta generalis Synodus *Basiliensis* in Spiritu sancto legitime congregata universalem Ecclesiam representans, thesaurum Ecclesie pro felici & sperata reductione Grecorum affluenter aperiens, Indulgentias sub certis modis & formis, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, concessit; suos Executores, presertim per civitatem & dio-

diocesin nostras *Magunt.* predictas, honorabiles PETRUM *Echter* Decanum & Nobilem ALBERTUM *Schenck* de *Lympurg*, Canonicum dicte nostre *Maguntine* Ecclesie dando & deputando.

Nos vero tanti boni cupientes esse participes, statumque ac profectum salutares fidei Xpiane & universalis Ecclesie ex intimis affectantes, nostre promotionis & iuvaminis solertiam ad tam salubris negotii executionem possetenus in nostrorum peccaminum remissionem adhibere volentes, vobis omnibus & singulis, prout requisiti fueritis, seu alter vestrum fuerit requisitus, districte precipiendo in virtute sancte obedientie mandamus, quatenus dictos Executores, & eorum Substitutos seu subdelegatos .., ac etiam Predicatores per ipsos deputatos seu deputandos, cum ad vos, & monasteria & ecclesias vestras declinaverint, benigne recipiatis, caritative pertractetis, & sine omni difficultate pro insinuatione promulgationis & prosecutionis huiusmodi salutaris negotii admittatis; vos exhibentes, ut penas contra impedientes & obloquentes promulgatas evadere, & ultra hoc non solum laudem apud sacrum Concilium & S. Ecclesiam, sed & eternum premium apud Altissimum consequi valeatis.

Datum sub nostro appenso Secreto, Anno Domini MCCCCXXXVII, die mensis sexta Marcii.

C b)

Hanc in æram cum incidat Electio BURCHARDI de Werberg *in Episcopum* Halberstadensem, *acta per Compromissarios*, Gunzelinum --, Eghardum -- *&* Ioan. K.; *Profertur*, *loco alterius cuiusdam chartæ diplomaticæ*, *Capitularium an.* 1437. *in* Halberst. *Ecclesia* existentium series.

BUSSO Comes *de Beichlingen*, Præpositus.
CONRADUS *Donckorff* Decanus.

GER-

GERHARDVS de *Dorsem*, Senior, & Præpositus S. *Bonifacii* Halberst.

GVNZELINVS de *Bortensleve*, Præp. in *Soltwedel.*

ALBERTVS de *Isemburg.*

HENNINGVS *Windolt.*

EYLERVS de *Rotbusen*, Archidiaconus in *Eilnstete.*

OTTO *Grope* Scholasticus.

FRIDERICVS de *Hoym*, Archidiac. *Bamni. Quedlingborg.*

EGGHARDVS de *Hanensee*, Præpos. Hildeshemensis.

OTTO de *Rintelwerg* Camerarius.

GERHARDVS Könecken Decr. D. Cellerarius.

IOHANNES de *Barby* Lic. in Decr. Præp. *Walbecensis.*

GEVEHARDVS de *Hoym*, Præp. S. *Mariæ* Halberst.

IOHANNES Könicken Lic. in Decr. Archidiac. *Asscbariensis.*

IOHAN. de *Schwichelde* Lic. in Decr. Archidiac. *Goslar.*

BVRCHARDVS de *Steinhoff* Cellerar. *Hildesem.*

LVDOLFVS *Zwirre* Decr. D.

TIDERICVS *Domeniz*, Archidiac. *Orientalis.*

ARNOLDVS *Treskow* Archidiac. *Wederstedens.*

IOHANNES, Illustris Princeps *de Anhalt*, Præp. *Merseburg.*

GERHARDVS Comes *de Hoya*, Præp. S. *Blasii* Brunsvic.

IOHANNES *Denicker* Thesaurarius *Halberst.*

OTTO de *Bothmer* Portarius.

Ipsum vero Electionis Instrumentum exhibebatur Metropolitano per Procuratores: PETRVM Echter *Decanum:* DIETHERVM Pincernam *de* Erpach, *Can.* Mogunt. THEODER. Bogel, *Præpositum Cath. Ecclesiæ* Wormat. MATHIAM Herrnberger, & IOHANNEM de Barby *superius obvium, ad præstandum ea,*

 quæ

quæ ipsi Electo personaliter facienda incubuissent, a THEODERICO *confirmatus* d. *25. Iunii* [1437.]

CI.

Notabile exemplum atrocis Vindictæ privatæ, quam (iuxta generalem istius ævi consuetudinem licite & competenter) de Raptoribus ex improviso sumsit Abbas Seligenstadensis.

An. 1437.

[*p. 750. n. 16.*]

ex Autogr. SACROSANCTA *generalis Synodus* Basiliensis *in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans*, Venerabili Archiepiscopo *Maguntino* salutem, & omnipotentis Dei benedictionem.

Pia mater Ecclesia, recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum, libenter se propiciam reddit & benignam. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti Ecclesie filii CVNONIS, Abbatis monasterii in *Selgenstat* Ord. S. *Benedicti* Magunt. dioc. petitio continebat, quod cum olim quidam potentes seu Nobiles partium illarum, Dei timore postposito, eundem Abbatem, postquam tunc de *Basilea*, ubi universalis Ecclesie una nobiscum prosequendo negotia aliquamdiu resederat, ad dictum Monasterium, sua inibi dispositurus negotia se contulerat, animo tamen ad nos denuo revertendi, ausu sacrilego & dyabolica temeritate diffidassent; ipsique, seu quidam alii iniquitatis filii, predones & raptores vagabundi per eos subordinati, ipsorum Nobilium nominibus, dominia & terras dicti Monasterii latenter ingredientes, equos pecora & res alias Abbatis & monasterii predictorum, ac subditorum suorum furtive abduxissent, ac in plerisque villis, domibus & horreis monasterii ac subditorum predictorum Incendia posuissent, & alia incendiis submittere comminarentur; a subditis ipsis diversas

ſas pecuniarum quantitates extorquerent, & alia graviora damna eis inferre, & nephanda ſcelera committere continuo non formidarent; Dilecti Eccleſie filii, fratres germani & Amici dicti Abbatis [quorum ipſe Abbas, qui de nobili militari genere procreatus eſt, * dum alias dictorum ſacrilegorum Predonum & raptorum malitiis obviare, & ipſius monaſterii indemnitatibus providere non poſſe cerneret, auxilium imploravit] una cum familia d. Abbatis, oportunitate temporis captata, quadam vice eosdem Predones & Raptores ſacrilegos, usque ad quandam domum ad quam confugerant, in ea latitando, inſequentes, & in eos fortiter irruentes, *Duos gladio peremerunt*, & *alios duos laqueo ſuſpenderunt; plerisque etiam ex eis mutilatis*, & *pluribus remanentibus vulneratis.* Et, ſicut eadem petitio ſubiungebat, ipſe Abbas pro eo, quod germanos, amicos & familiares huiusmodi ad hoc, ut dictos Predones & raptores ſacrilegos inſequerentur ut prefertur, induxit & animavit, & eos aſſociavit usque ad locum, in quo ipſi Sacrilegi reperti & invaſi fuerant, licet ipſe neminem invaſerit ſeu leſerit, nec alias ad huiusmodi interemptionem, ſuſpenſionem, mutilationes & vulnerationes auxilium preſtiterit, dubitat, irregularitatis notam contraxiſſe; Quare pro parte eiusdem Abbatis nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ſibi & ſtatui ſuo in premiſſis oportune providere dignaremur.

*de Bellersheim, an. 1456.

Nos igitur de premiſſis certam notitiam non habentes, huiusmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tue, de qua in hys, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per hec ſcripta committimus & mandamus, quatenus ſuper premiſſis omnibus & ſingulis auctoritate noſtra te diligenter informes, et ſi per informationem huiusmodi ea reperis ita eſſe, cum eodem Abbate ſuper irregularitate, ſi quam premiſſorum occaſione quomodolibet incurrit, & ut ipſe dicto Monaſterio preeſſe, & in ſuſceptis ordinibus miniſtrare libere & licite valeat, auctoritate prefata diſpenſes, ſi, & prout tibi viſum fuerit expedire. Non obſtantibus premiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum

13. Xbr. Datum *Basilee* Idus Decembris. Anno a nativitate Domini MCCCCXXXVII.

BERTOLDVS.

CII.

„COPIA *Littere, in qua Dominus noster scribit Suffraganeis deliberate super aliquibus articulis, per Papam & Concilium missis; Et quod respondeant.*

An. 1438.

[p. 750. n. 17.]

THEODERICVS (*&c.*) Gratam & sinceram complacendi voluntatem, Reverende Pater & Amice carissime; nec non Honorabiles, in Xpo nobis sincere dilecti. Inter ceteras nostri pastoralis officii sollicitudines istam, qua pax, & Ecclesie sancte Romane unitas, Reformationisque tam in capite quam in membris prosecutio possent conservari, minimam minime reputamus. Quare, nisi salubri preveniatur remedio, gravem suboriri veremur scissuram, ultra quam calamo perarare valemus populo Dei dispendiosam.

Sane cum nonnullis defluxis diebus, Sanctiss[us] in Xpo Pater & Dominus noster, Dns EVGENIVS Papa modernus, nobis nostrisque S. R. I. Coelectoribus, sacri *Basiliensis* Concilii ad civitatem *Ferrariensem*, ex causis in Bulla S[tis] sue expressis nobis exhibita translationem insinuari, nosque requiri fecerit, quatenus ad Concilium *Ferrariense* per S[tem] suam indictum nos duceremus conferendos; Porro inclita Germanie natio in sacra Basiliensi Synodo collocata pridie nobis intimavit, qualiter huiusmodi translatio ad civitatem *Ferrariensem* predictam facta, etiam contra S. Concilii *Basil.* decreta, dictarum pacis, unitatis & reformationis nimium foret destructiva, ordinarie auctoritatis turbativa, &, quod severius commemorabant, huius-

modi

modi translatio tanti ſit diſcidii, quod ſpes totius reformationis iam facte, & faciende ceſſaret, abuſus Romane Curie exuberanter ſuccreſceret, & conſequenter plurima pericula, maximamque ignominiam in Germanie partibus germinarent; Preterea Natio ſupradicta nos debita requiſivit inſtantia, quatenus decretata in ſacro *Baſilienſi* Concilio ſuper ſublatione Reſervationum, propter quam cuilibet Ordinariorum Beneficia in dioceſi ſua vacantia libere incumberet conferre, [quibus etiam decretis cautum exiſtit, quod ibi Cauſe debeant tractari & terminari, ubi originem aſſumpſerunt, quodque non ommiſſo medio ad Papam, ſed ad Ordinarium immediatum provocari debeat; quodque eiusmodi decreta auctoritatem Superiorum conſervarent, caritatem in Inferioribus corroborarent, & innumeris periculis & abuſionibus obviarent] gratanter acceptare, per noſtram Metropolim inſinuare & publicare, ipſumque ſacrum *Baſ.* Concilium manutenere, & favoribus noſtris aſſiſtere oportunis, usque de ordine & modo, quibus Sanctitati ſue dicti Domini noſtri, aliisque Prelatis propter Annatarum ſubtractionem competens fieret proviſio, aviſare dignaremur; prout hec per dicte Nationis venerabilem Oratorem *liberioribus verbis* exiſtunt deducta. Et quis eſt, qui harum rerum magnitudinem non ponderabit! Rem itaque tam grandem, tamque arduam intactam relinquimus, maiori & celebriori digeſtione pertractandam.

Maturo igitur cum nonnullis doctis, devotis & fidelibus noſtris dilectis, ad id ſignanter evocatis ſuper premiſſis prehabito conſilio, arbitrati eramus expedire, ad vos, aliorumque noſtrorum Suffraganeorum, nec non eorundem Capitulorum preſentiam atque notitiam, premiſſa ſub compendio perferre; poſt digeſtam deliberationem, de harum mole rerum Conſulta veſtra, quid circa premiſſa agendum & concludendum finaliter exiſtat, nobis die ſubnotato communicanda expetere & explorare. Et quoniam hanc rem, celerem deſiderare expeditionem nemo eſt qui non animadvertat; quare, ut antelatum eſt, certum diem, videlicet Dominicum, quo in Eccleſia Dei

Iudica cantatur, proximo quadragesimali tempore futurum, Venerabilibus & nobis dilectis, Decano & Capitulo Ecclesie nostre *Maguntine*, Cleroque universo Civitatis eiusdem decrevimus indicendum, cum intimatione, quatenus hoc die, cum ceteris sequentibus diebus nobiscum conveniant, & constituantur in civitate *Maguntina*, inibi quid circa premissa agendum sit, pertractaturi & consulturi. Nec breviorem terminum prefigere conveniebat, pretextu electionis Romanorum Regis, in Cesarem Deo propicio promovendi, nobis impeditis.

Quare vestram exhortamur Caritatem, in visceribus Domini nostri IHESV XPI exorantes, ut sollicitudo vestra cum Capitulo, doctis & Clericis Ecclesie vestre convenire, & que superius exposita sunt, & ipsa quomodolibet tangentia mature & fideliter pertractare; quidve deceat, quidve in his dedeceat, examinare, & demum concludere velit, quod in hac re felicius fuerit amplexandum. Nos die superius commemorato de huiusmodi vestris intentionibus pertractatis, deliberatis & conclusis, in quo etiam finaliter exoptatis residere, ad suprad. civitatem *Maguntinam* per fideles & constantes vestre Caritatis Oratores certificando, dictosque vestros Oratores eatenus deputando & fulciendo, quatenus si aliquid per nos, alios Suffraganeos nostros quibus similia denunciavimus, aut eorum Ambassiatores, nostrumque Clerum supradictum, tempore & loco predictis foret pertractandum, determinandum & concludendum circa premissa & ipsorum quodlibet, ob mandati defectum omitti non oporteat; ymmo verius sine more dispendio prosequatur, quod canonicum honestumque, & visum fuerit expedire pro populo Dei, ad laudem Omnipotentis clementie, atque nobis ad complacenciam valde gratam. Super quibus omnibus vestrum efflagitamus in scripto responsum.

Datum in castro nostro *Aschaffenburg* XXI die mensis Februarii. Anno Domini MCCCCXXXVIII.

CEDVLA.

Obierat Sigism. 1437. *d. 9. Dec.*

VT quoque instantis electionis Romanorum Regis in Imperatorem promovendi solempnitas votive & sine divisione peragatur, & ne in Ecclesia Dei scissura superveniat, obsecramus, qua-

quatenus in omnibus & singulis ecclesiis vestre diocesis ordinetis fieri solempnes processiones, Missas de Spiritu sancto, devotas orationes & alia bona opera, quibus placata divina misericordia provideat super & de premissis, omnibus Xpi fidelibus ad salutem. Datum ut supra. Alb. electus 10 Mart.

CIII.

Electione ALBERTI *in* R. Rom. *feliciter peracta, Septemviri conveniunt, sese omnem daturos operam pro suffocando* EVGENIVM *inter & PP.* Conc. Basil. *flagrante dissidio, unde alias luctuosum posset oriri Schisma: Quod si non effecerint, nibilominus nexu indissolubili colligatos velle manere; & neo Regi devote supplicare, ne* Sua Gratia, *ipsique Electores ab invicem separentur. Plene consisi, fore, ut ceteri Imp. Principes ad huiusmodi divinam & individuam Vnionem accedant.*

An. 1438.

VOn GOttes gnaden Wir **Dietherich** zu Meintz, in Dutschen Landen; **Dietherich** zu Collen, in Italien, Hertzug zu Westfalen u. Engers; **Raban** zu Triere, durch Welsche Landt u. das Konigrich zu Arelath, Ertzbisschoffe u. Ertzkantzlere. **Ott Pfaltzgrave by Rine**, H. in Beyern, und des Hochgepornen Fursten, Herren **Ludwigs** Pfaltzgraven by Rine, des H. R. R. Ertztruchsessen, u. H. in B. unsers lieben Vettern, der noch under sinen Jaren ist, Furmunder. **Friederich** H. zu Sachsen, Landgrave in Duringen -- **Friederich** M. zu Brandenburg u. B. zu Nuremberg, alle des H. R. R. Kurfursten. Bekennen und thun kunt offentlich mit dissem brieve, Als leyder ytzund sich ein swere u. sorglich Zweytracht u. mißhellung zuschen unserm heiligen Vatter dem Babste, und dem .. Concilio zu Basell erhaben u. entstanden hat, dadurch sere zu besorgen ist, wo solche Zweytracht nicht fuglich u. gutlich gedempt u. nyddergeladt wurde,

daz dann davon ein cleglich Schissma u. unverwintlich schade der heiligen Cristenheit entsteen mocht; Daß wir darumb, und ein solches zu verkommen, dem Almechtigen GOtt zu lobe u. zu eren, dem H. Cristen glauben zu Sterckunge, allen Dutschen landen zu trost u. nutz, uns samentlichen miteynander versprochen u. verbunden han - -, daß wir .. getruwelichen darzu arbeyten, raten u. helffen wollen, nach unserm besten vermogen, daß solche Zweytracht nydder gelacht, gutlichen gestillet werde, und eynickeit der H. Kirchen blibe.

Und ob wir die Sachen nit gutlich gefinden noch nyddergelegen konten, das — — GOtt verbiete, so wollen wir doch nach rate unser verstendigen gelerten u. wysen Frunden u. Rete uns eintrechtiglichen, und als cristenlich Fursten, in den sachen byeinander halten u. bliben, und nicht voneinander scheiden; Und auch unsern gnedigsten Herren den erwelten Romischen Kunig underteniglich u. demutiglichen lassen bitten, daß Sine Kunigl. Gnade und wir in solchen - - sachen uns voneinander nicht lassen scheiden; So getruwen wir, daß alle Fursten, geistlich u. werntlich gantz Dutschs landes, sich von uns in solcher .. Gottlicher u. redelicher Eynung nit scheiden sollen noch wollen; die wir auch alle gern in disse unser Eynung in obgerurter maß nemmen wollen. Ussgescheiden alle argeliste u. geverde.

Und des zu urkunde, so hat unser iglicher sin Ingesiegel an diesen brieff tun hencken. Der geben ist zu Franckfurt off Donrstage
20. Mart. ipsa elect. die. nach dem Sontag als man in der heiligen Kirchen singet *Oculi.* Anno Domini MCCCCXXXVIII.

CIV.

CIV.

Confœderatio EORVNDEM, *ad avertendos Excessus, Germaniam horrendum in modum devastantes, publicamque quietem restituendam.*

An. 1438.

[*p.752. n.24.*]

WJ G. G. wir Dieterich *cum nominatis in praeced.* Bekennen u. thun *ex Autogr.* kunt — —, daß wir besonnen u. betrachtet haben solich unortenlich swere u. unredelich Sachen, die zu Tutschen landen tegelich sich verlauffen, und begangen werden mit Raube, brande, fientschafft u. anders, und ye me ye me inrißen - - -; So sin wir auch von des H. Richs, und unsern Graven, Fryhen, Ritterschafft u. undertanen - - angeruffen, ermanet u. gebetten worden, als Kurfursten - - solichen - - sachen zu widerstene, - - dafur zu sin, und zu helffen daß soliche unordelickeit nider gedrucket werde. Des haben wir uns alle GOt zu lob - - - mit eynander - - verbunden u. vereynet, diese - - Stuck u. Artickele in allen unsern - - Landen u. Gebieten zu halten — — *ut sequitur.*

Zum Ersten sal der Ackerman und Wingartsman usser sinem Huse mit siner Habe, die man zu den Eckern u. wingarten, die zu buwen u. zu erbeyten bedarff, und uff den Eckern, und wider heym zu husse; und als man die Frucht snyden, u. den Win lesen, und das alles infuren sal, sicher sin. *Agricolae, Vinitores, sint securi.*

ITEM sal nymant burnen oder brantschatzen, oder Fure schiessen, oder fure legen, weder tags oder nachts, es sy in fientschafft, oder one fientschafft. *Incendium generaliter prohibetur.*

ITEM sollen alle geistlich lute, Kindelbettern, und auch die in swerer Kranckheit sin, nicht beschediget werden. ITEM es sollen Kirchen, Kirchoffe u. Wydenhoffe auch sicher sin, und sal daruß nit genommen werden, noch auch keine Were daruß geschreen. *Ecclesiastici. Puerperae. Infirmi Ecclesiae & Caemeteria.*

Item, das nyemant dem andern Schaden thun sal, er habe yn dann zuvor zu Recht erfordert; Und ob ym das Recht nit gedien u. widerfaren mochte, so sal er dannoch nit angriffen noch beschedigen, er habe ym dan das dry Tage u. dry Nacht gantz zuvor in sin Huß, da er sin gewonliche Wonunge hat, verkundet, und sich bewaret.

Item es sal auch kein reysich Knechte sin, der sin eigen Pherde habe, er habe dann eynen Herren oder Junghern, des gebrodter u. gedingter Knecht er sy. — — — Und was sust reysiger Knechte weren, die eigen pherde, u. nit Junghern oder Herren hetten - -, die sollent nyrgen fryede, trostunge, noch geleyte haben.

Item, wer der vorgeschr. Stucke eins - - uberfure, - - - - der oder die sollen wider eyde u. Recht gethan han, und sollen auch — — keinerlei trostunge, Friede, oder geleite haben, an keinen stetten oder enden, sondern es soll u. mag meniglich — — macht haben, sie an Leibe u. Gute anzugriffen, und daran nicht gefrevelt haben — — ——

Und wir Kurfursten alle haben eynander ——— versprochen, alles das - - - - veste - - zu halten - - - -

21. Mart. Datum Franckfurt uff den Frytag nach dem Sontage - - *Oculi.* In dem Jahr (1438.)

CV.

T. *instanter petit a* Capitulo B. V., *quatenus* Ioannem de Lysura, *ceu destinatum Oratorem ad Concil. Basil. hac ipsius absentia durante, velint pro præsenti habere.*

An. 1438.

[*p.* 752. *n.* 23.]

Theodericus *D. G. sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.*

rius. Honorabilibus Decano & Capitulo Ecclesie B. *Marie* ad *gradus* Magunt. devotis nostris in Cristo sincere dilectis, salutem in Domino sempiternam.

Cum ob multiplices, quibus in re publica occupationes dietim agitamur, in tantum distrahimur, totque negociis immergimur, ut non solum cum illis, qui nobis cottidie collaterales assistunt, pastoralis debitum officii, in hys presertim tam arduis, que se dietim graviter ingerunt, persolvere possimus; quum primo ad personas nobis subditarum Ecclesiarum necessario stringimur habere recursum; intendentes siquidem in ea, que inter sacrum *Basiliense* Concilium, & sanctissimum D. N. D. EVGENIVM Papam modernum proch dolor! diversitas exorta est, partes nostras interponere, ac pro ea, ad partes huiusmodi diffidentes, nostros pro sedando mittere Oratores; consideramus, quod honorabilis in Cristo nobis fidelis dilectus, Magister IOHANNES de *Lysura* Decret. Doctor, noster in spiritualibus Vicarius generalis, hucusque in huiusmodi negociis pro nobis in sacro *Basiliensi* Concilio Orator extitit, sibique materia dissensionis huiusmodi competenter nota sit; hunc in nostra Ambassiada deliberavimus destinandum.

Vos igitur ex intimis precamur, quatenus eidem M. *Iohanni*, singularium nostrarum precum intuitu, concedere velitis, ut huiusmodi non obstante absencia, tempus residentie sue iam facte non perdat, sed illud in omnibus, perinde ac si dicta residencia interrupta non fuisset, postquam Deo dante reversus fuerit, possit ex vestra concessione benigna continuare. Nec vos moveat, honorabiles in Cristo nobis sincere dilecti, quod ex Statutis iuratis, huiusmodi per vos non debeat licencia concedi; videtis, que temporis qualitas & dispositio est, quantumque casus hic magnus, qui non solum Ecclesiam nostram, sed universalem eciam fidem ac totum ecclesiasticum bonum concernit, cuius in evo hominum vix similis visus est. Hec enim ad huiusmodi facienda & concedenda movebunt merito; nosque, ut illud vobis liceat, consensum nostrum & auctoritatem interponimus. Nolentes hoc eciam, quod ex singulari

gulari universalis Ecclesie bono conceditis, ob id contrahere inposterum ad exemplum, aut quoquomodo in preiudicium vergat Statutorum vestrorum.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Aschaffenburg* die mensis XXVII Marcii, Anno Dni MCCCCXXXVIII.

CVI.

„Missive *Dni* AEpiscopi Mogunt. *ad* Augusta-„num, Argent. Hildesh. & Curiensem *Episcopos*, „*cum copiis appellationis*, *protest.* & *unionis* „*instrumentorum interclusis.*

An. 1438.

[*p.750. n.17.*]

Gratam in *Xpo complacendi voluntatem*, *Reverende Pater*, *Amice carissime.* Satis liquide ex scriptis nostris, Vestre Pti dudum de mense Februarii factis, illiusmodi dira & discidii materia, que inter SSmum in Xpo Patrem & D. N. D. Evgenivm Papam *quartum* ex una: nec non SSanctum *Basiliense* Concilium, partibus ex altera, suscitata existit, alias proch dolor plus noto, nato innotescere potuit, amaritudinem hoc pretextu animum nostrum perfulgentem habunde demonstrantibus, et non immerito; cum hec res Ecclesiasticum statum verisimiliter innumeris commovere dispendiis, & populi salutem Xpiani impedire conspiciatur.

Idcirco certum terminum, videlicet diem Dominicam, *30 Martii qua in Ecclesia Dei *Iudica* decantabatur, * proxime preterita, vestre Caritati, pariter & aliis nostris Suffraganeis insinuavimus, exhortatique fuimus, quatenus hoc die vestros constantes & litteratos Viros in *Maguntiam* transmitteretis, inibi cum aliis, dicto die ad huiusmodi locum evocatis interessendum, atque

atque in re tam ardua pertractandum & concludendum, quod necessarium foret, & oportunum.

Et quia, pluribus aliis ad eundem locum predicto die suos notabiles Oratores mittentibus, vos reperimus, de quo satis miramur, nec venisse, nec misisse, ideo cum his, quorum copia illuc erat, id quod expedierat, pertractatum fuit & conclusum. Vbi inter cetera exhibita hec fuere, que presentibus inseruntur, & per nos V^e. Caritati transmittuntur; que siquidem potissime per nostros Coelectores, super electione Romanorum Regis novissime *Franckfordie* constitutos, digesta fuerunt, fabricata & conclusa. Vnde, cum huiusmodi protestationis & unionis effectus claudere prestolatur quosvis, adherere nobis, ipsisque Coelectoribus nostris satagentes; sitque nobis creditum, eaipsa per nostram etiam Metropolim publicare, & vota eorum, qui scuto protestationum & Vnionum predictarum cupierint manuteneri, vigilanter explorare, vobis earundem copiam duximus mittendam, atque insinuandam.

ITEM als U. H. der Kunig solichs, als obgemeldet ist, wirdet tun u. ufnemen; alsdann eyn pracmaticam Sanction mit Jme daruber zu machen; und das die von dem Babst, ader dem Concilio, welchem teile der zufalle, in obgeschrebener masse gescheen wurde, werde bestetiget, zu erwerben, als das in schrifften begriffen ist.

ITEM

ITEM sollen VV. HH. die Kurfursten in der Protestation, in massen Sie bißher gestanden sint, furter steen, u. bliben bis uf den gemelten tag Kalendas Septembris, und so lange biß das sie mit den Versorgnissen u. versehungen versorget werden, in massen als obgeschreben steet; das auch ein iglicher Herre durch sine Lande u. Gepiete vestiglichen gepieten u. hanthaben sal unvertzoglich.

Septemviri in unione permaneant stabiles usque ad Kal. Sept.

Und wer es, das yemant - - - widder VV. HH. die Kurf. ader die iren tette in den vorgeschr. Artickeln, Stucken u. sachen, es were mit Fientschafft, impetracien, Processen, ader anders, wie das zugienge; das solte VV. HH. glich sementlich antreffen, und eyner solle sich von dem andern nit scheiden; sunder eyn iglicher - - sal dem andern, dem das not were, ane vertzog darinn u. darwidder getruwlichen bystendig, beraten u. beholffen sin mit siner Ritterschaft, Slossen, Stetten, Landen, luten u. aller siner gantzen macht, als lang des noit ist, ane allerley intrag, hinderniß, widderrede u. geverde. Darumb mogen auch VV. HH. unsern allergnedigsten Herren den Romischen Kunig anruffen, Sie zu verteidigen u. zu hanthaben.

Und mogen *Electores* nach dem Sontag Misericordia Domini nehst kumpt, iglicher an den Fursten, geistlich u. werntlichen, die ime gewant u. gelegen, ader da es Ine bedungket gut sin, werben u. suchen, mit in solich ir verstentniß von der H. Kirchen wegen zu kommen; Und diese verstentniß mogen dann VV. HH. den Fursten - - - die sie in diese verstentniß gern brengen wolten, offenbaren; also das der, ader die mit den man reden wirdet, iglicher siner Rete zwene, und eynen Schriber, und daruber nit, zu ime nemen moge; und das der Herre, die zwene sine Rete, und der Schriber, ee es Ine geoffenbaret werde, globen u. sweren sollen, die verstentniß nit zu melden noch zu offenbaren, es geschee dann mit - - - der Kurfursten aller wissen und willen.

Qui etiam post Dominicam hic expressam, Principes sibi bene visos ad hanc unionem invitent; nullus autem eorum ultra duos Consiliar. & unum scribam secum adducat. Secretum,

Und von GOttes Gnaden wir Dieterich zu Mentz, Jacob zu Trier, u. Dieterich zu Collen, Ertzbischove, des

nomina & tituli unitorum,

H. R. R. durch Germanien, u. in Welschen landen durch das Kunigrich zu Arelat, u. in Italien Ertzcantzelere: Ludewig Phaltzgrave by Rine, des H. R. R. Ertztruchseß u. H. in Beyern: Friederich H. zu Sachsen, des H. R. R. Ertzmarschalck, Landgrave in Doringen, u. Marggraff zu Miessen: Friederich M. zu Brandenburg, des H. R. R. Ertzcamrer u. B. zu Nuremberg, alle desselben R. R. Kurfursten;

Bekennen offentlich mit diesem Briefe, daß wir, nach unsern besten verstentniße, in luter guter meynunge, und nach rate unserer treflichen Rete geistlichen u. werntlichen, dem Almechtigen GOte zu lobe, und in hoffenunge daß dadurch die H. Kirche zu eynigkeit kommen moge, solich obgeschreben meynunge, Stucke u. artickele - - - ufgenommen, und uns der - - - vereynet, und auch die zu halten, zu vollenfuren, und dawidder nit zu thunde, noch zu suchen, durch uns selbs ader yemant anders, eynander mit hantgebenden truwen glopt, und darnach liplichen zu den Heiligen gesworn han.

qui ad hanc Vnionem sancte servandam iurato sese obstrinxerunt.

Und des alles zu orkunde u. gantzer stetigkeit, so haben wir alle, unser iglicher sin eigen Ingesiegel an diesen brieff tun hengken. Der geben ist zu Frangfurt, uff Montag nach dem Sontag, als man singet in der H. Kirchen Oculi. In den Jaren als man schreip, nach Cristi gepurte Tusend vierhundert Viertzig u. seß Jare.

21. Mart.

CXXXV.

DECISIO *Parium Curiæ, in Causa Diffamationis* Ar. Moguntini *contra* Fridericum *ab* Hertingshausen, *sub præsidio* Ioannis *de* Wasen.

An. 1446.

ZU wissen, daß uff hut datum dis brieffs, uff eynem Nottage eins Manngerichts, in der Sache darumbe unser gnediger Herre

Herre von Mentze Friderich von Hertingshausen fur sine Manne gefordert hat von den nachgeschr. Siner Gnaden Mannen, mit namen Herman von Hoemwissel, Hennen von Belders-heim, Wolffs seligen Son, Hansen von Dorn, Walther von Dorn, Walther von Riffenberg, Wilhelm von Tottenheim, Hansen von Hedersdorff, Wilhelm Judden, Hansen Rodebiß, Karl von Tottenheim, Heinrich Klebiß, und Wigand Gunsrode, fur mir Henne von Wasen eynen gesazten Richter der Sache, zu Orteil und Recht gewiset u. gesprochen worden ist, *ut sequitur.*

Und mit namen zum ersten, hant die Manne zu Recht gewiset, sie haben einen Brieff u. Botten gesehen von Friderich von Hertingshusen wegen, und darumb solte man geen an die Phorten, und besehen das die uff sin, und ob Friderich selbs hie sy, oder aber ander botschaft da habe; Und als solichs nu durch Heinrichen Klebiß u. Wigand von Gunsrode, die darumb von dem Richter zu besehen ußgeschickt worden, beschehen, und erfaren ward das die phorten uff, und Friderich, noch nymant von sinen wegen da was, und auch sin not nit bescheint was, Im des, das er nit kommen . ., benommen hatte; wart furter von den Mannen zu recht, eynmutlichen u. ungezweyet - - gesprochen u. gewiset; Ist es, das myns gnedigen Herren Gnade Friderichen verbot habe, nach deme - - die Manne gewiset haben; dwile Friderich dann vor oder nach, und auch itzunt nit kommen, und auch sin not, was ime des benommen - -, nit bescheint - - als Recht ist; So habe myn gn. Herre sin Forderunge, umb solichs das dann fur den Mannen beludt habe, und auch fur sie gehore, erwunnen.

HERTINGSHVSIVS Moguntinum *postea in ius vocavit coram Iudicio secreto* Westphaliæ. *v. n. 139.*

Und als nu furter durch die Manne zu Recht erkannt worden ist, das man mynem gn. Herren - - daruber ein Schrifft u. erkentniß geben solte; Also von bewilligunge, u. mit geheis der Manne ob-

 genant,

genant, geben ich Henne von Wasen ein Richter der Sachen diese Schrifft u. Erkentniß - - - Orkunde — —

Geben u. geschehen zu Aschaffenburg, am Montage nach
30. Maii. dem Sontag Exaudi. Anno - - MCCCCXLVI.

CXXXVI.

Plena *potestas sive mandatum*, *quo* R. Fridericus *suos instruxit Oratores ad Comitia* Francof., *inchoanda Kal. Sept.*

An. 1446.

[p. 762. n. 5.]

ex Autogr. Wir Fridrich v. G. G. Romischer Kunig, zu allen zeiten Merer des Reichs, Hertzog ze Osterrich, ze Steir, ze Kernden u. ze Krain, Grave zu Tirol ꝛc. Bekennen und tun kunt - - -, Als wir den Erwirdigen, Petern zu Augspurg, und Silvestern zu Chiemssee, Bischoven; dem Hochgebornen Jacoben, zu Baden, und Albrechten zu Brandemburg Marggraven; dem Edeln Casparn, Herren zur Wissenkirchen, Kantzler; den Ersamen Gelerten, Eneen Silvio Tumbherren zu Trient, und Maister Harttungen von Cappel, Lerer in beden Rechten, unsern Andechtigen, Oheimen u. Fursten, Reten u. lieben getruen, nach lautt aines andern unsers gewaltbrieves darumb gegeben, in unserr botschafft zu dem gemainen Tag auf S. Egidien tag * schirstkunfftig zu Franckfort ze halten, mit unserm volmechtigem gewalt, in der H. Kirchen u. auch des H. Reichs Sachen an unser stat auf denselben Tag zu taydingen, ze besließen, zu erkleren, ze tun u. ze handeln alles das wir selbs, ob wir persönlich dabey weren, darinn getun u. handeln mochten; Also geben wir den vorgenanten Syben, und Drein oder mer auß In, ob die andern dabey nicht gesein mochten, auch gantzen gewalt, mit allen

* *hic est ipse dies, nimir.* Kal 7br., *in Litt. penultimis pro termino Diætæ* Francof. *toties memoratus.*

allen u. iglichen unsern Kurfursten, und andern Geistl. u. weltlichen Fursten, und allen andern, in welichem Stannde, Wesen oder Wirden die sein, auf solich tayding, besliessung u. erklerung und hanndlung die Sy auf den egenanten Tag tun u. ufnemen werden, von unsern wegen u. an unserr stat all u. iglich verstenntnuß, Puntnuß u. Aynung zu bereden, der einzegeen, und die zu besliessen; auch nach aller notdurfft brieflich ze versorgen. Und was sy darynn also bereden, eingeen, besliessen, und brieflich versorgen werden, das wollen wir gannz u. unzebrochen stet halten, volfuren, und dem unsernthalben aufrichticklich nachgeen, getrulich, on geverde.

Mit urkund dieses brieves, versigelt mit unserm Kuniglichen anhangendem Insigel. Geben zu Wien nach Crists gepurde Virzehenhundert, und darnach im Sechs u. virtzigistem Jare, an Sambstag nach S. Jacobs tag. Unsers Richs im Sibenden Jare. 10. Iul.

Ad mandatum Domini Regis
in Concilio.

R^ta Iacobus *Widerl.*

CXXXVII.

NICOLAVS V. *exaltationem Sui in* P. M. Theoderico *renuntiat.*

An. 1447.

[*p. 762. n. 9.*]

NICOLAVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* ex Autogr. Venerabili fratri THEODERICO Archiepiscopo *Maguntino*, S. R. I. Electori, salutem & Apostolicam benedictionem. Immensa summi Dei bonitas & ineffabilis providentia volens mundum, primi parentis prevaricatione dampnatum, per suam immensam caritatem ab eterna morte redimere, Filium suum unigenitum nostre mortalitatis carnem suscipere voluit, ut

ut per eius ſacratiſſimam paſſionem, depulſa priorum caligine delictorum, nos ad regna celeſtia evocaret. Qui cum eſſet in terris, predicans regnum Dei, Apoſtolos ſibi elegit, ut imitatores operum Eccleſiam ſuam ſanctam poſt eius ad celos glorioſiſſimam aſcenſionem regerent, & acceptam ab eo gratiam inter homines diffundentes, illam multiplicato fructu redderent ampliorem. Inter ipſos autem PETRVM Apoſtolorum principem & caput Eccleſie conſtituit, data ſibi eis, & ſuis ſucceſſoribus ſolvendi & ligandi plenaria poteſtate. Neceſſe enim fuit, cum ſit unicuique huius vite finis conſtitutus, ut Petri auctoritas, dignitas & poteſtas, transfunderetur ad eius in Romana Eccleſia ſucceſſores, ut eſſet ad ſeculi conſummationem, qui Chriſtum repreſentaret, Caput Eccleſie ſue, et ſolvendi & ligandi poteſtatem vicariam obtineret.

Cum igitur per hanc, ab ipſo Petro continuatam Romanorum Pontificum ſucceſſionem, felicis record. EVGENIVS Papa *Quartus* predeceſſor noſter, qui ſummus Romane Eccleſie Pontifex, & verus IHESV XPI. Vicarius in ſede Petri hactenus prefuit, in hac alma Vrbe diem ſuum claudens extremum animam Deo reddiderit; ipſius funeris in baſilica principis Apoſtolorum exequiarum celebratione ſolenni, de more & iuxta obſervatam conſuetudinem ſubſecuta; Nos, una cum venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, *Rome* in conventu S. *Marie* de *Minerva*, loco ad id ex rationabilibus cauſis per ipſos Fratres concorditer electo, modo & tempore congruis Conclave ingreſſi ſumus, pro futuri Pontificis electione; ubi tertio die, qui fuit ſextus preſentis menſis, Miſſa in honorem S. Spiritus de more celebrata, poſt diligentem tractatum, prout tante rei dignitas poſcebat, habitum, predicti Fratres, eius qui invocatus fuerat gratia cordibus ipſorum infuſa, nos, tunc *tit.* S. *Suſanne* presbiterum Cardinalem, in ſummum Pontificem elegerunt, grave onus & noſtris viribus impar noſtris humeris imponendo.

Nos

Nos igitur, licet humilitatem noſtram, & imbecillitatem ad tanti ponderis ſarcinam deferendam cognoverimus; tamen confiſi, quod is qui elegit humiles ut fortia confunderet, vota noſtra adiuvando proſequetur, nec deſeret in ſe ſperantes, ſuſcepimus onus impoſitum nobis; ea etiam ſpe nos hortante, quod tue, & aliorum Chriſti fidelium pro nobis ad Altiſſimum porrecte orationes & preces, nobis auxilium ad regendum ſuam Eccleſiam apud Salvatorem noſtrum uberius impetrabunt, & fortiorem reddent ad tantum regimen infirmitatem noſtram.

Idcirco exhortamur in Domino tuam fraternitatem, ut indices, & indici mandes & facias, tam in tua Civitate & Dioceſi, quam in reliquis civitatibus & dioceſi provincie tue, ſolemnes proceſſiones cum celebratione Miſſe Spiritus ſancti, in quibus effundantur preces ad Dominum, & humiliter fidelium orationibus ſupplicetur, ut nobis ſua gratia aſſiſtat, & dirigat greſſus & actus noſtros, ut valeamus condigne regere Eccleſiam ſuam ſanctam ad laudem & gloriam D. N. I. C., & ea agere, que concernant ſalutem animarum omnium eius fidelium, extirpationem hereſum, pacem Chriſtiani populi, & infidelium oppreſſionem.

Nos quidem, in quantum gratia nobis aſſiſtet divina, intendimus in relevatione Eccleſiarum omnium noſtre cure divinitus commiſſarum reducere Camere Apoſtolice mores ad antiquam & laudabilem conſuetudinem, & malas vepres de vinea Domini extirpare; ita ut omnes Prelati & Clerus gratias Deo agere merito debeant de aſſumptione noſtra. Parati quoque ſumus, quantum permittit Deus, ad ea, que ſpectent ad ſtatum & honorem tuum, & eccleſie tue cure commiſſe.

Datum *Rome* apud S. Petrum Anno incarnationis Dominice MCCCCXLVII. XII. Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri *21. Mart.*
anno primo.

B. de *Callio.*

CXXXVIII.

CXXXVIII.

Eiusdem, Theoderico *notum facientis, quod* Ioannem *Cardinalem* S. Angeli *ſit miſſurus in Germaniam, ſecundum condicta inter quondam* PP. Eugenium, *R.* Frider. *&* *Oratores.*

An. 1447.

[*p. 1025. in Addit.*]

NICOLAVS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili Fratri THEODERICO Archiepiſcopo *Maguntino* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Concordatum fuit, ut noſti, per Chariſſimi in Xpo filii noſtri FRIDERICI, Romanorum Regis Illuſtris, nec non tuos, & alios pleroſque Oratores nationis Germanice, cum felicis record. EVGENIO Papa *Quarto* predeceſſore noſtro ſuper multis, bonum ſtatum & commodum eiusdem nationis concernentibus, inter alia vero mentio fuit habita de mittendo ad partes illas Legato, ſuper pluribus in natione ipſa diſponendis.

Nos igitur, qui divina diſponente clementia eidem *Eugenio* vita functo ſucceſſimus, volentes nationi veſtre, quantum cum Deo poſſumus, complacere, & ab illo conceſſa & ordinata manutenere & adimplere, Dilectum filium noſtrum IOHANNEM, titulo *S. Angeli* diaconum Cardinalem, Legatum noſtrum de Latere, tanquam pacis angelum pro tua, & aliorum Prelatorum & Principum illarum partium conſolatione, & pro felici directione & concluſione rerum eiusdem nationis, duximus deſtinandum. Ob quam rem opus erit, quod tua fraternitas per latorem preſentium Litteras ſalvi conductus tui, in perſonam dicti Cardinalis Legati quantocius ad noſtram Curiam tranſmittat; Suffraganeisque ſuis, & ſubditis quibuslibet mandet, ut Legatum ipſum, in veniendo ad partes ipſas,

ipſas, in ſtando & redeundo debite honorent, humaniter tractent, & reverenter ſuſcipiant, videant, & teneant. Nos autem fraternitati tue per nuntium iſtum alias Litteras noſtras dirigimus, per quas mentem noſtram circa conceſſa & ordinata per dictum anteceſſorem noſtrum plenius poteris intelligere.

Velit ergo tua fraternitas huius ſancte Sedis, ſicut confidimus, honorem & iura benigno favore complecti, quod apud nos ſine premio, & apud Deum ſine magna retributione non tranſibit. Datum *Rome* apud S. Petrum Anno incarnationis Dominice MCCCCXLVII. Quinto Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri anno primo. *28. Mart.*

R. *Bourdonis.*

Venerabili fratri THEODERICO, *Archiepiſcopo* Maguntino.

CXXXIX.

DELEGATIO, *ad animadvertendum in Scabinos Iudiciorum occultorum* Weſtphaliæ; *eo quod AEpiſcopum* Theodericum, *ut coram ipſis compareat*, *ad inſtantiam* R. *de* Dalwig *&* F. *de* Hertingshauſen *citare præſumpſerint.*

An. 1448.

JOHANNES *miſeratione divina* S. Angeli *SSancte Romane Eccleſie diaconus Cardinalis*, *in Germania & nonnullis aliis partibus Apoſtolice Sedis Legatus de latere ſpecialiter deputatus.* Dilectis nobis in Xpo, Decano *Wormatienſi*, et Prepoſito eccleſie S. *Petri extra muros Maguntinos*, ac Decano eccl. S. *Petri Fritzlarienſis* - - - ſalutem in Domino.

Ad ea, per que perſonarum ſecularium quarumlibet transgreſſionis Exceſſus reprimantur, ipſeque Perſone ex pene formidine ad ſimilia ulterius committenda retrahantur, ex iniuncto nobis legationis . . officio libenter intendimus, ac opem & operam quantum cum Deo poſſumus exhibemus.

Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Reverendi Patris, Domini THEODERICI Archiepiſcopi *Maguntini* petitio continebat; quod, licet iuxta ſacrorum Canonum diſpoſitionem Laicis in perſonas Eccleſiaſticas, preſertim pontificali dignitate preditas, & bonis eorundem nulla prorſus competat iuriſdictio ſive poteſtas, quinimmo ipſe perſone cum bonis huiusmodi ab eorundem Secularium ditione & poteſtate penitus & omnino exempte exiſtant; nichilominus tamen quidam Iudices & Scabini ſecularium Iudiciorum, que literaliter vetita, vulgariter vero die Heymlichen Gericht * dicuntur, per terminos *Weſtphalie* conſtituti, nuper prefatum D. Archiepiſcopum, ad quorundam REINHARDI de *Talwig* ſenioris, & FRIDERICI de *Hertingshauſen* inſtantiam, ad comparendum coram eis, & dictorum *R.* & F. pretenſis petitionibus reſpondendum citare non verebantur, penas ſententias & cenſuras propterea, nedum ab eisdem Canonibus, verum etiam a Divis Romanorum Regibus principibus inflictas dampnabiliter incurrendo, in animarum ſuarum periculum, Eccleſiaſtice libertatis, & privilegiorum ipſi D. Archiepiſcopo per Imperatores & Rom. Reges deſuper conceſſorum * offenſam, dictique D. Archiep. non modicum preiudicium & gravamen; Quare pro parte - - nobis fuit ſupplicatum, ut ſuper hoc oportune providere dignaremur.

** Iudicia occulta.*

* *Cuiusmodi ſpeciale habetur* a R. FRIDERICO, *datum an.* 144 . . *die Iovis, illam S.* Colomanni *antecedente., addita pœna centum marcarum auri, muneriſque iudicialis privatione. Quoſuper demandata eſt executio* GODFRIDO *Epo* Wirzburgenſi, *nec non* GEORGIO *Com.* de Wertheim, *ac eorundem ſucceſſoribus.*

Nos igitur . . AR. prefato, illo volentes adverſus Iudices ipſos remedio providere, per quod ipſis, & aliis ſimilia de cetero committendi aditus precludatur; Diſcretioni veſtre, auctoritate legationis nobis commiſſe, & qua fungimur in hac parte, per hec ſcripta mandamus, quatenus Iudicibus huiusmodi, omnibusque aliis & ſingulis perſonis ſecularibus, quocunque etiam laicali Iudicio preſidentibus, cuiuscunque dignitatis,

tatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis aut preeminentie extiterint, ſub Excommunicationis & Interdicti, aliisque eccleſiaſticis, etiam pecuniariis, de quibus vobis videbitur, Cenſuris & penis, ne ipſum D. AEpiſcopum, aut ſuos ſucceſſores ad huiusmodi ſecularia Iudicia trahere, & in ipſius - - preiudicium ad quorumvis inſtantiam - - - quovis queſito colore procedere & attemptare preſumant, inhibere; Ipſosque, ut a pretenſis eorum vexationibus & auſibus temerariis, coniunctim & diviſim deſiſtant, dictis cenſuris & penis compellere; quodque, ſi prenominati huiusmodi inhibitioni parere ſeu obedire neglexerint, ipſos . . , eis primitus ad hoc, etiam per Edictum publicum, ſi ad eos tutus non pateat acceſſus, vocatis, huiusmodi penas & ſententias incidiſſe, declarare; ac deſuper habitis legitimis proceſſibus aggravare & reaggravare, auctoritate prefata curetis; ac faciatis Cenſuras huiusmodi ad ſatisfactionem congruam inviolabiliter obſervari. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibusvis Privilegiis & Indultis, ceterisque contrariis quibuscunque; ſeu, ſi Iudicibus prefatis . . a Sede apoſtolica, vel alias quomodolibet ſit indultum, quod interdici vel excommunicari, aut quibuscunque cenſuris & mulctis ligari non poſſint.

In quorum fidem - - preſentes noſtras Litteras per Secretarium noſtrum - - ſubſcriptas exinde fieri, noſtrique Sigilli iuſſimus appenſione communiri. Datum *Vienne* Patavienſis dioceſis, ſub Anno a nativitate Domini MCCCCXLVIII, Indict. XI, die vero VIII. menſis Februarii. Pontificatus SSmi in Xpo Patris & Domini noſtri, Dni NICOLAI divina providentia Pape *Quinti* anno primo.

Io. *Vaultier* Secretarius.

[*Ann. 1449. & 1450. vacant.*]

CXL.

SENATUS Erfurtensis *implorat auxilium ab* El. Mogunt. *tanquam suo Domino, adversus graves assultus* Henrici *Com.* Henneberg. & *Complicum.*

An. 1451.

Unser schuldige willige undertenige dinst zu aller Zyt, Erwirdigster in GOt Vater, gnediger lieber Herre. Wir thun Uwern Gnaden zu wissen, daß wir mit grosen Fehden hertlich u. sere beladen sind, und furter beladen werden, und uns gar hart angesetzt wird, das wir Uw. Gn. alles eyentlich nicht geschriben konnen, als uns des wol ein grosse noitdurfft were.

Es ist Grave Henrich von Hennenberg mit viel sinen Helffern, und andere viel mehr, uff gestern Dinstag unser Fyhende worden, und uns alsbalde groblich angegriffen, beschediget, und der unsern viel hinwegk getrieben u. gefurt haben; So mag U. G. unser sachen durch mundlich werbung Herren Mathias von Borsa auch wol haben vernommen.

Davon so ruffen wir, U. G. mit gantzem fliß bittend so wir ummer furderst u. gutlichst mogen, Ir wollent gnediglich ansehen soliche grosse Herlichkeit, Nutze, Renthe u. gevelle, die U. G. by uns hat; und daß Ir ye unser rechter, naturlicher, gnediger Erbherr syd, und by nymande als mergkliche Hulffe u. trost zu suchen u. zu entphinden haben, als by U. G., uwerm Stiffte, u. den uwern; und wollent uns gnediglich in unsern anliegenden grossen trefflichen sachen u. nöten zu hulffe u. rettunge kommen; und die Uwern unsumlich by uns schicken, gnediglich anzusehen, wie wir U. G. gewant sind, und uns in solichen unsern Nöten nicht lassen, als wir des gantz hoffenunge u. grosse zuversicht - - haben. Des wollen

wollen wir umb dieselben U. G. mit gantzem Fliss undierteniglich gerne verdienen; und bitten des U. G. beschrieben antwurt.

Geben under unserm Secret, uff Mitwochen nach *Oculi* 31. Mart. Anno . . MCCCCLI.

Uwer Underthanen der Rat
zu Erffurt.

CXLI.

IOANNES *Rex* Cypri, *a Turcis undique angustatus, Scutiferum suum* Paulinum Zapp *ad colligenda belli sacri subsidia, Litteris* a Nicolao V. *hunc in scopum datis ablegat.*

An. 1452.

VNIVERSIS & singulis --- notum sit - -, quod cum Serenissimus Princeps, & Excellentissimus Dominus, D. IOHANNES Dei gratia *Iherusalem*, *Cypri* & *Armenie* Rex, in presentia Magnificorum & potentum Militum & Baronum suorum, Dni IACOBI de *Flori* Comitis *Ioppensis*, & Dni IANISI de *Monteolif*, Regni Cypri Auditoribus, & Dni ODETI *Busath* Vicecomitis *Nicosiensis*, suam altam & regalem curiam more Regni *Cypri* representantium, narrasset & exposuisset, sibi a Sanctissimo in Xpo Patre & vero Petri successore, D. N. D. NICOLAO — — — quasdam gratiosas Litteras & indulta fore traditas, — — — Per quas - - dixit & asseruit, sibi — — — auctoritate Apostolica fore — — concessum, quod Confessores - - - per universum terrarum Orbem constituti, qui ad defensionem protectionemque dicti Seren^mi^ Dni Regis, & eius Regni contra perfidos Crucis hostes, & impiissimos Teucros, Paganos & Saracenos, immanissima feritate terras & Xpianorum loca, - - - ipsum - - Regem et eius Regnum hostiliter invadentes & molestantes, ac feris incursibus dietim

 cru-

crudeliter debellare non desinentes, manus suas — — — porrexerint adiutrices - - - - & charitativa subsidia impenderint - - - - indulgentiam plenariam - - -

Verum quod difficile foret, predictas Litteras ad singula loca deferre, — — — —; Prefatus itaque Ser. Rex, cupiens - - - - -, consideransque vite integritatem — — & merita, quibus personam nobilis & egregii viri Dni PAVLINI *Zapp*, Scutiferi & Consiliarii sui fidelissimi omnium Altissimus decoravit, - - - eundem .. *Paulinum* ad diversas mundi partes transmittere statuit, - - - ac - - - facit - - - & ordinat suum verum - - Procuratorem - - - ac Nuntium specialem - - - -, ad ipsas Litteras - - quibuscunque personis - - - - presentandum, insinuandum — — — — — —

In quorum omnium fidem — — hoc presens Instrumentum fieri iussit, & sui regalis Sigilli appensione roborari.

Datum & actum in NICOSIA regni Cypri in regali palatio, in capella regali Anno - - - MCCCCLII, Indict. XV. die vero Mercurii VI. mensis Ianuarii. Presentibus - - - D. THOMA, Regni predicti Marischalco, & Eximio Art. & Med. D. Dno IACOBO *Sagratico*, Medico ipsius Seren^mi D. Regis (*&c.*)

Ego BENEDICTVS de *Onetariis*, filius BARTHOLOMEI Civis *Vincentie*, S. R. I. publicus Notarius & Iudex ordinarius, ac prefati D. Regis — — Secretarius, quia premissis omnibus interfui, — — —

Produxit equidem hunc Extractum b. m. G. C. Ioannis p. 766. n. 13; *Vt vero negotii notitia habeatur plenior, addimus, quod* Paulinus Zapp *substituerit, ad colligendum pias Fidelium oblationes in certis partibus Alemanniæ*, IOANNEM, *de* Castro coronato *dictum; ab hoc autem voluerit eas recipi per designatos a se*, Abelium Kalthof *civem* Coloniensem *&* Philippum Vri *de* Cypro. *Constantinopoli interim per Mahometem anno proxime secuto* 1453. *obsessa, &* 4. *Kal. Iunii capta; rebus exin susque deque versis, ac corrogatum sibi temere attribuit Collector*

ctor de Castro. *Iis de causis publice traductus, a Doctoribus Academiæ* Erfurtensis *inventus ut Reus, sub* Theoderico *custodia inclusus est; qua tandem anno* 1459. *ex gratia* DIETHERI *recens Electi, ob enixam Patronorum intercessionem, præstita Vrpheda dimissus; renuntiatione facta quoad dimidiam partem summæ* 1400 *flor. in* Göttingen *congestæ, ad residuam* Diethero *extradendam se debuit obstringere. Chartam sigillarunt* MICHAEL de Bickenbach *Dynasta*, BARTHOL. de Eten *M.D.* Dietheri *Archiater* * *&* PHILIPPVS de Fechenbach *senior.*

* *V.* Cod. *nr.* II. *p.* 913.

CXLII.

COMMISSIO *publicandi sententiam Excommunicationis, latam in Moniales Cœnobii* Clusa *propter causas insertas: Equidem quæ non poterant non bonas Sorores, migrare iussas in bonum & incrementum alterius, supra modum affligere.*

An. 1452.

[*In addit.* p. 1025. *fin.* p 764. *n.*4.]

HERMANNVS *Rosenberg* Decretorum Doctor, *ex Autogr.* Scolasticus ecclesie S. *Marie* ad gradus *Mogunt.* Reverendissimi in Christo Patris & Domini nostri, D. THEODERICI Archiep. *Mag.* in spiritualibus Vicarius generalis, & IOHANNES *Mentz* Prepositus *Dorlonensis*, Sigillifer venerabilium Dnor. Iudicum sancte Sedis *Maguntine;* Iudices, Commissarii & Executores ad infra scripta ab eodem R^mo^ D. N. - - - specialiter deputati. Honorabilibus, in *Wynckel*, *Gysenheim*, *Lorch*, *Osterich*, *Eltvil*, *Montis* S. *Iohannis*, & *Rudesheim;* nec non *Algisheim* parochialium ecclesiarum Plebanis, viceplebanis, ceterisque capellanis & Divinorum rectoribus per diocesin *Maguntinam* ubilibet constitutis, ad quem vel quos presentes . . Littere pervenerint, salutem in Domino, & mandatis nostris huiusmodi, ymmo verius prefati D. N. Archiepiscopi, firmiter obedire.

Quia

Quia religiose Sorores, LUCKELA de *Swalbach*, KATHERINA *Winterheim*, alias *Scarppenstein*, & ELA de *Lidderbach*, alias Moniales cenobii *Clusen*, dudum per nos excommunicate denuntiate, earum manifesta rebellione & inobedientia exigentibus, ac pro eo & ob id, quod cenobium in *Clusen* cum suis pertinentiis, Religiosis Dominis Abbati & Conventui atque monasterio *Montis* S. *Iohannis* in *Ringauwia* Ordinis S. *Benedicti* Mag. dioc. incorporatum, unitum & annexum, ex causis legitimis in incorporatione & unione expressis, eisdem - - Abbati & Conventui iuxta concordata, conventa & compactata, atque per eas promissa, liberum, vacuum & expeditum, illud exeundo & amplius non revertendo, dimittere realiter & cum effectu; & ornamenta, calices, codices, registra, litteras & scripturas eiusdem Cenobii dare & tradere minime curarunt, neque curant de presenti, huiusmodi nostras sententias non formidantes; quare crescente contumacia merito crescere debet & pena; Vobis, & cuilibet vestrum requisito mandamus, quatenus dictas Sorores *Luckelam Katherinam* & *Elam*, sic ut premittitur excommunicatas, in vestris Ecclesiis & Capellis, singulis diebus Dominicis & festivis, campanis pulsatis, candelis accensis, & demum extinctis & in terram proiectis, publice nuncietis, & evitetis; atque ab aliis sic denuntiari & *artius* evitari faciatis, & procuretis tam diu, & quousque dicte Sorores ad cor reverse, a nobis absolutionis beneficium meruerint obtinere, vel aliud a nobis receperitis in mandatis.

Datum *Maguntie*, sub nostri *Hermanni* Doctoris, Scolastici & Vicarii Vicariatus officii, atque *Iohannis* Prepositi, prepositure Sigillis presentibus subappensis. Anno a nativitate Domini MCCCCLII, die XVIII mensis Decembris.

EBERHARDUS *Rumelsfels* Notarius.

Executio facta est per me BRUNONEM *Limperger* Plebanum in *Gysenheim*, Dominica que est Vigilia nativitatis Domini.

Executio est facta per me HENRICUM de *Aldendorff*, Capellanum in *Lorch*, Dominica proxima post.

Executio

Executio facta est per Fratrem HELFRICUM, Conventualem in Monasterio S. *Iohannis*, in Vigilia nativitatis Xpi.

Executio est facta per me HENRICVM *Greffman* plebanum in *Wynckel*, in Vigilia nativitatis Xpi.

CXLIII.

An. 1453.

KAROLVS *Dei gracia Rex Francorum.* Vniversis presentes literas inspecturis salutem. Regie maiestatis providentia illos ad sua consilia solita est assumere, quos generis nobilitas, eminentia, sacre plurimeque virtutis decus exornant. Hinc sincere nobis carissimum & dilectum Consanguineum nostrum IACOBVM, Marquesium *de Baade*, Comitem de *Spanheym*, in nostrum Consiliarium & Cambellanum retinuimus, & retinemus de gracia speciali per presentes, ad honores, prerogativas, libertates, preeminentias, immunitates ac privilegia, eidem officio spectantia, quam diu nostre placuerit voluntati. Quibus eundem Consiliarium & Cambellanum nostrum uti & gaudere volumus, plene ac pacifice in futurum. *ex Autogr.*

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus Literis iussimus apponendum. *Datum* in *Montillis* prope *Turonis* die undecima Mensis Aprilis. Anno Domini *Millesimo quadringentmo quinquagesimo tercio.* Et Regni nostri trigesimo primo.

Per Regem

Daniel.

CXLIV.

DE *propensissima animi significatione* D. Burgundiæ *erga* Theodericum.

An. 1455.

PHILIPPVS *Dei gratia Dux Burgundie, Lotharingie, Brabancie & Limburgie. Comes Flandrie, Artbesii,* *ex Autogr.*

Burgundie, *Palatinus Hannonie*, *Hollandie*, *Seelandie & Namurci*, *Sacrique Imperii Marchio*; *ac Frisie*, *Salinarum & Mechlinie Dominus*. Notum facimus universis & singulis, quod quanto amiciciam & affectionem ampliorem Illustrissimi Principis, & Reverendissimi in Xpo Patris, Domini THEODERICI Archiepiscopi *Maguntini*, sacrique Romani Imperii per Germaniam Archicancellarii, fratris nostri precarissimi, circa nos intelleximus, tanto prompcius ipsius & Ecclesie sue *Maguntine* profectibus intendimus inhiare.

Eapropter, ut fraternitates, intelligencie sive pacta, inter prefatum fratrem nostrum precarissimum & nos inite atque inita eo firmius subsistant; utque quilibet nostrum alterum puriori corde prosequatur; animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed ex certa nostra sciencia, sano etiam fidelium nostrorum accedente consilio, presentibus promittimus, & spondemus in verbo & legalitate Principis, quod ex tunc & inantea, quam diu in humanis erimus, prememoratum Dominum Archiepiscopum fratrem nostrum precarissimum in universis & singulis privilegiis, Litteris, libertatibus, graciis, iuribus, concessionibus & indultis, que & quas ipse, vel predecessores sui, Ecclesie *Maguntine*, communiter vel divisim, simul vel successive a Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac ab aliis Principibus & personis, ecclesiasticis vel secularibus quibuscunque, rite obtinuerunt, in omnibus suis articulis, continenciis, tenoribus, sentenciis, punctis, clausulis & expressionibus verborum, de verbo ad verbum, prout scripte seu scripta sunt, acsi omnium eorum tenores specifice & expresse presentibus forent inserti; et etiamsi de his iure vel consuetudine mencio deberet fieri specialis, confovemus; & eos & ea, quantum nos de presenti contingit, vel quomodolibet in futurum contingere poterit, acceptamus, atque grata & accepta habebimus; nec eundem Archiepiscopum *Magunt.* ullo unquam tempore in eo vel eis molestabimus, inquietabimus, perturbabimus, nec eciam a quibuscunque, cuiuscunque status, gradus vel condicionis extiterint, qui nostri subditi & fideles de presenti fuerint, vel eciam in futurum fient,

ſient, eundem fratrem noſtrum precariſſimum & Eccleſiam ſuam *Maguntinenſem* in eis, coniunctim vel diviſim moleſtari, perturbari vel inquietari permittemus, quocunque queſito colore, ingenio vel cauſa. Salvis tamen & reſervatis omnibus & ſingulis emunitatibus, conceſſionibus, libertatibus, privilegiis, graciis & indultis, que predeceſſoribus noſtris & nobis, ac eciam principatibus, dominiis, terris, civitatibus, opidis villis caſtellis, nec non fidelibus & ſubditis noſtris, a quibuscunque - - - - donate ſeu conceſſe fore noſcuntur; quibus per preſentes litteras in nullo derogare nec preiudicare volumus, nec intendimus.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus appendi fecimus. Datum in *manſo* noſtro *Hagenſi* die V. menſis Ianuarii. Anno Domini MCCCCLV.

Per Dominum Ducem.

Steenberch.

CXLV.

Fundatio Altaris S. HVBERTI *in* Dalheim.

An. 1456.

AGNES de *Solmſs*, Magiſtra ſive Domina Cenobii ſanctimonialium in *Aldinburg* Ord. *Premonſtr.* Trever. dioc. apud *Wetſlariam* ſiti. Vniverſis & ſingulis preſentem paginam inſpecturis, viſuris vel audituris Salutem, & credere ſubnotatis. Que geruntur in tempore, ſimul labuntur cum tempore, niſi redivivo litterarum teſtimonio roborentur. *ex Autogr.*

Igitur notum eſſe cupio univerſis & ſingulis; Quod ego AGNES . . . predicta, in ſalutem animarum, mei, meorumque parentum & amicorum, Altare unum in eccleſia S. *Marci* in *Dalheim*, infra *Wetſlariam* & *Aldinburg* . . ſitum, propriis ſumptibus conſtrui & conſecrari, in honorem DEI, Sancto-

rumque *Huberti* Ep. *Cornelii* Pape, *Quirini* & *Valentini* mart., - -, ac Sanctarum, *Barbare* virg. & ELIZABETH *electe*, dotavi. Et, ut cultus divinus in, de & super eodem peragatur, emi sex *Thuronos* Wetflariensis pagamenti, in, de & super quibusdam bonis *Wetslarie* sitis, iuxta tenorem unius alius Littere desuper habite; quos sex thuronos ad dictum altare legavi. Preterea quocienscunque prefatum Altare vacare inceperit, eius Collacionem seu provisionem ad me ad dies vite spectare & pertinere volo; Me autem ab humanis sublata, ad - - Priorem & Magistram sive Dominam pro tempore existentes spectare . . volo, & desidero.

Et ut constitutio, dotatio & donatio, rate firme & perpetue valeant permanere, presens scriptum sub Sigillo Reverendi in Xpo Patris Dni *Huperti*, Episcopi *Azotensis*, Suffraganeique Dni Archiepiscopi *Treverensis*, nec non Abbatis in *Romerstorff* Prelatique & Superioris prelibati monasterii *Aldinb*.. in evidens testimonium feci roborari. Quodque nos HVPERTVS publice recognoscimus, & Sigillum nostrum ad preces dilecte nobis in Xpo filie nostre, AGNETIS prefate, appendisse. Et in maiorem firmitatem ego AGNES supradicta Sigillum meum proprium coappendi.

Datum sub Anno a Nativitate Domini MCCCCLVI, die Martis penultima mensis Marcii.

CXLVI.

HOC *diplomate*, fer. 5. post Dom. Trinit. 1456. *edito*, Fridericus Palat. *explanat*, *ipsum inter* & Theod. *ictum esse Fœdus pridie*, *duraturum octennio*, *tali sub conditione*, *ut ab eadem feria usque ad Festum B. V. in cœlos assumptæ* Theod⁹ *secum deliberet*, *an* Fridericum *pro Archidapifero & Pr. Electore agnoscere velit*. *Sin*, *atque hoc intra tempus istud scripto profiteretur*, *tunc fore*, *ut Fœdus*

annos

annos VIII. integros perennet, sin minus, post diem XV. Aug. irritum sit ac infectum.

An. 1456.

[*p. 767. n. 16.*]

Wir Friderich v. G. G. Pfaltzgrave by Rine, des H. R. R. Ertztruchsesse 2c. Bekennen u. thuh kunt - - -, Als wir uns mit dem Erwirdigen in GOt Vater, Herren Dieterich Ertzbischoffen zu Mentze, unserm lieben besundern Frunde, eyner Eynunge u. fruntlicher Verstentnis vereyniget haben, nach inhalt der brieff daruber versiegelt u. besagende, deren Datum steet *feria secunda post Dominicam Trinitatis* Anno Domini MCCCCLVI; dieselben brieff auch under andern innhalten, das dieselbe unser Eynunge weren soll acht Jare . . nacheinander folgende; und daby auch bered worden ist, nemlich, umb das dester besser fruntschafft u. Liebe zuschen uns beyden gesin u. verliben moge, das dann obgen. - - Ertzbischoff Dieterich, hie zuschen und unser lieben Frauwen tag, *Assumptionis* zu latin genant nehst kumpt, zu rat werden soll u. wil, ob er uns hinfur vor eyn Ertztruchsessen u. Kurfursten des H. R. R. halten, und uns des sinen besiegelten brieff, uff die meynunge ander unser Mitkurfursten gethan han, geben will, und inmassen des eyn Nottel begriffen worden ist; also, ob *Theodericus* uns hie zuschen und der vorgenanten zyt *Assumpt. B. V.* zusagt, das er uns also fur eyn Ertztr. u. Kurfursten halten, und uns des, und in vorgeschriebener masse sinen besiegelten brief davon geben wirdet, so soll die vorgemelt unser eynunge die obgenanten acht Jare - - - gantz uff weren u. besteen; und wir Yme sinen brieff, den er uns gegen diesen brieff geben hat, widder geben.

Ob aber — — Ertzb. Dieterich uns hie zuschen - - - *& diem Assumpt. proximam* nit zusagt, uns furter fur ein Ertztr. - - u. Kurf. - - zu halten, und uns auch des sinen besiegelten Brieff - - nit gebe; So haben wir uns mit einander verwilliget — — —, das

die vorgemelt unser Eynunge, und die brieffe daruber besagende alsdann nit lenger, dann bis unser L. Fr. tag *Ass.* weren noch besteen; sunder dieselbe Eynunge, u. die briefe daruber besagende sollen alsdann uß, dot, crafftlois u. abe sin; Und sollent auch dieselben Eynungsbrieffe unser theynen, affter des vorgenanten — — tag *Assumpt.* nehst kumpt, alsdann nit binden; sunder wir sollent dem - - Ertzb. Dieterich sinen Brieff, den er uns von solicher Eynunge wegen geben hat, zu Stunde widder geben, und in sin Cantzely gein Aschaffemburg schicken. Alles ane geverde.

Und des zu orkunde haben wir unser Ingesiegel thun hencken an 25. Maii. diesen brieff. Datum Omstat feria tertia post Dominicam *Trinitatis* Anno Domini MCCCCLVI.

CXLVII.

Continet varias promissiones, Theoderici *gratia iterato factas a* Ruperto C. P. R. *in casum hunc, si obtinuerit (quocunque id eveniat modo) Pontificatum* Trevirensem, *morte* Iacobi *nuper vacantem.*

An. 1456.

[*p. 767. n. 19.*]

ex Autogr. WIr Ruprecht v. G. G. Pfaltzgrave by Rine rc. und Hertzog in Beyern. Bekennen - -, daß wir dem Erwirdigen in GOt Vater, Hern Dieterich Ertzb. zu Mentze - - zugesagt, versprochen, gelobt, und daroff eynen lyplichen Eydt gesworen haben - - -, Ob wir von GOts versehunge das Ertzbischtum zu Trier, das yetzunt von abgang Ertzbischoff Jacobs seligen ledig worden ist, erlangen, oder dartzu offgenommen u. gelassen wurden, wie u. durch was Schyne das beschee; daß wir alsdann un-

unverzogenlich dem genanten - - Ertzb. Dieterichen und sinem Stiefft, wann wir des von S' Liebe oder sins Stiffts wegen schriefftlich ersucht wurden, ane allen intrag u. widderrede sollen u. wollen halten, u. verbrieffen zu halten alle die Puncte, Eynungen u. Artickele, die hernach geschriben - - steen. Und alsbalde wir dann unser Ertzbischofflich confirmatien u. bestetigunge empfangen han, so sollen u. wollen wir dem genanten Ertzb. Dieterichen ——— off dieselben Puncten u. Artickele unser brieffe geben in der besten Forme, mit unserm Ertzbischoffl. Ingesiegel versiegelt, weliche - - luden, *ut sequitur.*

Zum ersten sollen wir den genanten unsern Herren u. Frunde, an allen sinen u. sins Stiffts brieffen, von dem Stule zu Rome oder dem H. Riche gegeben, sie halten inne Concessiones, confirmationes, promissiones, indulta, privilegia, Fryheit u. Herkumen, nit irren noch hindern, in keynen weg. Doch in allen vorgeschriben Stucken — — — uns vorbehalten, so ferre wir das mit Eren u. glympff gethun mogen; und daß des Stiffts zu Triere gnade — — u. privilegia — — auch bewert sin, und werden. *Quaecunque privilegia &c. sedi Mog. concessa nullatenus turbare spondet* Rupertus, *suo tamen honore salvo.*

Item wir sollen u. wollen uns auch in allen sachen den Zug gein den Unglaubigen, das H. R. Ryche, gemeynen Nutze, u. die Gerechtickeit in eynichen weg berurende, richten, halten, und conformiren in allen Tagen, und an allen Enden u. Stetten, nach dem genanten unserm Herren u. Frunde von Mentze, und den, die alsdann von sinen wegen erscheinen werden; auch derselben meynunge u. rete annemen u. verwilligen. Und off daß unsern Frunden, die wir ye zu zyten zu Tagen schicken werden, insunderheit befelhen, daß sie sich off denselben Tage also an unser stat, u. in unserm Namen auch halten u. tun sollen. Wann auch *Theodericus* uns als eynen Ertzbischoff zu Tryer, und ander Kurfursten in den nechst berurten Sachen verbottet, mogen dann wir in eygener Persone von ehaffter sachen wegen mit uns selbs Lybe off demselben Tage nit erschynen, so - - wollen wir unser Frunde dahin mit vollem gewalt *In omnibus se conformabit ad nutum* Theodericis

schi-

schicken, uß den Sachen nach notdorfft zu ratslagen; und doch entlich siner Liebe, oder sinen Frunden die off demselben Tage erschinen werden, als vorberurt, verfolgen; Und in diesen obgemelten Dingen, auch allen u. yeglichen andern die daruß folgen oder gezogen werden mochten, sollen noch wollen wir uns von Sr L. nicht scheyden, noch trennen lassen in keynen weg.

nec se ab eodem separabit.

Wurden auch Sr L. S. Stiefft oder underthan, von der gemelten Sache, aller oder ettlicher wegen, eynicherley widderwerticheit begegnen, es were mit Processen, oder andern Sachen, geistlichen oder weltlichen, Sinen oder der sinen State, wesen oder wirdickeit berurende; die sollen noch wollen wir als Ertzb. zu Trier, oder die unsern nit offnemen, sunder wir wollen . . Sr L. und . . Stiefft sin leptage mit unserm Ertzbischtum, Landen, Slossen Stetten und allem unserm Vermogen dagegen und dawidder getruwen rate, Hilff u. bystant thun. Was auch uns begegent, damit wir von dem . . Ertzb. Dieterich in den gemelten Sachen mochten entzogen werden, daruff sollen - - wir ane S. L. kein entlich antwort geben, sunder solichs Jme eigentlich zu wissen thun, off das sich S. L. darnach wisse zu richten. ITEM was wir auch, und die unsern von S. L. oder der synen von synen wegen in den vorberurten Sachen allen, oder eyns teyls, heimlichkeit erfarn oder vernemen, die sollen wir nyemantt offenbaren, ane Sr L. wissen u. willen.

Immo in adversitatibus eapropter forsan oborituris, Ecclesiæ Mog. *consilio assistet & auxilio.*

Sui aversionem in præmissis attentatam significabit Mog° *ut sibi prospiciat; absque cujus præscitu nemini pandet secreta, sibi ab ipso revelata.*

Und off das den vorgeschr. Sachen deste offrechtlicher u. forderlicher nachkummen, und wir von eynander deste mynner getrennet werden, so sollen - - wir soliche Eynunge alle, die dann zuschen Sr L. und dem Hochgebornen Fursten unserm lieben Bruder, Hern Friderichen Pfaltzgraven by Ryne etc. verschriben u. versigelt sind, der ir eyner Datum steet: Geben zu Diepurg am Monntage nach dem Sonntage Trinitatis - - (1456,) der ander Datum steet: Der geben ist zu Heydelberg an S. Bonifacius tag - - (1456) mit ine beyden, und Jr yedem insunderheit inngeen, und

Ad vinculum eo minus dissolvendum, unioni Theodericum *inter &* Frider. *germanum suum binis Litteris erectæ,* accedit.

und daruber versiegelte brieffe geben u. nemen in aller masse nach geburnisse, als dann die . . Eynungsbrieffe, zuschen ir beyder Syt ubergeben, von worte zu worte innhalten.

Und ob wir Hertzog Ruprecht, als obgemelt ist, zu dem Stiefft zu Trier kummen worden, so sollen noch wollen wir uns, weder mit Glubden, Eyden, furworten noch verschribungen verpflichten, oder nichts furnemen noch gebruchen, geistlich noch werntlich in kein weg, dadurch diese Eynunge - -, die Zyte sie weren u. besteen soll, moge geirret, geschwechet oder gekrenckt werden; sunder wir sollen - - allen und yeglichen Puncten darinn begriffen, unsers teyls getrulich nachkummen, ane alle geverde.

Rup. ad Sedem Trev. evectus, nihil unquam machinabitur contra hoc Fœdus, pro sua parte sanctè servandum.

Und des zu orkunde so haben wir Hertzog Ruprecht obgnant unser Ingesiegel an diesen brieff tun hencken. Datum Heydelberg ipso die beate Margarethe Virg. & Martiris. Anno Domini MCCCCLVI. *13. Jul.*

CXLVIII.

Ruperti *consilia feliciter ut succedant*, Theodericus *omni studio spondet se allaboraturum; imprimis apud* P. M. *& Ducem* Burgundiæ.

An. 1456.

[*p. 767. n. 19.*]

Wir Dieterich v. G. G. des H. St. zu M. Ertzbischoff rc. - - Als durch abgang des Erwirdigen in GOt Vaters, Herren Jacobs Ertzb. zu Trier sel. gedechtnisse, derselbe Stifft . . lezt ledig worden ist; das wir da GOt zu lobe, dem H. R. R. zu Eren u. zu sterckunge, und umb gemeines Friedens, und nutz der Lande - - -; und auch dem Hochgepornen Fursten - - - Herren Friderich Pfaltzgrave by Rine rc. . zu liebe, demselben - - geredt u. versprochen haben - - - by unsern Furstl.

wirden, guten Fliß by unserm H. Vater dem Babst, by dem Hochgepornen Fursten - - - Herzogen zu Burgundien, und an andern Enden, wo uns das noit u. bequemlich sy bedunckt, zu thun; u. daran zu sin, damit der Hochgeporne Furste, Her Ruprecht Pfaltzgrave - - - des vorgenanten Hertzog Friderichs Bruder, mit dem - - Stifft Trier versehen, und daruff vorgewant werde, und in besesse desselben Stiffts, u. siner Lande, Sloss u. Stete komen; und auch demselben H. Ruprecht darinn u. darzu getruelich beraden u. behulffen zu sin, und bystand zu thun. Alles ane geverde.

Zu orkunde ꝛc. - - - - Aschaffenburg uff Sant Margreten tag. Anno Domini MCCCCLVI.

Obviam habui Rupertum *ad an.* 145 . . *sub titulo Præpositi* Fritzlarienſis, *etsi dubitare non liceat, quin plura poſſederit Beneficia & Præbendas in Eccleſiis maioribus. Interim de* Treverico *pontificatu concepta ſpes ipſum fefellit, Canonicis in* Iacobi *locum accerſentibus* IOANNEM, *ortu March.* de Baden. „Adolescens, annos maxime natus viginti duos - - - - Annuit votis Capituli Romanus Præſul, quamvis *Philippus* Burgundionum Princeps potentiſſimus - - alium ex Domo Bavarica [*Rupertum*] in illa eccleſia peteret, ſuis circumdata dominiis, Pontificem.“ *Verba ſunt* Æneæ Sylvii *apud* Browerum *T. II. L. 19. §. CI.*

At quæ Noſtro terga vertit fortuna in Trevir. *eccleſia, tanto benigniorem ſe præbuit (equidem paulo tardius) in* Colonienſi: *ampliſſimo hoc Archiepiſcopatu* Rupertum *beando an.* 1463. „Princeps generis, animi, ingeniique virtute ac nobilitate clariſſimus. Præfuit varie ac tumultuarie annis XVI. Cum Capitularibus ſuis ſimultates exercere cœpit an. 1472, qui *Hermannum* Landgravium *Haſſiæ* Gubernatorem totius provinciæ conſtituerunt. — — — Poſt depoſitionem *Ruperto* . . ſatis honeſta erat aſſignata pro ſuſtentatione portio, qua cum non eſſet contentus, in ſuperiori Germania exulabat, mortuus an. 1480. &c. Pareus *Hiſt. Pal. L. VI. ſect.* 1. p. 215.

CXLIX.

CXLIX.

FRIDERICO Palatino *(postquam suum ex fratre nepotem* Philippum, *alias Electoratus haeredem, solenniter in filium arrogaverat) pro S. R. I. archidapifero & Electore, cum consensu matris Tutricis & Ordinum patriae habito, declaratoque,* Moguntinus *eum ceu talem agnoscit.*

An. 1456.

[*p.767. n.20.*]

WIr Dieterich v. G. G. des H. Stuels zu Mentze Ertzbischoff ꝛc. Bekennen - - - Als der Hochgeporn Furste, Herr **Friderich** Pfaltzgrave by Rine ꝛc. u. H. in Beyern, unser lieber Oheim, mit wol bedachtem mute, guten willen, und underwisunge der Hochgebornen Furstynne, Frauwe **Margrete** von **Savoy**, Pfaltzgravynne - - - -, die zyt Witwe, des Hochgepornen Herren **Philips** P. by R. ꝛc. Mutter, nach rate der Rete, der Prelaten, der Mann, dem Adel u. der Ritterschafft des Kurfurstenthums der Pfaltzgraveschafft by Ryne, denselben Hertzog **Philips**, under den sieben Jaren sines alters zu sinem Sone zu haben u. ufzunemen begert, ufgenommen, und in Arrogacien wyse entpfangen hat, von luter, inniger u. getruwer begirde, als die briefe daruber versiegelt u. gemacht clerlichen innhalten; Darinn auch under andern begriffen ist, daß der vorgen. unser lieber besunder Frund Hertzog Friderich, sin lebtage uß, des H. R. R. Ertztruchsesse u. Kurfurste sin sal;

Und wann nu der heylig Cristliche Glaube leyder merglich angefochten, das H. R. R. in im selbs manigfeltiglichen geswechet, und gemeyner Nutze verhindert; daruß dann von tage zu tagen grosser Ubel u. unrat wachssen u. entsteen, wo solichem mit bequemlichem Mittel nit begegent wurde; Das zu verkommen haben wir zu hertzen genommen, u. betrachtet, daß dem H. Riche allerbequemlichst u.

nutzlichst sy des vorgemelten Kurfurstenthums halb, das der benant unser Frund Hertzog **Friderich** zu des H. R. Ertztruchsessen u. Kurf. verwilliget werde.

Und darumb so haben wir daruff, als eyn Kurfurste des H. R. R. solich obgemelt Arrogacien u. empfahunge, und das der vorgen. H. Friderich - - des H. R. R. Ertzt. u. K. sy, mit rechter wissen verwilliget; Und wollen Ine auch vor unsern Mitkurf. haben u. halten; und mit uns zu allen Sachen, gescheфften u. handelungen, als des H. R. R. Ertztr. u. Kurfurste zulassen. Und wollen auch und sollen unsers gnedigen Herren des Romischen Keysers bestetigungs-briefe dieser Sachen, so uns der furkumpt, gern mit versiegeln, oder unsern besiegelten Bybrieff geben.

Des alles zu orkunde haben wir unser Ingesiegel an diesen brieff thun henken. Der geben ist zu Aschaffenburg, am Montag
16. Aug. nach unser Lieben Frauwen tag *Assumptionis*. Anno Domini MCCCCLVI.

CL.

Edictum Theoderici, *ad compescendam pravitatem nequissimæ gentis Iudaicæ.*

1457.

[*p. 768. n. 26.*]

THEODERICUS *D. G.* S. Maguntine *Sedis Archiepiscopus*, *S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector.* Vniversis & singulis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Plebanis, Viceplebanis, Ecclesiarum rectoribus & loca tenentibus eorundem; Altaristis, Capellanis, Presbiteris, Notariis & Tabellionibus publicis, per & infra Civitatem & Diocesin nostras *Maguntin.* ubilibet constitutis;

cis; ac illi vel illis, ad quem vel quos presentes - - Litteras contigerit pervenire, quosque infrascriptum tangit negotium, seu quomodolibet in futurum, Salutem in Domino sempiternam, & mandatis nostris huiusmodi firmiter obedire.

Etsi IVDEI, quos propria culpa perpetue subegit servituti, pia Principum & Xpianorum viscera sustinent, eorundemque cohabitationem benigna ferant tolerancia, ipsi tamen, adinstar obstinatorum demonum, ingratitudinis laborantes vitio, hanc retributionem fidelibus Xpi impendunt, quam, iuxta vulgare, mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis consueverunt hospitibus exhibere.

Sane, licet dudum sacra Patrum constitutione promulgatum, ut iidem perfidi Iudei, sicuti sunt a Fide alieni, ita etiam existant habitu & vestitu segregati, ut videlicet *circulos* in vestibus Viri, & mulieres *striffas* in peplis ferentes, in publico possint a Xpianis discerni; Licet etiam divine, pariterque & humane Leges improbum fenus, quod annuas devorat & exhaurit facultates, detestentur, nichilominus tamen detestanda versucia, & iniquitas eorundem Iudeorum, qui viscera non cessant rodere fidelium, Signa huiusmodi, nedum in constituentium, ac mandatorum sancte Matris Ecclesie ludibrium ferre recusant; verum etiam adipe Xpianorum impinguati dilatatique, exactiones graviores in Xpianos facere, ac improbissimum fenus, Legibus etiam sacris inimicum, nephande presumptionis audacia aggredi, & usuras in sortem redigere, iterum de his usuras improbissimas a subditis nostris extorquere, satagunt.

Cum autem sacratissime Leges sorti antique tantummodo incrementum usurarum certis modificationibus accedere permittant; exactissimeque detestentur, usuras preteriti vel futuri temporis in Sortem, ut prefertur, redigere, ac iterum usuras de his stipulari; non indebite Pastoralis officii debitum exequentes, dudum provisis remediis alia, que nostris modernioribus diebus rerum experientia indicavit, utilia remedia

 liben-

libenter ſubiungimus, per que indempnitatibus Xpianorum, & potiſſime nobis ſubiectorum, ſalubriter provideri, deteſtandaque iniquorum audacia coherceri poterit, ut metu iuſticie iniqua Iudeorum deteſtetur preſumptio, ac perfidi nocentes & iniuſti iuſtam ſemper a nobis pro delictis ſentiant vindictam, qui nunquam a ſuis impietatibus nocendo curant reſilire.

Vnde vobis & omnibus & ſingulis ſuperadictis, & cuilibet veſtrum - - - - in virtute ſancte obedientie, & ſub excommunic. . . pena, quam in vos - - -, trina tamen dierum canonica monitione premiſſa, ferimus in his ſcriptis, diſtricte precipiendo mandamus, quatenus mox viſis preſentibus accedatis, ubi propterea fuerit accedendum, & moneatis - - - omnes & ſingulos Conſules, Proconſules, Scultetos, Scabinos quarumcunque communitatum, civitatum & Dioceſis noſtrarum, quos & nos - - requirimus & monemus, quatenus infra XV. dierum ſpacium proximum ab inſinuatione preſentium, perverſos Crucis Xpi inimicos, Iudeos videlicet, in & ſub eorundem ditione ſeu cohabitatione, & veſtris - - parrochiis - - conſtitutis, ad ferendum predicta Signa, nec non ad remittendum & reddendum ſingulas uſuras de uſura in ſortem quomodolibet redactas, contra ſacratiſſimas leges ut prefertur receptas & inburſatas, reſtituant quibus de iure fuerint reſtituende, & a receptione huiusmodi inantea quieſcant penitus & in toto; vosque de premiſſorum delatione Signorum, & reſtitutione improbiſſimarum huiusmodi uſurarum, infra eundem terminum certificent cum effectu, alioquin, quam diu huiusmodi perfidi Iudei in veſtris, ſeu alterius veſtrum parochia taliter, & in premiſſis non emendati, preſentes ſeu viſi fuerint, - - - ceſſetis, & ceſſari faciatis penitus ab officiis divinorum, que etiam & nos preſencium tenore, in eventum rebellionis dictorum perfidorum, in Dei nomine ſuſpendimus in his ſcriptis. Certificantes vos - - -, quod ſi in premiſſis negligentes & remiſſi fueritis reperti, & huiusmodi noſtra mandata cum ſumma diligentia exequi neglexeritis, - - - -, nos utique contra vos - -, et nichilominus contra Iudeos, prefatis exaggera-

geracionibus penarum, & alias prout iuſtum fuerit, utique procedemus, ſeu procedi faciemus, iuſticia mediante.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium premiſſorum preſentes . . Litteras Sigilli noſtri iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum *Aſchaffemburg* die XVI. menſis Marcii. Anno . . MCCCCLVII.

CLI.

Mandatum priori arctius.

1457.

[*Ibidem.*]

THEODERICVS - - - - Vniverſis & ſingulis Abbatibus, - - - *ſicut in praeced.* Quamvis perverſos, ſacratiſſimeque Religionis Xpiane, ac Crucis Xpi inimicos Iudeos utriusque ſexus - - pridem per certas noſtras Litteras, quatenus Maſculi *circulos* in veſtibus, ac Femine *Striffas* in peplis ſeu velis, ut, quemadmodum a Fide alieni, ita habitu & veſtitu cognoſcerentur ſeparati, ferrent; et improbiſſimas Vſuras uſurarum - - - a Xpianis extortas reſtituerent; Vosque, tamquam ſubditos & executores mandatorum noſtrorum in hac parte certificarent, & uſuras preteriti vel futuri temporis inantea nequaquam in Sortem redigerent, et de illis iterum incrementum uſurarum - - extorquerent, ſub graviſſimis penis moneri fecimus & requiri; Iidem tamen perfidi, & obſtinati in ſua malitia Iudei, a vetitis quieſcere, & premiſſis debito modo gaudere neſcientes, ac ſanguinem Xpianorum haurire, & veluti Sanguiſuge diucius ebibere ſatagentes, dictis noſtris monitionibus parere, Signa ferre, & uſuras uſurarum modo premiſſo - - - a Xpianis exactas reſtituere, ac a malitiis ſuis quieſcere; vosque, tamquam noſtrorum mandatorum - - executores, ſicuti accepimus, certificare contempſerunt, neglexerunt, & contradixerunt, contempnuntque — — de preſenti,

ſenti, in maximum Xpianorum & ſubditorum noſtrorum preiudicium, noſtrorumque mandatorum huiusmodi ludibrium & contemptum.

Cum itaque timorem Domini indurata corda Iudeorum, obſiſtentibus malitiis eorundem, comprehendere non poſſint; ut a malo ſuo revocentur, neceſſarium erit, ut, quos Dei timor a malitia non revocat, illos ſaltem coherceat ſeveritas diſcipline.

Vnde vobis omnibus - - ſub Excommunic. pena - - diſtricte precipiendo mandamus, quatenus mox viſis preſentibus accedatis ubi propterea merito fuerit accedendum, & ex ſuperhabundanti adhuc moneatis - - ſupraſcriptos perverſos perfidos Iudeos - - -, quos & nos ſub ſuſpenſione & repulſione ab omni ſolatio, communione & commercio Xpianorum, precluſione aditus Catholicorum Iudiciorum quorumcunque, & aliis penis & Cenſuris in prioribus noſtris litteris ac Proceſſibus contentis, monemus & requirimus, ut Signa predicta - - ferant, uſuras uſurarum dudum a Xpianis extortas infra XII. dierum ſpacium - - reſtituant, a talibus inantea deſiſtant, & XII^mo^ die - - a preſentium executione - - - computandum, in opido noſtro *Aſchaffenb.* coram nobis, aut noſtris — — Commiſſariis legitime compareant - -, ad docendum, ſi poſſunt - - -, ſe - - mandatis noſtris prioribus, dudum legitime executis, & preſentibus, realiter & cum effectu paruiſſe; alioquin, ad videndum & audiendum, nos - - ad executionem penarum & Cenſurarum - - procedi, nec non ipſis - - omne Xpianorum ſolatium interdici, ac eos ab omni fidelium communione & commercio alias a Iure permiſſo ſeparari, ipſis etiam - - aditum Iudiciorum quorumcunque precludi; & alias viſuri & audituri, ad alia iuris remedia, prout iuſtum fuerit, & eorum . . rebellio ſeu obſtinata malitia exegerit, procedi. Certificantes eosdem, quod, ſive in dicto citationis termino comparuerint . . ſive non, nos nichilominus . . ad ulteriora procedemus . ., iuſtitia mediante: Contumacia, rebellione, aut abſentia eorundem . . non obſtantibus.

In quorum omnium teſtimonium (*&c.*) Datum *Aſchaffenburgi* die VII. menſis Maii. Anno . . MCCCCLVII.

CLII.

CLII.

Decreta, quoad Hebræos Francofurti *morantes, penitus revocat.*

1457.

Wir Dieterich - - - - Als wir etliche Proceſſ u. gebotbrieff widder die Judiſcheit zu Franckfurt wonende, haben laſſen uſſgeen, under andern inhaltende, daſ ſie den Wucher, den ſie von Wucher genommen haben - -, widder geben, und hinfur wucher von wucher nit nemen; auch furtermer Ringk u. Zeichen an iren Kleidern tragen ſollen ꝛc. Alſo haben wir uß zitigem rat - -, durch redelich urſach uns darzu bewegende, die berurten Proceſſ - -, auch allen Unwillen den wir zu ine gehabt haben, gantz u. gar abgeſtalt, ufgehebt u. abgethan - - -

Wir ſollen u. wollen auch die gemelte Judiſcheit gemeinlichen; die itzo zu Franckfurt geſeſſen ſint, *ipſorumque poſteros,* ire Wyber, Kinder, Geſinde, und ire gemeine Juden Knechte, ſamentlich u. beſunder, by allen iren alten gewonheiten u. herkomen gantz u. unverdrenglich bliben laſſen, es ſy mit Lihunge, mit geſuche, mit rechnunge, mit Kauffunge, und mit Kleydung an Ringe u. Zeychen, nichts darinn uſſgenommen, und ſie - - daruber, oder davon nit bedrangen, in kein wiſe wie das geſin und zugeen mochte. . .

Wir meynen, ſetzen u. wollen auch, daſ alle Proceſſ, Gericht u. urtheil, von uns, unſern Richtern u. Commiſſarien - - -, die dann widder dieſe unſer gnad u. friheit weren, oder in einchen weg uſſgelegt werden mogten, gantz u. gar craftlois, abe u. tod ſin u. bliben ſollen - - - Ob auch die obgenante Judden, zu Franckfurt numme wonen, und under uns - - u. unſers Stiffts Stete u. Gebiete ziehen wolten, an die Ende da dann unſer geiſtlich Gericht hinlanget, ſo ſollten ſie gleichwol ſolich gnade u. fryheit haben, *ut ſupra.*

Was auch Judden oder Judinnen hernach gein Ffurt ziehen, und da wonen wurden, die sollen sich solicher . . friheit u. gnaden nit gebruchen, es geschee dann mit der Judischeit . . die ietzo da wonet, guten willen. Und uff das alles so haben wir den gemelten Judden, auch ir Habe u. Gute in unsern . . Steten, Slossen . . Landen u. Gebieten, da wir dann zu geleyten han, ein frey starck sicher geleyt gegeben, zu Wasser u. zu Lande - -, doch also, daſ sie darumb zu ieder zyt iren gewonlichen Zoll geben sollen.

Und herumb so heysen u. gebieten wir allen unsern Amptluten, Vogten, geistlichen Richtern, Siegeler, und Procurator Fiscalis, Pfernern, u. andern unsern Geistlichen, daſ sie den vorgenanten Judden, iren Hußfrauen, Kinden, Gesinden u. gemeinen Knechten solich unser gnade u. friheit halten, und die nit uberfaren - - -, als liebe inen sy unser Hulde u. swere ungnade zu vermeiden. Und diese . . gnade u. fryheit sal weren stete u. veste unser lebtage gantz uß, unwiderrufflich.

Und des zu urkund haben wir diesen brief — — — Der geben ist zu Erenfels, am Mitwoch S. **Peter** u. **Pauls** tag - - MCCCCLVII.

CLIII.

IVRIS PATRONATVS.

An. 1457.

ex Autogr. VENERABILI & egregio viro, Dno Preposito ecclesie *Spirensis*, seu eius Officiali, GOTFRIDUS de *Randecken* Armiger, quicquid poterit reverentie & honoris. Ad ecclesiam pastoralem in *Walsheim* vestre iurisdictioni subiectam, per mortem quondam ANTHONII *Eberzonis*, - - eiusdem eccl. dum vixit Rectoris & ultimi possessoris, seu alias quovis modo vacantem, cuius presentatio ad me pro nunc pleno iure patronatus dinoscitur pertinere, spectat & pertinet; vobis

vobis Diſcretum virum, Dnm IOHANNEM *Guldenring*, presbiterum *Wormatienſem*, tamquam habilem & ydoneum, quantum in me eſt, preſento. Supplicans inſtanter una cum eodem, quatenus ipſum de eadem paſtoria ſive eccleſia paſtorali, ob precum & obſequiorum meorum intuitum inſtituere & inveſtire, curamque & regimen eiusdem ſibi committere dignemini; adhibitis ad hoc ceremoniis & ſollempnitatibus debitis & conſuetis.

In cuius rei evidens teſtimonium Sigillum meum proprium preſentibus eſt appenſum. Datum feria quarta, proxima poſt Feſtum *decoll. S. Iohannis Baptiſte.* Anno a nativitate Domini MCCCCLVII. 30. Aug.

Documentorum, quæ Theoderici *dies reſpiciunt, nihil porro nobis reſtat. Vitam duxit adhuc annis ferme duobus. Recogitans tandem inevitabile: Statutum omnibus ſemel mori, ſepulchrum, pia commotus præparatione, elegit eo loco, quo potiſſimum ſolebat reſidere,* Aſchaffenburgi. *Viſitur ibidem Statua archiepiſcopalis, circumſepta XVI progenitorum ſcutis, iuxta artem heraldicam coloratis. Subtus hæc legitur epigraphe.*

Theodericus Pincerna ab Erbach, Archieps Mogunti. S. R. I. per Germa. archicancel. et prin. Electoꝛ &c. Archiepiſcopatum iniit A° 1434. prid. non. Iulii. Adminiſtravit Ann. 24. menſ. 10. Reliquit, beata imortalitate fruiturus, A° 1459. prid. non. Maii. requieſcit in hoc SS. Petri et Alexandri collegio, quod impenſe coluit ſemper et dotavit, inter piiſſimos eccleſie fundatores tumulatus.

Eſt vero quod in hac notare licet. Specioſa namque inſcriptionis formula, oblinitus auro character, tota demum operis tam nitida quam vivida facies, ætatem Seculi XV profecto ſpirant minime. Monumentum hinc, ut non vanus ſuſpicor, tempore congruo neglectum fuit, poſitumque ab Illuſtriſſima Domo annis longe poſterioribus, ad perennandam Conſanguinei olim ſui, qui PRIMAS *inter Septemviros eminuit, memoriam non niſi cum ipſa Æde ſacra perituram.*

Interea quo minus dubitem, quin Epigraphes author ſit Idem, e cuius calamo profluxit illa, quæ habetur Cod. II. p. 819.

* ☋ an. 1632. GEORGIUS *nimirum* Helwich; * *facit ambarum uniformitas, ſtylique conſonantia.*

THEODERICI *regimen, & traducta vitæ rationem quod attinet, ſunt, qui laudant, ſunt, qui pro genio reprehendunt.* Bruſchius *&* Latomus, *de re œconomica commendatum ita deſcribunt, ut Luxus magis, ac parſimoniæ, inſimulent. Ille quidem in Catalogo* „ Princeps (*ait*) clementia, pacis ſtudio, & „ multis aliis virtutibus ornatus, venationum tamen, quam Ec„ cleſiaſticarum cæremoniarum ſtudioſior; alioqui mire pompo„ ſus & ſplendidus, et qui ſemper in Aula ſua archiepiſcopali „ trecentos aut quadringentos Equos alebat. *Iſte:* Princeps „ ad luxum & pompam usque ſplendidus, & Secularibus potiſ„ ſimum negotiis deditus.

† Vol. I. p. 731. *Ex MS. germanico ſuperaddit* G. C. Ioannis, † - - „ Dann „ er gemeiniglich 300. oder 400. Pferde in ſeinem Hof hielt, denen „ er Fuder und Mahl mildiglich, und auch reichlich mittheilet. Zu „ dem was täglich ein . . groſes ab u. zureiten von andern Fürſten, „ Graven, Herren, u. der Ritterſchafft, dieweil man gemeiniglich an „ ſeinem Hof, wie bey einem weltlichen Fürſten, pfleget u. gewohnt „ was zu rennen und zu ſtechen; alſo daſ mans einem Königl. Pracht „ wol mögt verglichen haben. Ab dem ſich doch das Stift gahr nit „ beſſert oder zunahm.

Traditionum prahabitarum Authores, uti in taxandis Theoderici *nævis modum tenent, tanto contra vehementius in pios vix defuncti manes debachando, eos exaggerat Anonymus quidam contemporaneus, in* MS. *archipræſulum Elencho; dum, qua Noſtrum tangit, his planè inſulſis utitur verbis:* „ THEODE„ RICUS - - - ☋ anno MCCCCLIX. d. VI Maii. Fuit „ homo illiteratus, ſingularis, inutilis, ymmo Epicurus propter „ ſuam ſumptuoſitatem & negligentiam; Eccleſiam *Maguntinam* „ in multis dampnificans, ac in magnis debitis relinquens.

Succeſſit, per viam Compromiſſi, DIETHERUS ab Iſenburg *Capituli metrop. Cuſtos, d. 18. Iunii.*

* * *

CLIV.

CLIV.

In *locum* Ioannis Münch *de* R. *Vicarii in Spirit. nuper designati, peregre profecturi,* substituit neo Electus visitationem diœcesanam quoad Laicos.

1459.

[p.773. n.10.]

DIETHERVS *D. G. Electus Ecclesie* Maguntine, *S. R. I. per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector.* Honorabili N. * salutem - - - Superioribus diebus insignem probitate virum, IOHANNEM *Münch* de *Rosenberg*, Canonicum Ecclesie nostre *Mag.* Vicariatus in spiritualibus officio prefecimus, qui civitatem nostram Maguntinam & diocesin linquet, & nostro ex iussu exteras ad regiones proficiscetur; ita ut dicto officio pro nunc minime preesse & satisfacere possit. Quare tibi vices suas committimus, te in Vicarium nostrum generalem, propter eius absentiam, loco eiusdem deputando. Volumusque, ut secundum commissionis formam a nobis tibi traditam omnibus & singulis iustitiam administres, prout ordo rationis dictaverit, donec, & tam diu a nobis, vel a dicto *Iohanne* fidissimo nostro revocatus fueris.

* *præsumptive* Io. *de* Bellersheim *Can.* S. Petri. *Cod.* II. *p.* 429.

Insuper, cum nos ad presens sancte Visitationis officium quoad personas Laicales per terminos omnium & singularum Prepositurarum nostre civitatis & diocesis . . de anno Bisextili nunc instanti necessario exercere, de antiqua & laudabili hactenus observata consuetudine habeamus, Excessus ipsorum laicorum corrigendo, emendando - - & in statum salubrem Deo annuente reducendo, ne subditorum nostrorum sanguis de manibus nostris requiri videatur; Et cum aliis variis, nostris & Ecclesie nostre . . prepediti negotiis, celebrationi huiusmodi sancte Synodi seu Visitationis Laicorum nequeamus ad presens personaliter interesse; de tua legalitate confisi, tibi

 etiam

etiam - - committimus & mandamus, quatenus per terminos ſedium Prepoſiturarum prediƈtarum, de preſenti anno biſextili, huiusmodi . . Viſitationis officium, quoad perſonas laicales duntaxat, tibi aſſumas, eosdem in genere & in ſpecie - - emendando, - -, reformando, Cauſas matrimoniales quascunque examinando, & fine debito terminando; penitentias ſalutares iniungendo, ac omnia & ſingula faciendo, que ad huiusmodi Viſit. officium ſunt neceſſaria & oportuna; Iura quoque noſtra archiepiſcopalia, que *ſynodalia* & *Kathedratica* nuncupantur, de preſenti anno biſextili ad nos de iure vel conſuetudine ſpeƈtantia & pertinencia ſublevando, recipiendo - - - Mandamus quoque - - Paſtoribus, plebanis - -, Altariſtis, mercenariis presbiteris & Clericis quibuscunque - - -, quatenus te — — ad premiſſa, noſtra auƈtoritate exercendi, honorifice recipiant, tibique - - - aſſiſtant, alioquin contra rebelles - - per Cenſuram eccleſiaſticam usque ad condignam Emendam indubie procedemus.

In quorum fidem & teſtimonium (*&c.*) Datum . . Iulii. Anno Domini MCCCCLIX.

CLV.

Quam ampla in rebus Eccleſiaſticis poteſtate inſtruxerit Proviſorem Erfurtenſem.

1459.

[*p. 773. n. 11.*]

DIETHERUS *Dei gratia Eleƈtus Eccleſie* Maguntinenſis, *S. R. I. per Germaniam Archicancellarius.* Nobili ADOLFO Comiti in *Naſſauwe*, Canonico - - -, nec non Proviſori Curie archiepiſcopalis *Erffurdenſis*, ſororio & fideli noſtro in Xpo dileƈto, ſalutem in Domino ſempiternam.

Eccleſiarum utilitatibus & ſubieƈtorum commodis, quantum poſſumus & valemus, pia & paterna, ac paſtorali ſollicitudine

dine providere cupientes, tibi, ut Rectoribus ecclesiarum parochialium, & Beneficiorum ecclesiasticorum cum Cura vel sine cura, per *Fritzlariensis*, *Iecheburgen.* B. *Marie* & S. *Severi Erffurd.*, *Dorlon. Heiligenstad. Geismar. Northus. Eymbec.* & *Bibracensis* Prepositurarum terminos nostre dioc. existentibus . . plenam licentiam, ut in suis . . Ecclesiis - - - residere p. t. minime teneantur, nec non ad id compelli, per nos & Prepositos earundem ecclesiarum sive beneficiorum, etiam divisim, ad tempus & tempora de quibus tibi videbitur expedire, ex causis tamen rationabilibus animum tuum ad hoc moventibus, vice & auctoritate nostra dare & concedere; Et quod ipsi Rectores & Beneficiati fructus, redditus & proventus beneficiorum suorum in sui absentia cum ea integritate percipere valeant & possint, cottidianis distributionibus dumtaxat exceptis, acsi residerent in eisdem, possis & valeas: Proviso tamen, quod ipsa beneficia . . tempore absentie Rectorum suorum . . debitis divinorum officiis & Sacramentorum ministratione, hospitalitate debita & consueta, iuribus papalibus & episcopalibus & sinodalibus observandis, & aliis sibi incumbentibus oneribus . . non fraudentur.

Et insuper, ut omnes & singulos Abbates & Abbatissas, et Prepositos monasteriorum utriusque Sexus — — — p. t. electos & eligendos, seu alias vocatos sive assumptos non confirmatos — — — — confirmare, & eosdem de iustis - - causis amovere sive repellere, prout de iure expedit, Subsidia etiam & procurationes nobis & Antecessoribus nostris — — debitas - - - fideliter exigere & colligere — — possis - -, tibi presentium damus - - plenam facultatem.

Insuper tibi resignationem beneficiorum — — per dictas Preposituras, ex causis permutationis, & alias simpliciter recipiendi — —, auctorisandi & consummandi prout moris est, et personas transferendi, transponendi, & de eisdem providendi; Et altaria ac beneficia quecunque canonice de novo erecta & dotata — — — simili modo — — confirmandi vices nostras duximus committendas, & committimus per presentes.

Et

Et insuper, propter diversa viarum discrimina & pericula talia, ut nonnulle persone, ecclesiastice & seculares, sepius cum Litteris & processibus Apostolicis de Romana curia emissis & emanatis . . presentiam nostram, ab obtinendum a nobis litteras testimoniales, que *Vidimus* nuncupantur, commode adire non possint, tibi easdem Litteras & processus apostolicos quoscunque videndi & examinandi, & testimoniales litteras super eisdem dandi & concedendi vice & auctoritate nostra, plenam licentiam damus, & potestatem. &c. *Elte-vil* die X. Iulii . . MCCCCLIX.

Eximius hicce Adolfo *impensus favor in quantam non acerbitatem brevi post est conversus!*

CLVI.

Agit de conversione Monasterii Steinensis *in ecclesiam Collegiatam.*

An. 1459.

[*p.* 773. *n.* 15.]

DIETHERVS D. G. *S.* Maguntine *Sedis Electus*, *S. R. I.* per *Germaniam Archicancellarius* ac *Princeps Elector*. Nobili ADOLFO Comiti in *Nassaue*, Curie nostre Archiepiscopalis *Erffordensis* Provisori, Sororio nostro devotoque nobis in Xpo fideli dilecto salutem in Domino sempiternam.

Ad audientiam nostram, THEODERICO Nobili in PLESSE nobis referente, devenit, quod postquam felicis record. THEODERICVS Archiepiscopus *Maguntinus* predecessor noster, olim Monasterium *B. Marie V.* in *Steyna*, certis de causis animum suum moventibus, in Ecclesiam Collegiatam & secularem erexerit, Ordinemque inibi suppresserit, ac Fraternitatem Kalendarum, olim apud opidum *Munden*, atque Fratres eiusdem fraternitatis una cum bonis & rebus suis que in com-

communi obtinebant, pro instituendis inibi Canonicis transtulerit, ac bona ipsius monasterii nec non fraternitatis predictorum univerit; Ipsi etiam Fratres in possessione pacifica vel quasi ecclesie predicte in *Steyna*, nec non omnium & singulorum unitorum bonorum percipiendi, Decanum habentes ut caput, fuerint ac dispensaverint ut Canonici de eisdem; Ex post tamen, ut ex relatione supradicti *Theoderici* accepimus, iidem Canonici de recessu dicte ecclesie in *Steyna* cogitantes, cum Abbate, qui apud d. ecclesiam ex dispensatione . . predecessoris nostri, una cum quatuor Monachis suis residebat, cui etiam per eundem predecessorem nostrum fuit & est administratio in temporalibus interdicta, simulatam quandam Concordiam, ut videlicet ipse Abbas ecclesiam ipsam & administrationem priorem reciperet, ac ipsis certa bona ipsius ecclesie, ultra etiam, & supra quam ipsi Fratres ad eam ex translatione premissa apportassent, pro libito ipsorum Canonicorum fruenda relinqueret, iniisse dicuntur; cuius etiam concordie pretextu, dicti Canonici ab ipsa ecclesia in *Steyna* nobis, aut predecessore nostro, nec non Nobilibus *de Plesse*, qui, ut Patroni, collatores & dispositores Prebendarum dicte ecclesie singulare obtinebant interesse, aut alias, ad hoc auctoritatem interponendi habente, inconsultis ac irrequisitis recesserant; et ipsam ecclesiam per huiusmodi eorum temerarium recessum, in erectionis translationis unionis & institutionis predictarum vilipendium, divini cultus detrimentum, & nostrum, predictorumque Nobilium de *Plesse* quoad dispositionem prebendarum huiusmodi, dispendium dampnum & iacturam reliquerant viduatam.

Verum, ut ex eadem nobis facta relatione didicimus, Canonici ipsi, maxime quidem CONRADVS *Zellichen*, HERMANNVS *Meyer*, IOHANNES *Senecker*, HENRICVS *Graueman*, IOHANNES *Rutter*, HENRICVS *Knecke*, & BERTOLDVS *Hinnens* in Prepositura *Fritslariensi* commorantes, Abbatem & Monachos apud dictam ecclesiam in *Steyna* superstites, quibus etiam de unitis ipsius ecclesie & fraternitatis bo-

nis, victus & vestitus atque locus, quoad vixerint, per eundem predecessorem nostrum existunt reservati, super tradendis bonis occasione concordie ipsis Canonicis pollicitatis, multipliciter vexare & perturbare laborant, vexantque & perturbant de facto; negotium translationis huiusmodi, atque unionem bonorum dissolvere & scindere in animarum suarum periculum, & contemptum superiorum suorum molientes; unde nobis per Nobiles predictos *de Plesse* super premissis omnibus & singulis, maxime dicto pretenso recessu, scissura unitorum bonorum, ac perturbatione Abbatis & monachorum predictorum providere dignaremur, extitit humiliter supplicatum.

Nos vero de premissis erectione, translatione, unione & institutione, ex autenticis supradicti predecessoris nostri Litteris, sicut ratio exposcit, multum commendantes, detestantesque, nostris temporibus factum translationis huiusmodi, quod utique in augmentum divini cultus vergere conspicimus, quodque tam provide per eundem . . actum est, in dedecus ecclesie predicte in *Steyna* annichilari debere; Idcirco tibi, de cuius legalitate & providencia plurimum confisi, committimus & mandamus, quatenus recepta, quantum sufficit, super temerario huiusmodi ipsorum Canonicorum recessu, informatione, concordiam & recessum huiusmodi, quatenus contra ordinationem & voluntatem, nec non dispendium atque iacturam ipsius predecessoris nostri, atque nostram, nec non predictorum Nobilium *de Plesse* quoad dispositionem, collationem & presentationem Prebendarum inibi, ut premittitur, de facto processerunt, condempnes; quem & quam etiam nos presentium tenore ut talem condempnamus; et nichilominus ipsos Canonicos . ., quatenus iuxta formam litterarum translationis, erectionis & unionis se ad dictam ecclesiam infra competentem terminum transferant, assignes; ipsam in temporalibus & spiritualibus gubernent, et in vocatione, qua vocati sunt, dictis Abbati & monachis victum & vestitum administrent, ac alias ad formam & continentiam litterarum predictarum de bonis ecclesie in *Steyna* dispensent, creditoribus respondeant, iurata

statuta

ſtatuta pro redimendis ypothecatis bonis exſolvant, & alia faciant, que ipſis in dictis predeceſſoris noſtri litteris conceſſa & manifeſta exiſtunt, Deoque & nobis de temerario huiusmodi receſſu ſuo ſatisfaciant, compellas.

Datum *Aſchaffemburg* die quarta menſis Septembris Anno MCCCCLIX.

CLVII.

Nuncii Apoſtolici, nec non Sigism. *D.* Auſtriæ *&* Ioannes C. P. R. *deferunt* Ioanni *Ep.* Eichſted. *&* Alberto *Archiduci operam in reconciliandis* a) Diethero *El.* *&* Friderico *Septemviro:* b) *dicto* FRID. *ac* LVD. Palatino *&* Vdalrico C. Wirtemb. *Quem in finem Dies ſtatuitur* Norimbergæ, *Exalt. S. Crucis proxima. Partes Laudo acquieſcent, captivosque ſibi invicem extradent vigore ſimplicis Vrphedæ, iuxta priſtinam obſervantiam præſtandæ.*

An. 1459.

[*p.* 773. *n.* 9.]

Von GOtes gnaden wir Stephan von *Nardinis*, des H. Stuls zu Rome Prothonotarius u. Referendarius, Heinrich Senftleben Thumdechandt zu Breſſlaw, und ander unſers H. Vaters des Babſts ſenndpoten; Sigmund Hertzog zu Oſterreich, ze Steyr, ze Kernden und ze Crayn, Grave zu Tyrol ꝛc. Und Johanns Pfaltzgrave bey Reyne u. Hertzog in Bayrn: Bekennen offennlich mit dem briefe; Als ettlich Irrung, Spenne u. Zwitrecht zwiſchen den Hochwirdigen und Hochgeborn Furſten, unſern lieben Herren, Freund, Oheim u. Vetter, Herren Diethern, Erwelten des Stifts zu Meintze, und H. Friderichen, des H. R. R. Ertztruchſezzen u. Kurfurſten, Pfaltzgraven bey *ex Autogr.*

Reyn - -, Und aber zwischen demselben Hertzog Friderichen - - und dem Hochgeborn Fursten. - - Herrn **Ludwigen Pfaltzgraven** —·— und Graven zu Veldentz; Und dem Wolgeborn - - - - **Ulrichen** Graven zu Wirtemberg auferstanden sind; das wir die auf den Erwirdigen in GOt Vater, und den Hochgebornen Fursten, Herrn **Johannsen** Bischoven zu Eystett, und Herrn **Albrechten** Ertzhertzogen zu Osterreich, ze Steyr - - - ꝛc. beteydingt haben, also wie dieselben Partheien durch sie in iren Irrungen, Spennen u. Zwitrecht gutlich oder rechtlich entscheiden werden, das sie dabey gentzlich bleiben, und dem nachkomen sollen, getreulich u. ungeverlich.

Darauff haben wir **Johanns** Bischove, u. **Albrecht** Ertzhertzog ꝛc. uns der Sachen angenommen, und mit sambt dem Hochgeb. F. unserm lieben Herrn und Swager, Hrn. **Ludwigen** P. b. R., H. in nydern u. obern Bayrn, des benannten - - - H. **Friderichs** Pfaltzgraven ꝛc. hierinn gemechtigt; Und wir sollen u. wollen den vorgenanten Partheien eynen Tag setzen, den wir auch hiemit auf des H. Creutztag *Exaltationis* nechstkunftig, her gen Nuremberg benennen u. bestymben; Und wir sollen Sye der gemelten irer Spenn u. Irrung mit unserm gutlichem oder rechtlichem Spruch entschaiden; und alsdann des unsern Spruchbrief den Partheien ubergeben, und dabey sol es auch bleiben. Und sye sollen sich des geneynander halten, und dem nachkomen u. genug thun - - an alles Geverde.

Und sollen darauff alle Unwille u. ungunst, wie sich die zwischen den obgen. Partheien begeben u. gemacht haben, gentzlich ab u. hingelegt sein. Und was Gefangen von denselben Partheien were gefangen worden, dieselben . . sollen auf ein schlechte gewonlich alte Urveth ongeverlich an entgeltnus ledig gezelt werden. Des zu urkund haben wir obgemelt Underdaydinger unser Insigell an disen briefe hengen lassen.

Und

Und wir obgen. Spruchleut **Johanns** Bischove, und **Albrecht** Ertzh. zu Osterreich; auch wir **Ludwig** H. in Nydern u. Obern Bayrn bekennen, daß wir uns des vorgemelten H. **Friderichen** Pfaltzgr. gemechtigt, und dafur gut sein wollen zu halten was hieoben - - geschriben stet. Und haben des zu urkundt unser Innsigell zu der oftgenanten Untertaydinger Innsigell an disen brief auch hengen lazzen. Der geben ist zu Nuremberg am Montag nach Sannd Kylians tag. Nach Cristi geburt da man zalt Tausent, Vier hundert, u. darnach in dem Newn u. funftzigisten Jare.

Und wir **Georius** von GOttes verhengknus Abbte des Closters zu S. Gilgen in Nurmberg S. Benedicten Ordens im Bamberger Bisthumbe, bekennen - - das wir der Hochwirdigen, und Erwirdigen: Und der Durchluchtigen, Hochgebornen Fursten u. Herrn, derselben Namen hie vore geschriben steen, offen pergamenen briefe - - - gesehen u. verlesen haben. Derselb briefe stunde, u. lautet von wortt zu worten wie hieoben steet. Und des zu warer urkund u. glaubwirdiger getzeugknus so haben wir umb vleizziger bete willen dits *Vidimus* u. abschrift davon gegeben, versigellt mit unser Abbtey anhangendem Insigell. - - Geben an dem nechsten Suntag nach des H. Creutz tag *Exaltationis* Anno Domini MCCCCLIX. *16. Sept.*

Pronuntiatum ab Arbitris præfixo in termino Laudum eo cecidit, ut Capitulum metrop. ad solutionem Summæ 9. m. flor., quam Fridericus *ob excessum quendam in villa territorii sui* Handschuchsheim *prætendebat, ceu iniustam, non teneatur: Syngrapham ideo* Palatinus *restituat, & apocha sibi esse satisfactum testetur. Verba sic sonant:*

„ Sprechen wir, das die Newn tausent Gulden, darumb das Ca„ pitel des Thums zu Meintze demselben Pfaltzgrafen einen Schuld„ brief gegeben gein der Geschicht, so sich in dem Dorf zu Hentzes„ heim verleuffen hat, gentzlichen absein; und derselbe Schuldbrief „ hiezwischen und S. Michaels tag nechstkunfftigen, lediglichen wi-

 „ der,

„ der, und darzu ein versigelt Quitantien fur sollich newn tausend
„ Gulden gegeben werden.

NB. *Perlustrans aliquando* VGHELLI Italiam Sacram *casu reperi* T. IV. p. 266, *Ipsum, quocum hæ tabulæ ordiuntur, ad amplissimos evectum esse bonores. Quæ* Vghelliana *traditio, ut oportuna hac occasione in memoriam revocetur, dignum æstimavi.*

„ STEPHANVS NARDINIS (*ait*) *Foroiuliensis*, familiaris
„ Notariusque PII II. Pontificis, magno ingenio vir, inque
„ Germania - - - gravissimis expediendis negotiis probe versa-
„ tus, ab eodem Pontifice Archiepiscopus *Mediolanensis* adle-
„ ctus est an. 1460. Eundem *Paulus* II . . Neapolim ad *Fer-*
„ *dinandum* legavit, illumque deinde Vrbi Gubernatorem
„ præfecit. *Sixtus* vero IV. *Stephanum* roseo galero donavit
„ — — — — Ad portam *Ticinensem* ad amœnitatem locum
„ construxit, quo Præsules *Mediolan.* ad levandas curas possent
„ ex intervallo divertere. — — Ecclesiasticam disciplinam, quæ
„ notabiliter lapsa erat, revocavit. *Romæ* autem Collegium de
„ suo nomine *Nardinum* appellatum instituit, cuius ius apud
„ *Mediol.* præsules esse decrevit. - - - *Romæ* fato functus est
„ 1484. sepultusque in Vaticana Basilica cum hoc Epitaphio:

D. O. M.
STEPHANO NARDINO PATRIA FOROIVLIENSI
TIT. S. MARIÆ TRANSTIBERIM
PRESBYTERO CARDINALI,
MEDIOLANENSI ARCHIEPISCOPO
LEGATO AVENIONEN.
OBIIT ANNO SALVTIS MCDLXXXIV.
XI. KAL. NOVEMB.

CLVIII.

CLVIII.

Imp. FRIDERICVS, *intelligens a Legatis* Dietheri, *ipsum ad obtinenda Regalia comparere propria in persona non posse, præfigit ei alterum annalem terminum, a die Electionis computandum, intra quem veniat, investituram de iisdem consecuturus.*

1459.

[*p. 771. n. 8.*]

WIr Friderich v. G. G. Romischer Keyser, zu allen Zyten Merer des Richs, zu Hungern, Dalmatien, Croatien ꝛc. Konig. Hertzog zu Osterich, zu Steyer, zu Kernden u. zu Crain; Grave zu Tyrol. Bekennen - - - daſ wir angesehen, und gutlich bedracht haben die merglichen geschefſte u. anliegende sachen, damit der Erwirdige Diether, Erwelter zu Ertzbischoffe zu Mentze, des H. R. R. in Germanien Ertzcantzler, unser lieber Neve u. Kurfurste, als er uns durch sin erber trefflich botschafft hat furbringen und zu erkennen geben lassen, beladen ist, darburch er sich, solich Regalia u. Lehen, so ime als unserm u. des Richs Kurfursten von sin u. sins Stiffts zu Mentze wegen von uns als Romischen Keyser und dem H. Riche zu entpfahen geburt, zu diesen zyten in eigener Persone zu uns beqwemlich nit habe fugen mogen; Und haben darumb, mit wolbedachtem mute, u. gutem rate unser Fursten, Rete - -, dem vorgenanten unserm L. N. u. Kurfursten, die zyt soliche sin Regalia u. Lehen - - - zu entpfahen . . , von sundern gnaden von dem ussgangk des Jars siner erwelunge * zu Ertzbischoff, ein gantz iare das nehst darnach volgende geurlaubt, also daſ er innerhalb derselben zyt, so erst das ungeverlich gesin, selbs zu uns kommen mag, solich vorgemelt Regalia u. Lehen von uns zu entpfahen, und zu thun als sich davon . . gepuret; Urlauben ime das auch also von Rom. Keyserl. macht volkomenheit wissentlich, in crafft dies brieffs - -

* *el. 18. Iun. 1459.*

Geben

Geben zu Wien an Ertag vor S. Lucien tag. Anno Domini MCCCCLIX. unser Riche, des Romischen im zwentzigsten,
11. Dec. des Keiserthums im Achten, und des Hungrischen im ersten, Jaren.

Ad mandatum Dni Imperatoris.

VLRICVS *Weltzli* Cancellarius.

NB. An. 1460. d. 4. Oct. prorogationem obtinuit ad annum unum. At rebus notabiliter interea alteratis, & in peius de die in diem ruentibus, bona Cæsaris voluntas successu optato est destituta.

CLIX.

DIETHERVS, *propter auctam* Romæ *Taxam iurium* Annatæ *ultra quam exigi hactenus dependique consuevit, appellans, adhærentem sibi parat* Fridericum *Palatinum.*

An. 1461.

ex Autogr. WIr Friderich v. G. G. Pfaltzgrave - - , des H. R. R. Ertzdruchsesse u. Kurfurste. Bekennen und tun kunt offembar mit diesem brieffe, Nachdem der Erwirdige in GOt Vatter, Herr **Diether** Erwelter und bestettigter zu Ertzb. zu Meintze 2c. und Kurfurste, unser lieber besunder Frundt, durch unsern heyl. Vatter itzt den Babst, von der bezalung wegen der **Annaten** * widder die Decrett des heyligen Concilii zu Basel, und uber die alte Taxa uff sin Kirchen zu Meintze geslagen vast hoher u. ferrer furgenommen, deshalben beswert, und damit getrungen ist ein uffhalt zu tun durch appelliren u. anders furzunemen, der worten daß der wirdige Stiefft zu Meintze itzt u. hernach uber die alt Taxe unbeswert blibe; Und nach dem sich der benant Ertzb. **Diether** erbotten hatt, daß wir Sin mechtig sin sollen, daß er williglichen die alte Taxe ussrichten u. bezalen woll; Bekennen wir mit diesem brieff, daß

* Annata: *reditus anni, ab eo qui recens in locum demortui Episcopi . . succedit, exsolvi summo Pontifici solitus.*

daſ wir GOt zu lobe, und umb daſ der Stiefft zu Meintze by ſinen alten Rechten unbeſwert blibe, und daruber nit ubernommen werde, ſiner Appellation, die er itzt getan hat, oder nachmals tun werde, wie ſich das macht, der urſachen halb adheriren, zufallen, byſtant, hilffe u. rate tun; und deshalben von Jme ungetrennet ſin wollen u. ſollen, getruwelich u. ane alle geverde.

Des zu orkunde haben wir unſer Jngeſiegel an dieſem brieff dun hencken. Datum Nurnberg uff Sambſtag vor dem Sontag *Reminiſcere*. Anno Domini MCCCCLXI.

NB. *Ex hac* DIETHERI *ad futurum Concilium appellatione, ceu præcipua origine, fluxerunt torrentes omnium calamitatum & malorum in* Moguntinam *provinciam; Dum in contumacia obdurato* PIVS *oppoſuit* ADOLFVM Naſſovium, de quo n. CLV.

CLX.

Vt P. PIVS *conceptam intentionem ſuam*, Diethe-rum *exauctorandi*, & *ſubſtituendi* Adolfum, *exequatur*, C. Fridericus *deſuper edoctus annuit.*

1461.

WIr Friderich v. G. G. Romiſcher Kayſer, zu allen zeiten Merer des Reichs. Zu Hungern, Dalmatien, Croatien ꝛc. Kunig. Ertzhertzog zu Oſterreich, zu Steir, zu Kernden u. zu Crain, Herre auff der Windiſchen March u. zu Portenaw, Grave zu Hapsburg, zu Tyrol, zu Phirt, u. zu Kyburg. Marggrave zu Burgaw, und Lantgrave in Elſaß. Bekennen offennlich mit dieſem brieff allen den die in ſehen oder horen leſen; Wann unſer heiliger Vatter, Pabſt PIVS uns underrichtet hat, wie ſein Heilikeit umb mergklich verhanndlung u. frevelich ungehorſam, ſo der Erwirdig Diether von Yſemburg Erwelter u. beſtetter zu Ertzbiſchoven zu Mentz wider ſein *ex Autogr.*

Heilikeit u. den Stule zu Rome mercklich beganngen hat; in meynung u. furnemen sey, denselben Diethern des Ertzbischoffl. Stuls u. Wirde darumb zu entsetzen u. zu priviren, und die mit einer wirdigen tuglichen Persone, so Seiner Heilikeit u. dem Stul zu Rome, und uns u. dem H. Reiche auch zimlich ere u. gehorsam bewise, zu fursehen; nemlich mit dem Ersamen, unserm L. andechtigen Adolffen von Nassaw; Und uns angelanngt, daß wir als Rom. Kayser zu solcher entsetzung des benanten Diethers, und fursehung des egerurtten Adolffs von Nassaw unsern gunst u. willen geben wolten;

Und nach dem dann solich egemelt S^r Heil. meynung u. furnemen wider den vorgen. Diether, nach dem u. er auch unser Keyserl. Maiestat mercklich Smehe u. widerwertikeit beweiset hat zu belaidigung derselben unser Keyserl. Mai. Wirde, State u. wesens, uns auch gevellich ist; So haben wir zu solcher .. Privirung u. Entsetzung des egen. Diethers, und fursehung des .. Adolffs von Nassaw, wann die S. H. getan hat, oder tut, unsern Keyserl. gunst u. willen yetz als dann, und dann als yetz gegeben; Und geben auch den also darzu von R. Keys. Macht volkomenheit wissentlich mit dem brief. Doch uns, und dem H. Riche an unser oberkeit, gewaltsam u. gerechtikeit in allwege unvergriffenlich u. unschedlich.

Mit urkund dis briefs, besigelt mit unserm Keyserl. anhangen-
7. Aug. den Insigel. Geben zu Gretz am Freytag vor S. Larenntzen tag, nach Cristi geburte Viertzehen hundert und im ain u. sechtzigisten. Unser Reiche des Romischen im (22) des Keyserthumbs im zehenndeb, und des Hungrischen im dritten, Jaren.

Ad mandatum Domini Imperatoris in Consilio.

VLRICVS *Weltzli* Cancellarius.

CLXI.

CLXI.

BVLLA *Pontificis ad Vasallos, qua* DIETHERVS *exauctoratur, & in eius locum præficitur* ADOLFVS Nass. *cui debitum obsequium ab ipsis præstandum.*

1461.

PIVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Dilectis filiis universis Vasallis Ecclesie Maguntin. salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie iniquitatis filium DIETHERVM, periurum, simoniaca labe respersum, excommunicatum publice denuntiatum, mandatorum Sedis Apostolice contemptorem, irregularem, ac de heresi vehementer suspectum, qui se pro *Electo Moguntino* gerebat, & a nobis confirmationem per falsas suggestiones obtinuerat, licet per eius violentiam, tirannidem, rapinam, sevitiam, & alios enormes excessus ac diversa publica & notoria crimina iam cecidisse a iure suo manifestum esset, si quod in ecclesia *Maguntin.* aut ex electione aut provisione nostra sibi competiisset; nichilominus de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio ad maiorem cautelam propter huiusmodi tam temerarios ausus & tam enormia facinora ipsum DIETHERVM dicta Ecclesia *Mag.* ac omni iure, quod sibi in ea competere posset, privavimus & privatum esse declaravimus, atque amovimus ab eadem: * Eumque licet absentem & invitum ab omni vinculo absolvimus, quo teneretur eidem; nec non Ecclesie *Magunt.* predicte vacanti de persona dilecti filii ADOLFI de *Nasso* ipsius ecclesie Canonici, in Subdiaconatus ordine constituti, vite ac morum integritate, doctrina & litterarum scientia prediti, & in spiritualibus providi, ac prudentia & rerum experientia in temporalibus circumspecti; nec non hospitalitate, lenitate, clementia, misericordia ac iustitia, & aliis multarum virtutum donis insigniti, ac de magno Nobilium & Comitum genere pro-

ex Autogr.

* *v.* Ioannis. *T. II. p.* 154.

procreati, Electi *Maguntin.* de dictorum Fratrum consilio, auctoritate prefata providimus, preficiendo eundem ADOLFUM ipsi eccl. M. in Archiepiscopum & Pastorem, prout in nostris inde confectis Litteris plenius continetur.

Quocirca universitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus ADOLFUM Electum devote suscipientes, & debita honorificentia prosequentes, ei fidelitatem solitam, nec non consueta servitia & iura sibi a vobis debita exhibere, ac omnia & singula, que in favorem d. *Adolfi* . . necessaria seu quomodolibet oportuna ad possessionem ecclesie eiusdem . ., illiusque bonorum & iurium consequendam facere, & omnem diligentiam adhibere curetis & integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam, quam idem *Adolfus* Electus rite tulerit sive statuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Tiburi Anno incarnationis Dominice *MCCCC*
21. Aug. *sexag° primo*, XII. Kal. Septembris. Pontificatus nostri anno tertio.

G. de *Piccolomini.*
Io. de *Cremonensibus.*

CLXII.

Archistrategus, qui contra Palatinum *&* *Diethe-rum in partibus transrhenanis hostiliter agat, constituitur* Alwicus *Comes* de Sultz.

1462.

ex Autogr. WIr Adolff v. G. G. des H. S. zu Mentz Erwelter u. bestedigter; des H. R. R. durch Germanien Ertzcanceler u. Kurfurste. Bekennen und thun kunt mit diesem brieffe, daz wir den Edeln, unsern Neven u. getruwen, Alwigen Grafen

sen zu **Sultz**, unsern Heubtman geordnet, gemacht, und ime die Heubtmanschafft ihensyt Ryns widder Hertzogen **Friderichen** den Pfaltzgrafen, **Diethern** von Isenbergh, **Philipsen** Grafen zu Katzenelnbogen, und andere unsere Fyende, ire Anhengere u. Helffere, so lange und wir mit den in offener Vehede stehen, empholen, und Ime darumb geredt u. versprochen haben - - -, zu geben u. volgen zu lassen den Zehenden teyl an aller Habe u. Gutt, wie oder in welchen Wert daz dann durch uns, unsere diener oder die unsern, den egenanten unsern Vyenden an den Enden abgebrochen, erwunnen u. erobert wird, nichts usgescheiden, dann die eygenschafft an Slossen, Stetten, u. befestigten Dorffern, und Rissigen Gefangen, die uns alleyn zustehen u. gehoren sollen; Und darzu alles anders so eynem obersten Heubtmann gehoret, ungeverlich.

Wer ez auch sache, daz wir mit hilff unser Herren u. Frunde eynche Veldzoge oder Anslege theden, so sollen u. wollen wir darane syn, und nach unserm vermogen flyß haben, damidt daz demselben Grafe **Alwigen** als eynem obersten Heubtmann von den ihennen, so uns solich Zoge oder Anslage hulffen vollenbrengen, den zehenden teyl von aller Habe u. Gutte, so von uns u. ine erobert wirdt, ime den zu verwilligen u. volgen zu lassen, in aller maß als wir inne das von unsern wegen zugesagt u. verwilligt haben.

Und heruff so sall u. mag der obgen. Grafe **Alwig** unser Heubtmann iensyt des Rynes furnemen, thun u. handeln, mit brantschatzung, veligung u. trostung, * und alles daz, das sich in solichen Veheden von unsern wegen geburet, ane intrag unserer - - -; Sondern, obe wir, oder yemand von unsern wegen brantschatzen, veligen oder trosten wolten, sal alles gescheen durch den obgen. unsern Heubtmann Grafe **Alwigen**, aller dinge ungeverlich.

* *vulgo Salva guardia.*

Zu urkunde han wir unser Ingesiegel thun hencken an diesen brieff. Der geben ist zu Erenfels am Donerstage nach *Epiphanye Domini*. Anno eiusdem MCCCCLXII. *7. Ianuar.*

CLXIII.

Encyclica, *ad opem* Adolfo, *pro possessione Eccl.* Mogunt. *nanciscenda, præstandam.*

1462.

ex Autogr. PIVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Vniversis & singulis carissimis in Xpo filiis, Romanorum Imperatori & Regibus, ac Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ecclesiarum & Monasteriorum Prelatis, Secularibus, & Ordinum quorumcunque Regularibus; nec non dilectis filiis Nobilibus viris, principibus Electoribus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militaribus, & quibuscunque communitatibus Civitatum, opidorum & locorum quomodolibet, ubilibet constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum omnes Reges & Principes Xpiane religionis Romano Pontifici ut ipsius Religionis Pastori & capiti obedientiam & reverentiam impendere consuerint, condecens est, ut etiam adversus protervorum audaciam, qui, claves Ecclesie contempnentes, & aliunde quam per hostium ingredi satagentes, ecclesiarum Metropolitanarum regimina, contra ipsius Pontificis voluntatem, armis invadunt, tanquam adversus fures & latrones, eidem Pontifici, & Romanorum Imperatori pro iusticia certanti, subsidia & opem libenter impendant.

Dudum siquidem, cum iniquitatis filium Dietherum de Ysenburg, *Maguntinensi* ecclesia Pastore carente eidem ecclesie in Archiepiscopum & Pastorem, ut Electum iustis ac iuratis conditionibus prefecissemus; demum cognito, ipsum Dietherum, ob non promotionem seu consecrationem infra iuris terminum, ab omni iure ad dictam ecclesiam cecidisse; atque etiam periurio, & excommunicationis ac aliarum censurarum ecclesiasticarum contemptu, nec non irregularitate, & contra nos & Sedem prefatam rebellione, ac aliis gravibus morbis

morbis & exceſſibus notorie laborare; propter que omnia indignus quidem, ut ipſi eccleſie & tanto populo preficeretur, cenſendus erat; habito ſuper hoc cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus tractatu & deliberatione matura, de eorum conſilio & aſſenſu, iuxta formam iuris procedendo dictum *Dietherum* prefata Eccleſia, & omni iure quod ſibi in illa, vel ad eam competere poſſet, auctoritate Apoſtolica privatum declaravimus, privavimusque, & ab illa realiter amovimus; ipſumque a vinculo, quo dicte eccleſie tenebatur, abſolvimus. Decrevimusque, Capitula, Prepoſitos, Decanos, Scolaſticos, Cuſtodes, Camerarios, Cantores, Theſaurarios, omneſque & ſingulos Prelatos, quocunque nomine cenſerentur, Canonicos, Vicarios perpetuos & temporales, Altariſtas ipſius Eccleſie & totius Dioceſis *Maguntine*; omnes denique Vaſallos, Ligios, Caſtrenſes, ac ſimplices Officiatos, Scabinos civitatum & opidorum, villarum, fortiliciorumque omnium; Burgimagiſtros, Conſules eorumque Rectores, quocunque cenſeantur nomine, ac ſubditos univerſos & ſingulos - - - dicto DIETHERO in nulla re obedientie vinculo teneri, & a iuramento, ſi quod ei preſtiterant, liberos & abſolutos eſſe. Mandavimusque ipſis - - - - - ne de cetero d. *Diethero* .. aut eius procuratoribus in aliquo parerent vel reſponderent, ſed eum tanquam morbidam pecudem & peſtilentem beſtiam devitarent.

Poſtmodum vero ipſi Eccleſie *Maguntine* de perſona dilecti filii ADOLFI de *Naſſau*, tunc dicte eccleſie Canonici, de Comitum genere procreati, de eorundem Fratrum conſilio providimus, ipſumque illi providimus in Archiep. & paſtorem, prout in variis noſtris ſuper his confectis Litteris plenius continetur.

Verum cum ipſe *Dietherus* in reprobum ſenſum datus, ac ut fur & latro aliunde quam per hoſtium intrare ſatagens, ſuffultus preſidio Nobilis viri FREDERICI *Com. Pal. Rheni*, & aliorum complicum & adherentium ſuorum, prefatam Eccleſiam vi & armis invadere adorſus eſſet; Et tam ipſe quam d.

Comes

Comes Pal. & complices atque adherentes, verum & legitimum d. Ecclesie Sponsum *Adolfum* Electum prefatum persequi, dicteque Ecclesie opida & loca alia, que poterant, occupare, & plurima Bella in diocesi *Maguntina* immiscere, & varia mala & homicidia perpetrare non cessarent; Carissimus in Xpo filius noster FREDERICUS, Romanorum Imperator Augustus, misertus conditionis dicte ecclesie *Maguntine*, eamque quoad posset ab oppressionibus relevare volens, mandavit Principibus & communitatibus sibi subiectis nationis Germanice quibuscunque, ut prefato *Adolfo* Electo in assequenda & conservanda possessione d. Ecclesie . . auxilio essent, atque iniunxit.

Nos igitur attendentes, quam pernicioso exemplo in eadem Xpiana religione sit, patere alicui aditum vi & armis ad pontificales dignitates; et eum, cui per successorem B. Petri animarum cura & regimen committi debet, usurpare potentia, quod eius demerita consequi non permittunt; ac huic morbo tanquam pestifero & nocivo, & tirannicam heresin sapienti, non solum per Rom. Pontificem & Imperatorem, sed etiam per quoscunque alios Principes & Prelatos dignum esse ut occurratur, non immerito existimantes; Vos Reges - - - ac alios Principes hortamur & obsecramus, Archiepiscopis vero & Episcopis, ac Ducibus, Marchionibus — — — —, quibus per prefatum Imperatorem id mandatum & iniunctum est, seu mandari & iniungi continget, sub penis, quibusdam monitorialibus Litteris nostris, que sub data *sexto Idus Ian. pontificatus nostri anno quarto* expedite fuerunt, contentis districte precipiendo mandamus, ut eidem Electo *Adolfo* in assequenda & obtinenda possessione dicte Eccl. *M.* omnem opem vobis possibilem, ac auxilium, consilium & favorem contra *Comitem Palat.* & *Dietherum*, complicesque & adherentes prefatos, iuxta mandatum Imperiale pred. impendatis; Comitemque *Palatinum* & *Dietherum* & predictos ab eorum nephariis conatibus quoad vobis possibile fuerit arceatis, ac preceptis & mandatis prefati Imperatoris quoad hoc efficaciter parere studeatis, ut per huiusmodi obsequia, que pro iustitia Apostolice Sedi &

Magunt.

Magunt. Ecclesie impenderitis; non solum ipsius sedis benivolentiam & gratiam, sed etiam ab eo, qui beatitudinem patientibus persecutionem propter iustitiam repromisit, perennis vite premium consequi valeatis.

Datum *Rome* apud *S. Petrum*, Anno incarnationis Dominice MCCCCLXII. Kal. Maii. Pontificatus nostri anno quarto.

de *Curia.*
B. de *Ianua.*

a tergo
Registrata apud me G. de
Piccolomini.

CLXIV.

BREVE *ad* Adolfum, *ut pro rerum circumstantiis indulgeat Abbati* Seligenst.; *& pœnas vel Censuras, si quas in eum tulerit, revocet.*

1462.

[*p. 779. n. 3.*]

PIVS Papa II. *Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem.* Fuit apud nos dil. filius REINHARDVS, Abbas Monasterii opidi *Selgenstadt* Ordinis S. *Benedicti* - -, exposuitque nobis, se esse in magna perplexitate, eo quod tua Devotio eum requisivit, ut tibi publicam prestaret obedientiam; quod quidem ipse libenti animo faceret, favet enim tibi, et studiosus est honoris & exaltationis tue; sed terret eum iniquitatis filius DIETHERVS depositus, adversarius tuus, qui, cum habeat dominium dicti opidi de facto occupatum, si sentiret, Abbatem tibi adherere, profecto ut est ingenio pravo, & animo obstinato ad malignandum, ipsum Abbatem & monasterium invaderet, omniaque verteret in ruinam; ex quo illud succederet, quod occupatis bonis monasterii fortio fieret, illaque in perniciem tuam converteret.

Quod ſi, ut Deo & iuſtitia faventibus confidimus, tua Devotio poſſeſſionem dicti opidi & terrarum vicinarum pocietur, Abbas ipſe paratus eſt obedientiam tibi preſtare, & te ut verum *Maguntinenſem* Archiepiſcopum revereri & colere; ſicque nobis promiſit, & te pro Archiepiſcopo recognovit.

Nos itaque, perſpecto bono dicti Abbatis animo, et rerum ac temporum conditionibus conſideratis, iuſtam eſſe eius rationem cenſemus, et ſtatu ſuo, & commodo monaſterii iudicamus conſulendum. Proinde hortamur tuam Devotionem, eique mandamus, ut premiſſorum occaſione d. Abbatem non moleſtes, eiusque neceſſitatem habeas excuſatam; Et ſi contra eum ad aliquas penas vel cenſuras proceſſiſti, illas tollere & revocare procures, & ipſum ad cautelam ab illis abſolvas. Sapientis enim habetur, tempori ſeſe accomodare.

Datum *Viterbii* ſub annulo Piſcatoris die XIV. Maii. MCCCCLXII. Pontificatus noſtri Anno quarto.

G. *Picolomini.*

Dilecto filio ADOLFFO
Electo *Maguntino.*

CLXV.

BVLLA *ad* S. P. Q. E. *qua P. eorum devotionem erga Sedem Apoſt. dilaudans,* Adolfo - - *omnigenam alienationis ſpeciem Domus ſeu Curiæ epiſcopalis ibidem, ſtricte inhibet.*

An. 1462.

[*p. 787. ad textum* Serar. *§. V.*]

PIVS *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dilectis filiis, Proconſulibus, Conſulatui & communitati opidi ERFFVRDENSIS, . . ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conſtantia fidei, probata ſinceritas, & ſingularis devotionis affe-

affectus, quem ad nos & Romanam geritis Ecclesiam, digne merentur, ut humiles preces vestras ad exauditionis gratiam admittentes, illa vobis favorabiliter concedamus, que status vestri honorem, tranquillitatem & pacem, nec non vestre Reipublice communem utilitatem concernere dinoscuntur.

Sane quedam Domus, seu quoddam allodium, ubi Provisor, Sigillifer, & ceteri Officiales Archiepiscopi *Maguntini*, - - - Curiam Archiepiscopalem tenere consueverunt, vosque propter controversiam, que inter Venerabilem Fratrem nostrum ADOLFVM, vestrum & indubitatum Archiepiscopum super Ecclesia *Maguntina* agitata, plurimum dubitetis, ne Curia ipsa ad manus & posse nonnullorum ecclesiasticorum seu secularium Principum, vel nobilium potentium Dominorum deveniat vel alienetur; Nos igitur attendentes, quod ipsa alienatio sine preiudicio atque dampno fieri non posset, & propterea indempnitatibus vestris providere, ac dampnis huiusmodi, ne illa eveniant, quantum cum Deo possumus obviare volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore presentium constituimus & decernimus, vobisque gratiose concedimus, quod curia Archiepiscopalis *Mog.* in dicto opido *Erf.* cum iuribus, iurisdictionibus, redditibus, theloneis & pertinentiis suis omnibus & singulis non possit nec debeat per eundem *Adolfum* vel quemcunque alium Archiepiscopum *Maguntinum* p. t. existentem, quavis occasione vel causa alienari, vel in aliquem seu aliquos, cuiusvis alienationis titulo transferri, etiam alienationis vocabulo largissime sumpto. Quam quidem alienationem *Adolfo*, & p. t. existenti Archiepiscopo . . penitus interdicimus. Decernentes per quascunque Litteras a Sede Apostolica vel Legatis eiusdem de cetero cum quibusvis verbis & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam motu proprio & certa scientia emanandis, statuto, ordinationi & concessioni premissis, non fore nec censeri debere derogatum, nisi in ipsis emanandis litteris totus tenor presentium de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas, vel idem importantes, fuerit insertus, ex nunc

 irri-

irritum & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus ac statutis, privilegiis & litteris Apostolicis Archiepiscopo . . seu ecclesie *Maguntinensi* concessis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda foret, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum (*&c.*)

27. Aug. Datum *Piencie* Anno Incarnationis Dominice MCCCCLXII. VI. Kal. Septembris. Pontificatus nostri anno quarto.

NB. Eod. *hoc anno*, 27. *Oct. qua fuit vigilia* SS. Sim. & Iudæ, *hora post mediam noctem quarta*, Adolfiani *ascensu in ipsam Civitatem iuxta Gavii portam per muros parato, ex insidiis captam, misere diripuerunt. Nulli Ordini, Sexui aut ætati parcentes delevere omnia ad internecionem.* „ Dietherus „ autem, qui pridie, una cum Philippo Com. *Cattimelib.* „ Moguntiam *venerat.*, - - - Fridericum *Pal.*, qui postri- „ die quoque venturus erat, exspectantes: Hi, cum hostem „ insperato civitatem occupasse accepissent, trepidi, mentem „ civium, proditionemque metuentes, subito ex mœnibus „ urbis, fune per intimos quosdam suos dimissi, piscatoria „ scaphula Rheno transmisso, fuga salutem sibi compararunt; „ quod nisi factum, hostes eos, in lectulis ac stratis - - adhuc „ requiescentes, comprehendissent " Helwich. *apud* Ioan. *V. II. p.* 183.

CLXVI.

Instrumentum *publ. quo* Rupertus *Elect.* Colon. *se* Adolfo *sistit Sponsorem fratris sui* Friderici C. P. R. *fide non solum iurata, sed & sub iactura iuris ad archiepiscopatum quæsiti cavens, d.* Fridericum *omnia puncta, Litteris hic insertis contenta, religiosissime adimpleturum.*

1463.

1463.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Anno a nativitate eiusdem MCCCCLXIII, Indict. XI, die vero Iovis XXI. mensis Aprilis de mane hora septima vel quasi, Pontificatus SS^{mi} in Xpo Patris & Domini nostri Dni PII divina providencia Pape II. anno quinto Reverendissimus in Xpo Pater & D. D. RVPERTVS, Electus *Coloniensis*, Angarie & Westphalie Dux, S. R. I. per Italiam Archicancellarius & princeps Elector, in manibus nostrorum Notariorum infra script. rite & legitime stipulantium & recipientium vice & nomine omnium & singulorum quorum interest, vel intererit seu interesse poterit quomodolibet in futurum, fide data loco prestiti iuramenti promisit, ac tactis per eum Scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Evangelia corporaliter iuravit, seque sub Camere Apostolice, & privationis omnium & singulorum beneficiorum que de presenti obtinet vel in futurum obtinebit, ac periurii penis specialiter publice expresse obligavit, quod in casum & eventum, in quem seu quos, quod Deus avertat, Illustris Princeps . . D. FRIDERICVS *Com. Pal. Reni*, Bavarie Dux, S. Imp. Archidapifer & princeps Elector, non servaverit seu adimpleverit, realiter & cum effectu, in toto, vel aliqua eius parte, quovis quesito colore omnia & singula, que sunt contenta & conscripta in Littera vulgari inferius inserta, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. *ex Autogr.*

Wir **Friderich** v. G. G. Pfaltzgrave - - H. in B. des H. R. R. Ertzdruchseß u. Kurfurst, bekennen und thun kunt gein allermenniglich - -, Als wir mit Herrn **Adolffen**, Erwelten u. bestetigten zu Mentz ꝛc., auch Dechant u. Capittel des Dhomstiffts, und der Pfaffheit zu Mentz, Graven **Johann** von Nassauwe, **Eberharten** von Eppenstein, iren Helfferen, helffers helfferen u. zugewanten, zu Veheden, Kriegen u. uffrure kommen sint, von solicher Irrunge wegen *Littera Friderici, hostiliter agentis contra Adolfum.*

itzund im Stifft Mentze swebend zwuschen demselben H. Adolffen, und H. Diethern von Isenburg auch Erwelten u. bestetigten zu Mentz, und uns.

RUP. abhinc usque ad S. Martin. armistitium procuravit, et diem praefixit, ad concordiam,

Ex intuitu, ut PP. eo facilior reddatur, ad electionem ipsius confirmandam;

Pax demum generalis promoveatur.

Und der Erwirdige in GOt Vater H. Ruprecht, Erwelter zu Collen rc. unser lieber bruder, umb redelicher ursachen willen eynen Frieden u. gutlichen anstant biß uff S. Martins tag schirst erlangt; auch einen gutlichen Tag zwuschen den vorgemelten Parthien zu beramen, und Sie solicher Irrung understehen zu vertragen, underfangen u. angenommen; und sich unser gemechtiget hat, daß wir die Vehede, darinn wir dem genanten H. Adolffen *& supra nominatis* abestellen sollen; wie dann soliche Mechtigung - - von unserm . . bruder von Collen im besten gescheen ist; Daß wir, uff daß unser Heiligster Vater der Babst desto geneigter werde, den genanten unsern bruder . . zu bestetigen; und, ob Sin Heiligkeit unwillen zu uns odir den unsern hette, die abzustellen, und der Fridde in den gemeynden Landen desto furderlicher volgen werde, und anderer redelicher ursachen wegen uns des billig bewegt haben mögen;

So haben wir uß guter zittiger vorbetrachtigung uffgenommen, und bewilliget - - - alles und iglichs, des sich - - unser bruder . . gemechtiget hat; und sollen u. wollen auch daruff solich Vehede, unwillen u. Kriege, darinn wir mit demselben H. Adolffe - -, auch Grave Johann von Nassauwe, Eberharten von Eppenstein Herrn zu Konigstein, und iren Helfferen - - bis her gewest sin, ruhen lassen, hie zwuschen und S. Martins tag schierst komende, nach lude der Friedebrieve daruber begriffen.

In praelibatas inducias,

Diemque FRID. consentit.

Inndes sol *Coloniensis* eynen gutlichen Tag zwuschen den . . Parthien furnemen u. beramen; Und understehen die mit irer beyder wissen u. willen gutlichen, odir rechtlichs ußtrags zu vereynigen. Und ob es were, daß solicher gutlicher Tag furgang gewunne odir nit, odir die - - Parthien uff solichem Tage, ob

ob der furgang hette, vereynet u. vertragen wurden odir nit, wie und was Sachen das zuqweme, nichts ußgenommen, so sollen u. wollen wir doch vor ußgang des obgemelten Friedens soliche -- Vehede gegen dem - - H. Adolffen, und allen unwillen wir zu Jme, auch Dechant u. Capittel des Dhomstiffts Mentz; Grave Johann von Nassauwe, Grave Hansen von Wertheim, Philipsen Junggraven zu Rieneck, Eberh. v. Eppenst. H. zu Konigsteyn; Item sine Oheim u. Swegere - - -, ire Lande u. Lude, von solicher obgem. Irrung wegen keynerley Hulff, zuschub odir zulegung, durch uns, odir die unsern thun, odir gescheen lassen in keyne wise. Und wann wir soliche Vehede .. abegethan haben, als so wir auch die abethun sollen u. wollen, alsdann sal verziegen sin uff alles das, *inter* Adolfum, *Capitulum Mogunt. & Clerum*, Ioannem Nass. *ipsius* Adolfi *fratrem, ceterosque praementionatos*, und allen den, die darunder verdacht odir gewant sin, gemacht u. begeben hat, inn zyt des bemelten Kriegs. Und allen den ihenen die ir Lehen von des benanten H. Adolffs wegen uns uffgesagt haben, dieselben .. wollen wir Jne widder lihen, so sie der in halbes Jarsfrist nehst folgende von uns begeren, u. widder emphaen werden.

Armis interea nihil tentaturus.

Amnistia.

Vasalli Pal. Adolfum *secuti restituentur.*

Auch wollen wir uns unsers Oheimen Graven Philipsen von Katzenelenbogen mechtigen, das er und die sinen *una cum praedictis* Fridde u. troistunge ingehen, auch die Vehde abthun, vertzyhen, und Lehen widder lihen; und solichs dem .. H. Adolffen - - - zuschriben sol, in massen von uns obgemelt ist; Und ob er sich des sperren, u. nit inngehen wolte, sollen - - wir ime oder den sinen *adversus praelibatos* keynerley Hulff odir bystant thun. - - -

Philippum C. Katimelenb. *in pacem trahere studebit, cui fors reluctanti omnem denegat assistentiam.*

Wir wollen uns auch mit .. H. Adolffen eyns nemblichen Tags an eyn gelegen Mailstait mit eynander vereynen, und uff demselben Tage zwene unser trefflich und schiedelichen Rethe

Ipso etiam die & opportuno loco, cum A. se re-

conciliabit, per Amicos utriusque partis, illuc mittendos;

Rethe u. Frunde schicken zu sinen Rethen u. Frunden; und denselben - - Macht geben - - sich eyner frundlichen Eynung u. verstentniß, nach gelegenheit unsers iglichs Sachen u. glicher Dinge zu vertragen, dardurch wir beide, unser beider Furstenthum, Lande u. lute in guten Frieden u. eynigkeit lebetagelang verliben mogen. Und ob dieselben unser . . Rethe sich solicher Eynung - - nit vertragen - - - - wurden; Wie dann der benant . . Erwelter zu Coln, und der Wirdiger u. Wolgeborner, Her Henrich Grave zu Nassauwe Dhomprobst zu Mentze uns, nach unser beider verhorung eynmudiglich entscheiden, wie soliche Puncte gelutert u. gehalten werden sollen, daby wollen wir es verliben lassen; und nach menschlichen Glauben nach dem besten versichern, daß soliche fruntlich Eynung u. verstentnisse uffrecht, u. an allen ußzug gehalten werden sal, so ferre die uns odir die unsern, u. der wir mechtig sin, beruren wirdt.

Quorum negotiatione frustrata, Mediatores erunt Rupertus *El.* Col. & Henric. C. N. *Præp.* Mog.

Omnia & singula præmissa sancte servare pollicetur.

Und alles u. iglichs so oben geschrieben steet, gereden u. versprechen wir by unsern Furstl. Eren u. Wirden, und by guten waren truwen an eyns rechten geswornn Eydts statt veste, stete, und unverbruchlichen zu halten u. zu follentziehen *ane alle* ußzuge; darwidder nit zu thun, noch schaffen gethan werde, ader uns zu behelffen, durch was gewaltsame odir Obirkeit, von Bebsten, Rom. Keysern, Konigen, odir andern solicher behelff herruren, auch von eygener bewegniß gegeben, wie das ymmer sin odir erdacht werden mocht, in keyne wise, sunder alle geverde.

Und des zu urkunde haben wir unser Maiestat Inngesiegel thun hencken an diesen brieff; Uns auch mit unser selbs hantschrifft hierunder geschrieben. Datum Heidelberg uff — — tag. Anno Domini *MCCCC sexagesimo tertio.*

Ac easdem Litteras, in debita forma in pergameno conscriptas, Sigillo sue maiestatis appendente sigillatas, ac manu sua

ſua propria ſubſcriptas, Rmo in Xpo Patri & D. D. *Adolfo* Electo & confirmato *Maguntino*, - - - - in & ad manus, poteſtatem & ſecuritatem ſuas, infra hinc & feſtum S. *Martini* proxime futurum non tradiderit ſeu preſentaverit, — — ac in illis negligens ſeu remiſſus fuerit; quod ex tunc Electioni ad eccleſiam *Colonienſem* de ſe facte, ac confirmationi deſuper obtente vel obtinende; vel aliquibus iuribus, attinenciis, Civitatibus, .. Caſtris - - - - ad *eandem* Eccleſiam - - ſeu illius menſam archiepiſcopalem quomodolibet ſpectantibus - -, que de preſenti poſſidet & obtinet, ſeu in poſterum obtinebit — —, frui, uti & gaudere, ac ſe de illis - - intromittere, — — — quovis queſito colore - - -; ſed ex nunc debeat ſe de illis electione & confirmatione, ac iure ſibi ad Eccleſiam *Colonienſem*, & illius - - iurisdictiones, civitates, caſtra - - - qualitercunque acquiſito, penitus - - exonerare, ac illorum poſſeſſioni ſimpliciter cedere; neque etiam futuris perpetuis temporibus debeat aut velit pro ipſa Eccleſia *Col.* ac confirmatione huiusmodi obtinenda, per ſe vel alium . . inſtare; ſed ipſa electio & eccleſia, cum omnibus . . attinenciis, territoriis & dominiis ſuis, ex tunc penitus . . ad Capitulum - - - -, eidem de alia perſona ydonea - - - ad providendum debeant eſſe devoluta.

Et pro maiori premiſſorum ſecuritate idem Dns *Rupertus* - - omnibus melioribus, modo, via — — — quibus magis, melius, & in iure efficacius fieri potuit & debuit, - -, conſtituit - - - & ſolemniter ordinavit ſuos - - - legitimos & indubitatos Procuratores, Actores, negotiorumque ſuorum infraſcriptorum geſtores, ac Nuntios ſuos generales & ſpeciales, — — — videlicet Venerabiles, Generoſos & circumſpectos - - Dominos, HENRICVM Comitem in *Naſſauwe* Prepoſitum preſentem, IOHANNEM Com. *de Naſſauwe* Canonicum *Magunt.* abſentem tamquam preſentem, & IOHANNEM de *Eſpach* in Decr. Licentiatum — —, onus huiusmodi - - in ſe ſponte ſuſcipientes, & quemlibet eorum in ſolidum — —, in caſum & eventum, in quem ſeu quos prefati Domini, RVPERTVS Electus *Col.* vel FRIDERICVS *Com. Pal.* in premiſſorum ali-

 quo

quo negligentes ſeu remiſſi fuerint, vel illa in toto, aut aliqua eius parte non ſervaverint, realiterque & cum effectu non adimpleverint — —, quacunque etiam de cauſa vel occaſione id contigerit, poſtquam pro parte prelibati R^mi^ Dni ADOLFI Electi & confirmati *Magunt.* fuerint requiſiti - - -, ex tunc prout ex nunc ad renuntiandum pure, libere & ſimpliciter ipſius Dni conſtituentis nomine & pro eo, omni iuri ſibi ex Electione huiusmodi, aut confirmatione deſuper obtenta vel obtinenda, ſeu alias qualitercunque ad predictam Eccleſiam archiepiſcopalem *Colonienſem* competenti — — — in & ad manus Capituli — —, vel aliorum quorumcunque ad id poteſtatem habentium; poſſeſſionemque Eccleſie *Col.*, ac civitatum - - caſtrorum - - - eiusdem, penitus & in toto cedendum; illasque renuntiationem ceſſionem & reſignationem, ab his quorum intereſt admitti - - -; nec non, quod in reſignatione huiusmodi non intervenerit ſymoniaca labes, aut aliqua alia illicita pactio ſeu corruptela, aut quodcunque aliud ſolitum, licitum & honeſtum, iuramentum in premiſſis ——— in manum dicti Dni Conſtituentis procurandum, atque pre & infraſcripta violaſſe & non ſervaſſe, publice, in Iudicio vel extra, confitendum, iurisdictioni & cohercitioni quorumcunque Iudicum & Curiarum ſe ſubmittendum, ac penas ſupra & infraſcriptas in ſe ſponte ſuſcipiendum, & illas - - absque aliqua vocatione, ſeu cognitione ſe incidiſſe declarari, ut talem denuntiari faciendum & permittendum, - - - et que ipſemet Dns Conſtituens faceret, ſeu facere poſſet, ſi premiſſis omnibus & ſingulis . . perſonaliter intereſſet. — —

Promiſit inſuper d. Dns *Rupertus* Electus — — — ſe ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id, & quicquid per dictos ſuos Procuratores — — actum . . . geſtum pronuntiatumve fuerit - - in aliquo premiſſorum: Relevans ſeu relevare volens eosdem — — ab omni onere ſatisdandi, iudicio ſiſti, & iudicatum ſolvi - - - ſub ypotheca omnium . . bonorum ſuorum, — — Et inſuper ———— corporaliter iuravit, nec non ſub . . amiſſione iuris ſibi ad eccle-

ecclesiam *Colon.* ex electione huiusmodi — — competentis, privatione - - Beneficiorum que de presenti obtinet — —, ac honoris, infamie, inhabilitatis, & realis periurii penis, quas — —, si contra venerit, incurrere vult — —, & in se suscipit, stipulatus fuit, & denuo promisit se non velle ullo unquam tempore, quacunque de causa, etiam Religionis ingressus, d. suos Procuratores — — revocare, - - - potestatem eis traditam — — ab eis auferre, restringere, suspendere vel limitare, nec eos in executione huiusmodi in aliquo impedire neque etiam ab huiusmodi penis in eum latis, & promulgandis, atque a Processibus aliisque exinde secutis - - provocare vel appellare, - - - seque contra ea aliquatinus defendere & tueri; neque etiam contra - - - que in presenti publico instr. sunt comprehensa, facere vel venire, - - - sed ea - - - firma & inconcussa - - tenere & servare velle.

Et nichilominus omnibus & singulis exceptionibus - -, gratiis & privilegiis, a quibuscunque etiam Romanis Pontificibus, Generalibus, nationalibus & provincialibus Synodis: Romanorum Imperatoribus aliisque Regibus, Principibus, Prelatis & quibuscunque personis, — — — — quibus contra premissa - - quomodolibet facere - - - posset, penitus & in toto - - - renuntiavit; Quodque etiam non velit se ab huiusmodi obligationibus - - - facere absolvi, seu secum desuper dispensari, — — — dolo & fraude — — — penitus seclusis. De & super quibus omnibus - - - prelibatus D. *Rupertus* Electus - - sibi a nobis Notariis publ. - - unum vel plura - - confici & fieri petiit Instrumentum & instrumenta.

Acta sunt hec *Maguntie*, in curia zur **Cronen** vulgariter nuncupata, sub Anno - - die, mense — — — quibus supra. Presentibus ibidem Reverendo in Xpo Patre, Generoso, Venerabilibus, Robustis, & Honorabilibus viris, Dominis

SYFRIDO Episcopo *Cyrenensi*, Sacre Theologie Professore.

Ord. S. Dominici. *Sedis* Mogunt. *Suffraganeus ab an.* 1446. *Cognomine* Piscator.

Domicello IOHANNE Comite in *Nassauwe*.

Richardo de *Superiori lapide*, Decano Maguntino.

Alias de Oberstein. *Abdicans Decanatum* an. 1474. *in gratiam* Bertholdi *Com.* de Henneberg.

Iohanne *Ernesti*, S. Theologie, Custode:
Mathia *Ramung*, Wormatiensis:
Georgio Hesseler, * Decretorum Doctoribus;
Henrico *Lorbecber*, Coloniensis: Ecclesiarum Canonicis.

* *Oriundus* Wirceburgi, *Can. Ecclesiæ Collegiatæ* ad Novum monasterium. *Ob continuas* FRIDERICI *Imp. preces creatus* 1477. *a* Sixto IV. CARDINALIS *presbyter S. Luciæ.* „ An. 1482. Septembri mense, obrutus Da- „ nubii aquis, dum parva lintre amnem traiicere cogitat." *Mallinckr.* de *Cardd. Germ.* p. 181. *Viennæ* ad B. V. in ripa sepultus. *Müll.* R. T. Th. *p.* 739.

Wigando de *Selbach*, & **Henrico** *Faut* de *Vronhusen*, Armigeris.

Adolfo de *Breithart*, B. *Marie* ad gradus Mogunt. & **Nicolao** *Bernhardi*, S. Martini Heiligenstadensis . . ecclesiarum Canonicis.

* v. Cod. III. p. 967. n. 27. Et ego *Iohannes Stube* de *Waldeck* * Clericus — — —, Notarius, Causarumque S. Sedis Maguntine iuratus, quia premissis omnibus & singulis — — — presens interfui, — — —, ideoque hoc . . Instrumentum publ. . . . inde confeci (*&c.*)

† ib. p. 848. Et ego *Symon Heydeck* † Clericus Mag. — — — Notarius (*&c.*)

NB. PRINCIPIBUS *post tot clades & miserias utrinque fatigatis, ac Ærariis exhaustis, Pax tandem, Mediatore* HENRICO Hassiæ *Landgravio, certis sub conditionibus * in Castris prope* Zeilsheim (Höchstam *inter* & Hofhemium) *sancita est Mercurii*, S. Francisci *festum sequente. Perrexerunt inde* Francofurtum, *ubi in executionem conventorum illico expeditæ sunt Litteræ.* DIETHERUS *animo fractus in cœtu Procerum Archiepiscopatu se abdicans*, ADOLFUM *suum veneratur Dominum; flexoque poplite a Legato Apostolico veniam petens, tamquam privatus exiit Prætorium, & Aschaffenburgum se contulit,*

* v. Ioan. T. II. p. 192.

CLXVII.

CLXVII.

EXEGESIS.

LITTERIS, *fer.* 4. *ſeptimanæ Pentec. anni* 1463. *ſignatis*, Diethero, *de ſcitu & placito* Caroli *M.* Badenſis, *Capituli metrop.*, Ioannis *Naſſoviæ* Com. *nec non* Eberhardi *ab* Eppenſtein *ſpopondit* Adolfus, *ſe nihil attentaturum usque ad diem* S. Martini, *quo Ditionis* Mogunt. *loca, per* Dietherum *tunc poſſeſſa, ipſi eriperentur, Subditique ad homagium* Adolfo *præſtandum cogerentur. Cum vi autem Concordiæ inter* A. & D. *factæ per* HENR. Haſſiæ *Landgr.* Diethero *incumbat Provinciam* Mog. *dimittere, ac in Poteſtatem* Adolfi *tradere; hinc idem* A. *promiſſione, qua Litteris iſtis ſeſe obſtrinxerat, Charta præſente liberatur, redditurque ſolutus.*

1463.

WIr Diether v. G. G. des H. Stuls zu Mentz Erwelter u. beſtetigter, des H. R. R. durch Germanien Ertzkantzler u. Kurfurſt. Bekennen - -, Als der Wirdige Herr Adolff von Naſſauw mit wiſſen u. willen des Hochgebornen Furſten, Herrn Karls Marggraven zu Baden u. Graven zu Spanheim, auch der Wirdigen u. Erſamen, Dechant u. Capitel des Dumſtiffts zu Mentz, und der Edeln, Johann Graven zu Naſſauw, u. Eberharts von Eppenſtein Herrn zu Konigſtein ſich verphlichtet u. verbunden hat, daſ er zwuſchen S. Martins tag ſchirſt komende geyn den Steten, Sloſſen, Lannden u. luten, wir inhan, keinerley ſolle furnemen, damit er dieſelben uß unſern hannden, und zu ſyner Huldung u. gehorſam bringen mochte; dar zu die vorgenanten, Marggrave Karle, - - - ime auch nit beholffen ſin ſollen, nach lude eyns verſiegelten brieffs daruber gegeben, des Datum ſteet uff Mitwochen inn der H. Pfingſtwochen -- (1463.) *ex Autogr.*

Und

Und so nu durch den Hochgebornen Fursten, Herrn Heinrichen Lantgraven zu Hessen, zuschen dem gen. H. Adolffen zu Nassaw und uns ein abrede u. Richtunge erlangt u. begriffen ist, under anderm innhaltende, das wir des Stiffts zu Mentz abetreten, und Herrn Adolffen desselben Stiffts Sloß, Stete — — u. zugehorunge, nach lude u. innhalt derselben abrede wollen lassen volgen; Also sagen wir den . . H. Adolffen von Nassaw, auch M. Karle von Baden, *Capitulum Mogunt.*, Johann G. zu Nassaw und Eberharten von Eppenstein - - der itzgemelten verschrybung u. verpflichtunge gantz qwyt, ledig u. lois, und sal Jne auch furter gantz unschedelich sin, und sie geyn uns, ader yemant anders nit binden in keynem wegk.

Gereden u. versprechen uns auch in guten waren Truwen - - -, das wir, ader nymant von unsernt wegen, uns derselben verschrybunge u. verpflichtunge hinfur nit gebruchen, die auch nit furwenden, ader uffrucken sollen; sundern die sal gantz unmechtig, crafftlois u. toidt sin. Ussgescheyden alle argelist u. geverde.

Und des zu warem urkunde haben wir unser Jngesiegel an diesen brieff thun hencken. Der geben ist zu Franckfurt, am Dinstag nach S. Severs tag. Anno Domini MCCCCLXIII.

15.08.

CLXVIII.

DIETHERUS *sic ergo debellatus, Subditos iureiurando, post occeptum an.* 1459. *regimen sibi devinctos absolvens, dimittit.*

1463.

[*p.* 778. *ante n.* 2.]

WIr Diether - - Erwelter u. bestetiger zu Mentz, des H. R. R. . . Ertzcantzler u. Kurfurst. Lassen uch Burgermeister Rete, und gantze Gemeinde der Stete Aschaffemburg,

burg, Seligenstat, Miltenberg, Bischoffsheim, Buchen, Düren, Amorbach, Obernburg, Werde, Gernsheim u. Pfedersheim: Heiligenstat u. Duderstat, und die Lantschafft darzu gehörend wissen'; Als etliche zyt here zuschen dem Wirdigen Herrn Adolffen von Nassauwe rc. eyns, und Uns, des Stiffts zu Mentz halber des andern teils, mergliche Irrunge, unwille, Kriege u. Zweytracht entstanden, dadurch der gemelte Stifft - -, sine undertane, u. andere zu grosser Unruwe u. beschedigunge komen sint; Daſ wir, von eygener fryer bewegnis u. gutem willen, gantz ungenötiget, dem wirdigen Stifft zu Mentz, und auch allen zu gute, uff daſ der Stifft u. Ir zu rue u. frieden komen mögen, und der nit ferner zertrennet, verstöret, noch gar zergenglichen werde; desselben Stiffts, u. aller gerechtigkeit ansprach u. forderunge, wir darzu oder davon gehabt haben; auch aller u. iglicher obgem. Sloss, Stete, Lande u. lute, mit allem iren nutzen, Renten, gülten u. gerechtigkeiten, herrlichkeiten, und allen andern zu und ingehörden, wie wir die itzunt inhaben, nichts ußgenomen, gentzlich abgetretten sint, und daruff verziehen haben; Tretten des auch abe, u. verzyhen daruff geinwertiglich in krafft dies brieffs.

Nomina civitatum, oppidorum &c.

quæ proprio motu [vel quasi] cedit Adolfo.

Darumb so sagen wir alle u. igliche, Edel u. unedele, Lehenman, Burgman, Amptlute, Diener, underthan, burger, buwer, in u. ußwoner zu u. in die obgem. Sloss, Stete, Ampte u. lantschafft gehörig, sie sin geistlich oder werntlich, aller Pflicht, glubde u. eyde, die sie uns gethan haben, und damit sie uns verwant sint gewest, gantz ledig u. los, - - -, dem vorgen. H. Adolffen, sinen nachkomen, dem Capitel u. Stifft zu Mentz furter zu hulden, zu globen, zu sweren; und mit allen andern Sachen, in aller massen als sie Uns bis here gethan haben, und einem Ertzbibischoff, dem Capittel und dem Stiffe zu M. schuldig u. pflichtig sint, zu gewarten.

Wir sint auch allen u. iglichen, in der gemeyne u. sunderheit, uwer woltat by uns gethan, [damit ir an uns erbarlich, erlich u. from-

fromlich gefaren habt] lobelich hoch dancksagende; mit erpietunge, des gegen uch allen - - zu ewigen tagen in gutem nit zu vergessen, allezyt gnediglich zu bedencken, und gunstlich zu verschulden.

Des zu urkunde ꝛc. Der geben ist zu Franckfurt am Mit-
16. Octobr. wochen nach S. Severs tag. Anno Domini - - - LXIII.

CLXIX.

ADOLFUS *ab omni iurisdictione archiepiscopali* Dietherum *eximit.*

1463.

[*p.778. n.2.*]

Wir Adolf v. G. G. des H. Stuls zu Mentz Erwelter u. bestetigter, des H. R. R. durch Germanien Ertzcanzler u. Kurfurst. Thun kunt allermeniglich - - -, So als nach inhalt eyner Abrede, durch den Hochgebornen Fursten, Herren Heinrichen Lantgraven zu Hessen, zwischen dem Wirdigen Herrn Diether von Isenburg ꝛc. eyns, und uns, des andern teils, des Stiffts zu Mentz halber furgenommen, beteydingt worden ist, daß derselbe Herr Diether von unserm Heiligen Vater dem Babst, und uns durch notturfftige Bullen u. verschreibunge eximirt solte werden ab omni iurisdictione Archiepiscopali &c. Also, fur uns u. unsere nachkomen haben wir mit rechtem wissen den benanten Herrn Diether eximirt, gefryet u. entpunden; - - - - und entpinden Jne von aller unser Ertzbischoffl. iurisdiction, Gebotten u. getzwang, mit diesem brieff; Also daß wir, unser nachkomen u. Stifft, kein - - - - in Jne haben, thun, furwenden noch gebruchen sollen; sundern daß er der aller sin leptag uß gantz unbehafft, ledig, fry u. unphlichtbar sin, auch daby verlyben u. gelassen werden sol von uns u. allermeniglich unbeeintregt.

Gereden

Gereden u. versprechen darumb mit guten waren Truwen, by unsern Furstl. Eren u. Wirden inn u. mit crafft dies brieffs, dem benanten H. Diether sin leptag uß daby zu lassen, Jme das in keyne wyse, u. durch keynerley sache willen zu widderruffen, noch durch uns oder yemants anders zu uberfaren, auch darwidder zu thun nit gestaten in keyne wegk. Ussgescheyden alle argelist u. geverde.

Und des zu urkunde 2c. Der geben ist zu Franckfurt am Mitwochen nach S. Severi tag. (1463.) *26. Octobr.*

CLXX.

DIETHERVS *& sui adhærentes, pace cum* Adolfo *composita, in gratiam Cæsaris & Imperii, qua propter gravissimas offensas exciderant, restituuntur.*

1463.

Friderich v. G. G. Romischer Kayser, zu allen Zeitten Merer des Reichs, zu Hungern, Dalmacien, Croacien 2c. Kunig. Hertzog zu Osterreich, zu Steir, zu Kernnden u. zu Crain, Grave zu Tyrol 2c. *ex Autogr.*

Von solicher Spenne, Kriege u. Zwitrecht wegen, so gewesen sein zwischen dem Erwirdigen Adolphen von Nassaw, Erwelten u. bestetten zu Ertzbischoven zu Mentz, und des H. R. R. in Germanien Ertzcantzler, unserm L. N. u. Curfursten ains teils, und dem Ersamen, unserm L. And. Diethern von Jsemburg, seiner Mitparthyen, Anhenngern u. zugewannden, des andern teils; Darumb dann derselb von Ysemburg *& Consortes* in unnser u. des Reichs swere Ungnad u. Unwillen komen u. gevallen sein; Also umb fleisiger Bete u. Liebe willen des benanten Adolphen - - - haben wir mit wolbedachtem mute, gutem rate u. rechter wissen, gegen dem

egenanten **Diethern von Ysemburg**, seiner Mitpartheyen, Anhenngern u. zugewanden, auch des Stifftes zu **Mennze** annder Stette u. Mannen, unnser u. des Reichs undertanen, so desshalb mit Im verdacht, oder gewandt gewesen sein, alle obgemelt verhanndlung, unwillen u. ungnade, wie sich die der Sachenn halb bisshere wider uns u. das H. Reiche gemachet u. begeben haben, genntzlich u. gar abgetan, nachgegeben und fallen lassen. Tun die ab, lassen In die nach, und emphahen sy alle u. yeglich widerumb in unnser u. des Reichs gnade u. gehorsam, von Romischer Keys. macht volkomenheit, wissentlich in crafft ditz briefs. Und Sy sollen u. mogen auch irer gnaden, Freiheiten, Lehen u. Privilegien, damit sy von uns, unsern Vorfaren u. dem H. R. begnadet sein, wie sy der vor solichen handlungen u. Kriegsleuffen genossen u. gebraucht haben, darauf hinfur allenthalben geniessen, gebrauchen, und der empfengklich sein on allermeniclichs irrung u. hindernus. **Doch** das alle u. yede so in obgemelter unserer u. des H. R. ungnad u. unwillen der sachen halb gefallen, und davon belehend sein, und ir Lehen ufgesaget haben, solcher irer Lehen halb, nach Datum ditz briefs in Jares frist, und darumb als sich geburt von neuen erkennen u. emphahen, nach eigenschafft derselben Lehen. Alsdann wollen wir auch Sy alle u. yede bey solchen gnaden, Freiheiten u. Privilegien halten u. bleiben lassen, auch In ir Lehen, wan sy des in der bemelten Jarsfrist begeren, leihen. Alles getreulich u. ungeverlich.

Mit urkund ditz briefs, versigelt mit unserm Keyserl. anhan-
7. Novembr. genden Insigel. Geben zu der **Newenstat**, am Monntag vor S. **Martins** tag. Nach Cristi geburde **Viertzehen hundert** und im drey u. sechtzigsten. Unnser Reiche, des Romischen im (24), des Keyserthums im (12) und des Hungrischen im funfften, Jaren.

Ad mandatum Domini Imperatoris
in Consilio.

CLXXI.

CLXXI.

P. M. *effusis in* Dietherum *encomiis applaudit Cessioni sponte* * *ab ipso factæ.*

* *hoc fingitur.*

1464.

PIVS *Papa* II. *Dilecte filii salutem & Apostolicam benedictionem.* Recepimus tuas litteras, ex quibus & ex iis quas tuo nomine nobis retulit dilectus filius IOHANNES de *Clivis* Capellanus noster, intelleximus, te sponte cessisse *Maguntine* ecclesie, opidaque & castra ac loca munita, eius Electo consignasse; quod ut summe laudabile est, & omnium commendatione dignum, ita tibi ad honorem & salutem anime pariter cedit; omnes enim qui factum hoc audiunt, efferunt laudibus prudentiam tuam, nosque in primis iudicamus, te, ut virum bonum decet, fecisse, qui honorem omnipotentis Dei, & reverentiam nostram ac sedis Apostolice, Matris tue, omnibus aliis que te in diversum trahere potuissent, pretulisti, plusque apud te valuit Dei timor & auctoritas nostra, quam quevis alia inanis occasio aut respectus. Fecisti rem viro bono & timorato convenientem, qui Dei honorem & anime sue salutem omnibus respectibus debet anteferre. Nos tuam devotionem laudamus, & obedientie tue in Domino benedicimus; bonum opus operatus es, & gratiam nostram promereris. Reconciliatus es Deo & nobis, qui, quanquam immeriti, eius vices tenemus in terris, anime vero tue salubriter consuluisti. Nos ex nunc te in ulnis caritatis & gratie nostre accipientes, benedictionem nostram tibi impertimur, nec tui immemores erimus. Tu modo enitere, & rectum iter quod ingressus es, diligenter teneas, ut confidimus; bene agens, bene a nobis & ab sancta Sede sperare potes, que nunquam filios suos deserit. Nos hy sumus, qui te bene agentem paterne complecti & digne honorare pro meritis cupiamus. Pallium autem, quod pro dicta ecclesia dudum accepisti, volumus ut consignes venerabili fratri HONOFRIO Episcopo *Tricaricensi* Nuntio & Oratori nostro. *ex Autogr.*

 Datum

Datum *Rome* apud S. *Petrum* ſub annulo piſcatoris die X. Ian. MCCCCLXIV. Pontificatus noſtri anno ſexto.

G. de *Picolomio*.

Dilecto filio DIETHERO de *Iſenburg*
Comiti in *Budingen*.

CLXXII.

Syngrapha, qua profitetur Adolfus *ſe debitorem* P. Ferrici *N. A.*

1464.

NOS ADOLFVS *Dei & Apoſtolice Sedis gratia* Mogunt. *Sedis Electus*, - - - Confitemur & in veritate recognoſcimus, quod ſumus debitores Reverendi Patris, Dni PETRI *Ferrici* Decr. D. ſacri Palatii Auditoris, Nuncii & Oratoris Apoſtolici, in quingentis flor. auri Renenſ. occaſione Abſolutionis Illuſtris Principis, Nepotis noſtri Dni HENRICI Lantgravii *Haſſie* & ſuorum, & Nobilis viri DIETHERI de *Iſenburg*, Comitis in *Budingen* & ſuorum; quam abſolutionem eramus obligati noſtris expenſis eis obtinere; quos - - *promittimus* ſibi tradere ad omnem ſuam petitionem ſine quacunque contradictione & exceptione.

In cuius rei - - - - Datum *Hoffheim* XXI die menſis Februarii Anno - - MCCCCLXIV.

CLXXIII.

Capella caſtri Heinzenberg *incorporatur iſti in C.* Wartenſtein.

1464.

ADOLFVS *D. G. S.* Maguntine *Sedis Electus & confirmatus* — — — ad futuram rei memoriam. Notum faci-

facimus universis — — — quod, qnia ut fide dignorum relatione cognovimus, Capella in castro *Heintzenberg* nostre dioc. tum ob castri eiusdem desolationem & totalem fere ruinam, tum quia ad eum statum deducta existit, quod vix aliqui, aut saltem paucissimi reperiantur, qui ad divina audienda officia illic compareant, vel commode venire possint; Nos ex his & aliis rationabilibus causis moti, accedente etiam ad id expresso consensu Reverendi in Xpo Patris, Dni IOHANNIS Electi & confirmati *Treverensis*, Avunculi nostri carissimi, ad quem plenaria eiusdem Capelle pertinet dispositio, auctoritate ordinaria indulgemus, quod divina misteria, in eadem capella celebrari primitus instituta, ad omnem institutionis modum deinceps in Capella castri *Wartenstein*, dicte n. dioc. peragantur & celebrentur. Nec non prefatam capellam in *Heintzenberg* cum redditibus, bonis, possessionibus, iuribus & emolumentis universis, d. Capelle castri *Wartenstein* perpetuo annectimus, unimus & incorporamus. Harum nostrarum, quibus Sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum.

Datum in civitate nostra *Maguntina* die VII. mensis Iunii Anno . . MCCCCLXIV.

CLXXIV.

Ordinationes, quondam factas de Capella in Godesborn, *AEpiscopus ratificat.*

1464.

[*p. 781. n. 14.*]

ADOLFVS - - - - Quoniam, ut accepimus, retroactis temporibus ob inventionem Corporis Dominici in villa nostra *Godesborn* . . maxima fuit illic Xpi fidelium devotio, & concursus, proptereaque de dispositione Capelle, ac etiam oblationum que ibidem . . fiebant, inter nostros predecessores, ac Prepositum, Priorissam & Conventum monasterii nostri Sanctimonialium in *Lipoldesberg* - - Ordinis S. *Be-*

nedicti, ad quos dispositio capelle in - - *Godesborn* spectare dinoscitur, certe intervenerint ordinationes ac commissiones; Quare - - - nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus easdem ordinat. & commissiones circa dispositionem prefate capelle, & oblationum huiusmodi factas approbare & admittere dignaremur;

Nos igitur prefatorum Prepositi, Priorisse & conventus petitionibus, quas in regulari observantia militare accepimus, inclinati, de gratia speciali easdem ordinationes - - -, sic ut premittitur factas & introductas, approbamus & admittimus per presentes, iure tamen nostre Ecclesie *Maguntine* - - salvo.

In cuius rei testimonium — — — Datum in civitate nostra *Maguntina* die Mercurii XX. mensis Iunii. Anno . . MCCCCLXIV.

PARERGA.

*N.CLXII. *Quemadmodum an.* 1462. ADOLFVS *præfecit Copiis suis contra* Palatinum *belligerantibus Alvvicum Com.* de Sulz, * *ita hoc an. 1464. in Consiliarium assumpsit* RVDOLFVM, *ex eadem Domo satum.* „ Daſ wir den Edlen - - - Rudolffen Gra„fen zu Sultz zu unſerm Radt u. Diener beſtellet, alſo daſ er - - an „unſern Sachen nach ſiner beſten verſtendnis uns ſal - - raten u. dienen „- -, Und wan wir Jne - - gebruchen oder verſchicken — —, ſo „ſollen wir Jne in unſerm Coſten halten, und fur moglichen reiſigen „Schaden ſtehen. [*Pro auctoramento determinat 200. fl.*]

Connexitatis causa & hunc damus extractum. „ADOLFVS „. . AEpiscopus — — ANTHONIO *Wyss*, ex utroque „Parente de militari genere procreato, Preposito Montis S. *Georgii* prope opidum nostrum *Pfedersheim*, Professo monasterii „*Gorsensis Metens.* dioc. Ord. S. *Benedicti* — — — — Te in „nostrum Consiliarium & Capellanum *devestitutum* recipimus „per presentes *&c.* [1464. 16. Sept.]

CLXXV.

CLXXV.

Transmissio Pallii.

1465.

[*p. 728. n. 20.*]

PAVLVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili Fratri ADOLFO Archiepiscopo *Maguntino* salutem & Apostolicam benedictionem. Cum pallium, Insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte tua fuisset a nobis, per dilectum filium IOHANNEM *Stube*, Secretarium & Nuntium tuum, cum ea qua decuit instantia postulatum, nos tuis supplicationibus annuentes, Pallium ipsum, de corpore B. Petri sumptum, per Venerabiles fratres nostros, REINHARDVM *Wormatiensem* & SIFRIDVM *Cerinensem* Episcopos assignandum, per prefatum Iohannem duximus destinandum; ut iidem Episcopi, vel eorum alter illud tibi assignent, sub forma quam eis sub Bulla nostra mittimus interclusam, et a te, nostro & Romane Ecclesie nomine, sub forma quam sub eadem Bulla dirigimus, fidelitatis debite solitum recipiant iuramentum. Tu autem illo intra Ecclesiam tuam, illis diebus duntaxat, utaris, qui expresse in ipsius ecclesie privilegiis continentur.

Vt igitur Signum non discrepet a signato, sed, quod geris exterius, serves in mente, Discretionem tuam monemus & hortamur attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus humilitatem & iustitiam, dante Domino qui dat premia & munera elargitur, observare studeas, que suum servant & promovent servatorem; & *Maguntinam* ecclesiam sponsam tuam cures solicite auctore Domino spiritualiter & temporaliter augmentare.

Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarnationis Dominice MCCCCLXV. VI. Kal. Maii. Pontificatus nostri anno primo. 26. *Apr.*

CLXXVI.

CLXXVI.

PATENTES, *per triennium duraturæ, pro colligendis subsidiis ad consummandam Structuram Ecclesiæ* Fuldensis, *una cum Cœnobio voracibus flammis in cineres redacto.*

1465.

[p. 782. n. 21.]

ADOLFVS *D. G. S.* Maguntine *Sedis Electus & confirmatus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector.* Vniversis & singulis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Scolasticis - - - Canonicis - - Plebanis - - - per nostras Civitatem & diocesin *Magunt.* constitutis - - - salutem in Domino sempiternam.

Veridica relatione auribus nostris deductum extitit, quod etiam ad diversas Alamanie partes aliasque regiones & terras divulgatum fore non ambigimus, qualiter dudum insignis Ecclesia & monasterium Abbaciale S. *Bonifacii* mart. opidi *Fuldensis*, Ord. S. Benedicti *Herbip.* dioc. ex ignis incendio & voragine miserabiliter combustum, destructum, & quasi funditus desolata fuerunt; Et quod - - propter graves hostiles invasiones, incursus & guerras, que ipsas partes diucius affixerunt & indies affligunt, in suis possessionibus, fructibus, redditibus & bonis adeo dampnificata, diminuta & extenuata sunt, quod ad perficiendam novam Structuram ibidem inceptam proprie non sufficiant facultates.

Vt autem structura prefate Ecclesie & Monasterii ad laudem & honorem omnip. Dei, ac SS. martirum BONIFACII, SIMPLICII, FAVSTINI & BEATRICIS, nec non PROCESSI & MARTINIANI, ac aliorum plurimorum Sanctorum, Martirum, Confessorum & Virginum, quorum preciosa Corpora & Reliquie cum maximis miraculis, prodigiis & signis,

ſignis, ac indulgentiis & remiſſionibus Romanorum Pontificum ibidem honorifice atque devote recondita ſunt & repoſita, laudabiliter incepta, divina cooperante gratia continuari atque conſummari, & cultus divinus in ipſis augmentari valeat & poſſit; vos omnes — — — ſupradictos ſinceriter monemus & hortamur in Domino, quatenus in remiſſionem peccatorum veſtrorum, de bonis vobis a Deo ſuper terram collatis, ad conſummationem tam laudabilis & devote Structure - - veſtras elemoſinas & caritativa ſubſidia — — — erogare atque preſtare velitis. Vobisque - - - diſtricte precipiendo mandamus, quatenus nuncios, ſive Queſtores negotii in ſacerdotio conſtitutos, & non alios, cum ad vos cum preſentibus noſtris Litteris, & Reliquiis pervenerint, gratanter recipiatis, benigne & honorifice pertractetis; In veſtris Monaſteriis, eccleſiis & capellis officium Miſſe celebrare: Indulgentias, Reliquias & neceſſitates dicte Eccleſie & Monaſterii, cum decenti exhortatione, tempore Divinorum aut extra, cum populus ad Divina audienda aut alias congregatus fuerit, ad petendum elemoſinas — — ſine omni contradictione & impedimento . . in cancellis publice permittatis, recipiatis, & fideliter promoveatis; nullas portiones de huiusmodi elemoſinis & ſubſidiis, niſi id quod voluntarie dederint, ab ipſis extorquentes.

Nos quoque - - ſingulis Xpi fidelibus vere penitentibus, confeſſis atque contritis, qui ad Structuram - - - manus adiutrices porrexerint, — — — — — XL dies indulgentiarum de iniunctis eis penitenciis miſericorditer in Domino relaxamus.

Volumus autem & indulgemus prefatis . . Queſtoribus - -, quod, cum . . vobis ipſorum adventum legitime intimaverint - - -, per quoscunque alios nuncios ſeu queſtores cum ipſis ibidem fortaſſis concurrentibus, nullatenus impediri ſive moleſtari, ſed ipſis preferri debeant, & poſſint, niſi ſpeciale privilegium deſuper oſtenderint, quod in ſuo vigore permanere volumus.

Inſuper auctoritate noſtra ordinaria indulgemus - - -, ſi predictos nuncios & queſtores ad quecunque loca noſtre dio-

cessis, . . . ecclesiastico supposita Interdicto . . venire contigerit, quod ex tunc liceat vobis, propter ipsarum Reliquiarum & indulgentiarum presentiam & iocundum adventum, semel duntaxat in anno, in vestris ecclesiis & locis divina officia publice celebrare, nec non defunctorum corpora, que ex tunc ibidem sepelienda fuerint, ecclesiastice tradere sepulture, huiusmodi interdicto non obstante. Excommunicatis tamen & nominatim interdictis exclusis presentibus . . litteris ad tres annos proxime sequentes duraturis.

Datum in civitate nostra *Maguntina* die VI. mensis Iulii Anno . . MCCCCLXV.

CLXXVII.

PONTIFEX *requirit* Adolfum, *ut Processibus ac sententiis Apostolicis contra* GEORGIUM Bohemiæ *R. ceu Hæreticum latis faveat, easque in Ditione sua exequi & observari curet.*

1465.

ex Autogr. PAULUS *Episcopus Servus Servorum Dei*, Venerabili fratri ADOLFO Archiepiscopo *Maguntino* salutem & Apostolicam benedictionem. Suspendit hactenus Apostolica sedes Processum, quem inceperat contra GEORGIUM, qui se nominat Regem *Bohemie*; expectavit, ut ille a suis aliquando converteretur erroribus; movebatur maxime precibus Imperialis Celsitudinis, atque sperabat, quod per illius studium & operam Hereticus ille duceretur ad fidem. Imperialis maiestas, ut est religiosissimus princeps, *Georgio* credidit, multas illi & longas dilationes a sede Apostolica obtinuit; at ille, mendaciis assuetus & fraudibus illudere potius, quam converti, cogitabat. Et huiusmodi dilationibus fortior factus expugnavit Catholicos, equam nuper Nobilitatis sue & gratitudinis vicem

cem

cem Imperatori retribuens; ut, qui illius beneficio multas dilationes habuisset ab eo rogatus, vel ad diem a Catholicorum persecutione desistere noluit; hoc enim Hereticorum est proprium, ut diutius tolerati, pro gratia contumeliam, pro obsequio reddant contemptum.

Cum igitur preterite dilationes grave Catholice fidei detrimentum, magnum catholicis attulere dispendium, et graviora pericula paritura sit omnis mora, in hac re ulterius non expectare decrevimus. Itaque per dilectum filium, Fisci nostri & catholice fidei procuratorem in Consistorio publico moniti, nonnullis ex Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus causam contra *Georgium* terminandam commisimus, quod tue fraternitati ut Catholico principi notificare voluimus; requirentes eandem fratern. tuam, & per fidem, quam in sacri susceptione baptismi professa est, stricte monentes, ut tu, veluti potens & religiosus Princeps, processibus atque sententiis Apostolicis oportune faveas, pariter & assistas, illosque in ecclesiis & principatibus ac dominiis tuis exequi facias, & observari.

Preterea a quibuscunque confederationibus, pactis & tractatibus cum *Georgio* initis, nostra fretus auctoritate recedas, & a similibus in futurum, omnique illius commercio prorsus abstineas. Nos enim confederationes, pacta atque tractatus huiusmodi, etiam si iuramento firmata fuerint, ex Apostolice potestatis plenitudine dissolventes, te ad illorum observationem minime teneri decernimus. Neque te terreat *Georgii* potentia, quam habere cernitur. Te enim, ceterisque catholicis Principibus ab illius amicitia commercioque recedentibus, precisum ab Ecclesia membrum ab omnibus derelictum facile peribit. Aderit etiam cause fidei Deus, contra quem *Georgius* prevalere non poterit. Fervent enim inter initia Heretici, & elevantur ad modicum, sed parum subsistunt. Crevit hucusque peccatis hominum *Georgius*, sed superante veritate cito corruet. Nam preter id, quod variis heresibus irretitus est, nullum in Regno fundamentum, nullam habet iuris

radicem, utpote qui nec electus fuit ut debuit, neque ab illis coronatus, qui ius aut facultatem consecrandi haberent.

Forti igitur ac intrepido animo Apostolicos processus exequatur fraternitas tua, per quod clarum apud homines nomen acquiret, magnam a Deo mercedem recipiet, ac nos & Apostolicam sedem favorabiles semper inveniet.

29. Iul. Datum *Rome* apud S. Petrum Anno incarnationis Dominice MCCCCLXV, quarto Kal. Augusti. Pontificatus nostri anno primo.

L. *Therunda.*

Venerabili fratri ADOLFO Archiepiscopo *Maguntino*, S. R. I. Principi Electori.

CLXXVIII.

Agit de Iure patronatus parochiæ in Wisbaden, *spectante ad Domum Ord. Teutonici* Mogunt. *quod eiusdem Ordinis Magister* Vdalricus *de* Lentersheim *transtulit in Ar.* Adolfum *&* Ioannem *Com.* Nass.; *Eo tamen pacto, ut, salvis iuribus ceteris circa Bona & Decimas cum Parthenone* Tiefendal *permutatas, alternative, ceu fuit, illud cum Abbatissa exerceant: Congregationem Sacerdotum sibi propositam, qualis in* Widenbach Coloniæ *extat, sic instituant, ut, si hæc successu careat, re tanquam infecta ius præsentandi ad priorem redeat Dominum.*

1465.

[*p. 783. n. 25.*]

Wir Adolf v. G. G. Erwelter u. bestetigter zu Mentz rc. Johann Grave zu Nassauwe Befennen - - -, So als unser gut Frundt u. Herr, Herr Ulrich von Lentersheim, Meister Dutsch Ordens - - nach unser beyder obgeschrieben fruntlicher

licher Beger u. Beth, die Presentacien der Vicarien der Pharrkirchen zu Wisebaden zu merung u. hulff eyner zukunfftigen erbern geistlichen Sammenung, als wir obgenanter Johann Grave zu Nassauwe furhaben anzurichten, begeben hat, nach lute u. inhalt eyns brieffs davon besagend, - - - also lutende:

Wir Ulrich von Lentersheim Meister Dutsch Ordens in Dutschen u. Welschen landen, Nicolaus von Mulhusen Comthur, und die Brůder gemeynlich des Dutschen Huses zu Menz bekennen offentlich - - - vor uns u. unser Nachkommen, So als der Wolgeborn Herr Joh. Grave zu Nassauwe, GOt dem almechtigen zu lobe u. ere eyn Erber geistlich Sammenung frommer . . Priester, in glicher forme, wise u. gestalt als zu Widenbach zu Colne ist, vor hat zu machen und anzurichten in der Pharrkirchen zu Wisebaden; der itzunt genanter Kirchen ewige Vicarien von uns u. unserm Huse zu Menz, in Recht einer incorporacien derselben Kirchen, von uns als Patronen so dicke die verlediget wird, zu einem mal, zu latin alternatis vicibus * genant, und zu dem andern mal durch innhalt eins Vertrags von der Eptissin u. Convent zu Tieffental zu Lehen ruret; Das wir, von sunderlicher neygung solichen erbarn Gotesdinste zu vermeren, und auch das solich uffrichtunge deste bestentlicher sin moge, unser gerechtigkeit der Lyhunge ganz und zumale derselben Versammenunge umb GOts willen ubergeben haben, ubergeben, und zu iren handen stellen - - -, mit beheltniß und onschedlich aller ander gerechtigkeit, Gůter u. Zehenden, die dem Orden durch die incorporacien der Pastorien geeygnet, und mit dem Closter Tieffental umb andere Gůter - - verwechselt sind; Wir auch - - uns der presentacien *Vicariæ* nymmer gepruchen wollen, oder ensollen; Doch also, da es geschee, das die . . Sammenung nicht furgang gewonne, oder, ob sie angefangen were, und abgeen wurde, das wir alsdann - - von Stunt, unser Lyhung - - der obgen. Vicarien, inmassen wir vor diesem anfang hant, ongehindert menlichs widder haben sollen.

* *Conventio hac inter monast.* Diesendal (*Ord. Cist.* Rhingaviæ *adsitum*) & *Teutonicos facta est an. 1286.*

Des zu waren urkund han wir Ulr. v. Lentersh. Meister, unser, und wir . . Comthur u. Brůder - -, des Huses zu Menz Ingesiegel an diesen brieff thun hencken. Der geben ist am Frytag S. Matheus des H. Aposteln abent - - (1465.)

Daſ ſolichem Brieffe, hie vorgeſchrieben gentzlich nachkommen: und der - - - in allen ſinen ſtucken, Puncten u. Artickeln - - volnzogen; daſ auch ein Reversbrieff von der Verſammenung, ſo die angefangen iſt, dem genanten unſerm Frunde dem Dutſchen Meiſter u. ſinem Huſe zu Mentz ubergeben ſol werden on allen verzog u. inredde. Geverde u. argeliſt herinn gentzlich hindan geſetzt.

Zu urkund haben wir Adolf Erwelter — — unſer, und wir J. G. zu N. - - - auch unſer Ingeſiegel - - an dieſen brieff thun hencken. Der geben iſt zu Mentz, am Dinſtag nach S. Matheus dag. [1465.]

NB. Wisbadenſis *eccleſiæ Patronatum Ordini donarunt an.* 1209. Henricus & Rupertus *Com.* de Naſſau. *Tenebant* eum *in feudum ab Imperio*, *conſenſitque* R. Fridericus *an.* 1218.

PARERGA.

(a) FRID. Hund *de* S. & MELCH. Krieg *de* G. *ceu Arbitri ad inſtantiam* PHILIPPI de Gernſtein *nec non* GILBERTI de Schönborn, * *Quæſtionem de Bonis revolutioni ſubiectis, ab* IRMELA de Ingelheim, DIETHERI de Venningen *Viduæ poſſeſſis*, [*quæ a* SIMONE Brendel *primi thori marito ipſi obvenerant*] *inter eos exortam*, *amicabiliter componunt*. 1465. **Sontag nach S. Martins des Heil. Biſchoffs tag.**

* *Occ. adhuc* 1483, *ceu Satrapa* Mogunt. *in* Frauenſtein.

Alius vero GILBERTUS de Schönborn *Miles*, *Officiatus* [Ambtman] *in Laneck, Lanſtein & Dauſſenau, An.* 1428.

(b) *Notitia de Arena Iudæorum extra portam Veteris monaſterii.*

Wir Adolf 2c. Daſ wir unſern Juden, in unſer Stadt Meintz und im Rhingau wonhafftig, gegonnet - - han - - zu gepruchen unſern Judden Sand ußwendig - - Mentze fur Altenmunſter porth daſelbs gelegen, drey Jare lang *a Dato* **zu irer Begrebde, als von alters herkommen iſt, — — Alſo daſ die gemelte Judiſcheit — —, die ſich von alter ſolichs Sandes gebrucht haben, ire Lichen nach irem Geſetz u. gewonheit darin begraben, und daruff gehen u. ſtehen mogen, welche zeit**

zeit - - inen das eben ist. *Additur* Taxa: *Vnus flor. pro iis qui infra XIII. aetatis annum illic sepeliuntur; duo pro adultioribus.* [1465. *S. Ioannis Evang.*]

CLXXIX.

TESTIMONIVM *Nobilitatis avitae* Bertoldi *C.* de Henneberg, *quoad latus Maternum, exhibitum Capitulo metrop.* Coloniensi.

1466.

[*p. 797. in Tab. geneal. lit. c) in probat.*]

Von GOttes gnaden wir Philips Grave zu Nassawe u. zu Sarbrucken. Philips der Elter Grave zu Rieneck. Ludwig von Isenburg Grave zu Budingen, und Philips der Elter Grave zu Hanawe Entpieten den Wirdigen, Edeln u. Wolgebornen Herren, Techant u. Capittel der Heil. Kirchen zum Dume zu Colne unsere Fruntschafft, gruß, und willigen Dinst; Und thun euch kunt u. bekennen in diesem offin brieff, daß der Edel u. Wolgeborne Herr Bertold, Grave u. Herre zu Henneberg, beweyser dies brives, eelich Sone ist der Edeln u. Wolgebornen Frawen Johaneten, die ein geborn Greffin ist von Nassawe u. Sarbrucken; Und derselben Frawen Johaneten Vatter, genant Grave Philips, ist gewest ein geborner Gr. zu Nassawe und Sarbrucken; Und desselben Graven Philips Mutter ist gewest ein geborn Greffin von Sarbrucken, Frawe Johannet genant. Auch so ist gewest des gen. Graven Bertolds mutter Mutter ein geborn Greffin von Hohenloe, gnant Fr. Anna. Und derselben Greffin Fr. Annen Mutter ist gewest ein geborn Greffin von Spanheym, gnant Fr. Elsbeth.

Also sind die vier Anchen von der Mutter wegen, von den vorgenanten vier freyen edeln Stammen, mit namen Grave Philips von

von Nassawe, Fr. Johannet Greffin von Sarbrucken, Fr. Anna Gr. von Hohenloe, und Fr. Elsbet Gr. von Spanheim: So daſ die egenanten alle Edell, Frey, Greven und Greffin von Freyen, Edeln Herren u. Frawen geborn ſind, die allewege inn rechter Ehe geſeſſen, und auch die Stemme ſyder Menſchen gedechtnis here u. lenger, Frey Edel gnant, geachtet, gehalten u. geweſt ſind, und auch noch ſind; dawider wir auch anders nit . . noch gehort . . Und ſchreiben das bey unſern Eren und Eyden die wir allen unſern Herren getan haben.

Des zu getzeignis der warheit hat iglicher von uns Vieren vorgenanten ſein Inſigel an dieſen brieff thun hencken. Der geben iſt in dem Jare nach GOttes geburt Tauſent vier hundert u. im Sechs und ſechzigiſten iaren. Am Montag nach des Heyl. Creutz tag, *Inventionis* zu latein genant. *5. Maii.*

CLXXX.

EDICTVM *publ., quo Metropolitanus ſub Pœnis eccleſiaſticis Moniales coercet ad Clauſuram ſtrictius impoſterum obſervandam.*

1466.

[*p. 782. n. 24.*]

ADOLFVS *D. G. S. M. S. Archiepiſcopus &c.* Quanquam fel. record. Romani Pontifices conſtitutione perpetua irrefragabiliter valitura ſanxerint, univerſas & ſingulas Moniales, tunc preſentes atque futuras, cuiuscunque forent Religionis vel Ordinis in quibuslibet mundi partibus exiſtentes, in perpetua ſuis in Monaſteriis debere de cetero permanere Clauſura, ita quod nulli earum, Religionem tacite vel expreſſe profeſſe, ſit vel valeat eſſe quacunque ratione vel cauſa [niſi forte tanto & tali morbo evidenter aliquam earum laborare conſtaret, quod non poſſet cum aliis abſque gravi periculo ſeu ſcan-

ſcandalo commorari] Monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas, nullique aliquatenus inhoneſte perſone, nec etiam honeſte, niſi rationabilis & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius, ad quem pertineat, ſpeciali licentia ingreſſus vel acceſſus pateat ad easdem; ut ſic a publicis & mundanis conſpectibus ſeparate, omnino ſervire Deo valeant liberius, & laſciviendi oportunitate ſublata eidem corda ſua & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire; quod etiam predeceſſores noſtri Archiepiſcopi *Maguntini* in ipſorum Statutis provincialibus ſub certis penis & Cenſuris eccleſiaſticis ſimiliter mandaverunt obſervari;

Nichilominus tamen, quod dolenter cum animi noſtri amaritudine referimus, nonnulle Moniales noſtrarum civitatis & diocesis, honeſtatis laxatis habenis, monachali modeſtia & ſexus verecundia impudenter abiectis, extra ſua monaſteria nonnunquam per habitacula ſecularium perſonarum vagare & diſcurrere, & frequenter infra eadem monaſteria perſonas ſuſpectas & inhoneſtas: et, ſi honeſtas, absque tamen rationabili & manifeſta cauſa admittere: nonnullique, tam eccleſiaſtici quam ſeculares, Dei timore poſtpoſito, contra Canonicas ſanctiones huiusmodi ad eas ingredi non formidant, in illius, cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea devoverunt, gravem offenſam, Religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum.

Vnde nos, quantum poſſumus, huiusmodi periculoſo, & deteſtabili earundem Monialium exceſſui obviare ſalubriter cupientes, per hoc preſens publicum Edictum univerſis & ſingulis monialibus - - -, cuiuscunque ſint ſtatus, Religionis vel Ordinis — — — — in virtute ſancte obedientie, & ſub excommun. pena, quam contrafacientes incurrere volumus ipſo facto, diſtrictius precipiendo inhibemus, ne ipſe, quacunque ratione vel cauſa [niſi forte - - - - *repetuntur que ſuperius in parentheſi*] deinceps monaſteria ipſa egredi, ſeu extra ea per habitacula Secularium . . diſcurrere, nec *infra* eadem . . perſonas ſuſpectas admittere preſumant, ſimili modo & ſub eisdem - -, nec non ſuſpenſionis ab officiis & beneficiis penis, - - - - univer-

ſis - - tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus, cuiuscunque etiam ſtatus, gradus - - - vel preeminentie exiſtant; ne de cetero, niſi ex rationabili & manifeſta cauſa, ac de noſtra, vel alterius ad quem pertinet ſpeciali licentia, ipſa monaſteria ſeu ipſarum ſepta intrare . ., et etiam Monachis, ne ad eas accedere, vel cum eis colloqui, niſi in preſentia Abbatiſſe & per modica verba, quoquo modo preſumant; Illis duntaxat exceptis, quibus de iure permiſſum eſt. Abſolutionem vero omnium & ſingulorum, qui prefatam noſtram excommunic. & ſuſpenſionis ſententiam incurrerint, - - nobis, vel Superiori noſtro tantummodo reſervamus.

Datum in civitate noſtra *Maguntina*, die XXIII. menſis Auguſti. Anno MCCCCLXVI.

Ad mandatum R^{mi} Dni *Magunt.*
IOHANNES *Stube* Notarius ſſ.

CLXXXI.

Aſſiduis precibus EB. *Dynaſtæ* de Eppenſtein *annuens* ADOLFVS, *ob frequentem nonnullorum Beneficiatorum abſentiam* &c. *ſupprimit ac extinguit Eccleſiam parochialem* B. M. V. *prope* Königſtein, *&* *Capellam* S. Antonii *extra muros* Eppenſteinenſ., *easque in Collegiatam erigit adinſtar Domorum* Fontis ſal., Weidenbach, *&* Vallis S. Mariæ.

1466.

[p. 784. ante n. 30.]

ADOLPHVS *D. G. S.* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector.* Vniverſis & ſingulis preſentibus & futuris preſentes Litteras inſpecturis, viſuris & audituris, ac quos infraſcriptum tangit negotium, ſeu tangere quomodolibet poterit

in

in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, aut quacunque presulgeant dignitate, communiter vel divisim, salutem in Domino sempiternam.

Piis rebus, & divini cultus augmento operam impendere, presentis vite repromissionem habere noscitur & future. Constituto igitur coram nobis Nobili viro, EBERHARDO de *Eppenstein* Dno in *Konigstein* Sororio nostro, sua nobis pia devotione insinuavit, qualiter ipse, genitor & progenitores sui & in dicto dominio Domini, cupientes ac in Domino affectantes, Bona terrena ipsis à Deo collata felici ac salutari commercio in eterna commutare; ad laudem omnipotentis DEI, sancteque ac Gloriose intemerate semper Virginis MARIE, totiusque celestis curie & Civium supernorum, pro animarum suarum, progenitorum & successorum, Christique fidelium salute, Ecclesiam parrochialem in honorem prefate Virginis Marie, et in eadem *quatuor* prope *Konigstein*, nec non Capellam in honore S. *Anthonii* extra muros opidi *Eppenstein*, & in eadem *duo* Beneficia ecclesiastica seu stipendia, Ecclesiasticis *septem* videlicet personis DEO ibidem iugiter famulaturis conferenda, de Bonis eorundem & facultatibus pro sustentatione & statu eorum prout decet honeste tenendo erexerint, instituerint atque fundaverint, habundanterque dotaverint, Ius patronatus sibi ac eorum successoribus in eisdem, temporibus vacationum reservantes; Comperitque ipse, pro nunc eorundem tam Ecclesie quam beneficiorum Patronus unicus existens, quod dolenter refert, propter nonnullorum ibidem Beneficiatorum & eorundem beneficiorum possessorum non residentiam & continuam absentiam divinum cultum negligi, & contra Fundatorum mentes attenuari; aliquos continue residentes non imitatores Dei, sed plus in rixis & contentionibus, impudice carnis voluptatibus, & inhonestis seculi delectationibus in non modicum plebis scandalum insordescere;

Et propterea dudum animo concepit, pro ampliori divini cultus augmento, ad laudem Dei ampliandam, populique Loci eiusdem, ac circumiacentis, qui in montanis ac silvestri-

bus campis commoratur, salubrem edificationem, ut ipsa Parrochialis ecclesia, cum suis edificiis ac beneficiis & stipendiis, per cessum seu decessum tenentium ac possidentium, aut quamlibet aliam dimissionem vacantibus seu vacaturis, quoad titulos eorundem extinctis atque suppressis, fructusque eorundem pro Conventu, ac Domo sive Collegio devotorum Sacerdotum ac Clericorum, * in modum Collegii sive Conventus, quo per nos in *Valle* S. *Marie* in *Ringavia* prope *Gisenheim*, * * adinstar Domorum *Fontis salientis* in *Monasteriensi*, & *Wydenbach* *Colo-*

* *Instituti huius Author fuit* GERHARDVS *Magnus (Gros). Qui quum esset* Parisiis *doctissimus, relicta* Sorbona *rediit* Daventriam, *unde oriundus erat. Fundavit is cœtum Canonicorum regularium* S. Augustini *sive Congregationem, vulgariter* Windesheim *appellatam. E qua porro, ceu fœcundissimo fonte, plures alii eiusmodi Cœtus, vel de novo erecti vel ex antiquis reformati, non secus ac rivuli, in totius fere Germaniæ regiones ubertim profluxerunt. De quo multa hic congerere superfluum rati; Lectorem remittimus ad nostram* Syllogen *p. 387.* n. LIII. *ubi luculentam celeberrimæ huius Congregationis notitiam habere poterit.*

* * *Rivulus Asceterii* Vallis *S.* Mariæ *irrigabat adhuc tum* Ringaviam *anno* 1471, *subiuncta constitutionis charta testante.* † *Quo dein fato fuerit obstructus, nos latet. Interea temporis, anno videl.* 1612, *ab Archiepiscopo* Ioanne SVICARDO, *detractis quibusdam reditibus, cœnobium Collegio* S. I. Moguntino *in augmentum fundationis donatum est. Vbi certis diebus Sacra administrantur.*

[CLXXXII.]

ex Autogr. †NOs BENEDICTVS de *Helmstat* Rector, PHILIPPVS *Sartoris* de *Wissenauve* IACOBVS *Crull* Fratres Capitulares, & GEORGIVS Clericus receptus, Ecclesie sive Domus *Vallis* S. *Marie*, ibidem residentes: Ad nostrum generale Capitulum Dominica proxime futura in domo nostra celebrandum, deputa-

Coloniensi civitatibus institutus reperitur, apud dictam ecclesiam parrochialem instituendo deputarentur, reservarentur, & incorporarentur sive unirentur; Cum oculis propriis perspexisset, Presbiteros eosdem & fratres iuxta SS. Patrum statuta & sanctiones Canonicas, transitoriis & caducis labilis huius seculi precipue abdicatis, in vera caritate firmaque observantia Evangelice legis, sacrisque orationibus mancipatis sedulum Deo obsequium prestare; Non cessans cottidie cum omni humilitate & devotione, ut premissa perficiamus, suas partes, apud nos personaliter comparendo effundere, ac instanter interpellare.

Nos igitur, cuius humeris cure salutis omnium, nobis & Ecclesie nostre in spiritualibus subiectorum sarcina gravis imposita est, prompto animo ad omnia, per que Dei cultus ampliari, & subditorum nostrorum salus noscitur promoveri, partes nostras conferentes, & cooperari gaudentes, sanctum & pium desiderium, & benignum affectum predicti *Eberhardi* Sororii nostri - - - condignis in Domino laudibus ut plurimum

putamus predictos Rectorem, *Philippum*, *Iacobum*, Sacerdotes, cum ceteris nostris Patribus & Fratribus ibidem congregandis, generale Capitulum pro hac vice representaturis, cum plena facultate statuendi, decernendi ac ordinandi Decreta, ordinationes & Statuta secundum Apostolica indulta & concessiones, pro felici Domorum nostrarum stabilitate & incremento, nos & nostros successores obligantia. Consentimus etiam in Vnionem trium Domorum, secundum formam Littere desuper confecte & singularum domorum Sigillis sigillate.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum *ad Causas*, una cum subscriptionibus singulorum, presentibus est appensum. Datum Anno Domini MCCCCLXXI, die XX. mensis Iunii.

BENEDICTVS Mage * Rector Domus *S. Marie* in *Ryngavvia.* ** aliter*
Et ego PHILIPPVS de *Wissenavve* consentio in premissa. *quam prius.*
Et ego IACOBVS *Crull* de *Drectingshusen* consentio in premissa.
Et ego GEORGIVS *Gern* de *Aschaffenburg* consentio in premissa.

mum commendantes, & quantum cum Deo possumus, suarumque virtutum ac meritorum [*qui non solum Dominium & terras suas in devastationem, sed etiam in propria Persona pro gloria Dei, tamquam sancte Apostolice Sedis obediens filius, nobis ad apicem sancte Sedis* Maguntine, *licet immeritis, vocatis, in gravibus & continuis periculis & perturbationibus constitutis, ac tandem glorioso Triumpho in Victoria Civitatis nostre* Maguntine *obtento, tamquam alter* MACHABEVS *pre ceteris potenter & viriliter contra Hostes nostros fideliterque pugnans assistentiam prebuit*] intuitu, de premissis plene & sufficienter informati, & maxime, (*quia*) Locum pro devota & honesta congregatione ipsorum Fratrum inibi Deo perpetuo famulantium, quos Fratres tamquam filios dilectos cum debita caritate complectimur, aptum omnino esse iudicamus, & accommodum; deliberatione tandem etiam matura atque tractatibus prehabitis, dictam Pastoriam sive parrochialem ecclesiam ac capellam: cum Beneficiis predictis - - - -, per cessum sive decessum aut dimissionem possidentium atque tenentium pro nunc aut in futurum simul aut divisim vacantem, vacantium sive vacaturorum, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, quoad Titulos eorumdem, quibuscunque consueverint nominibus sive adornari insigniis, cum iuribus eisdem annexis tam presentandi, conferendi seu instituendi, ac aliis quibuscunque, sub modo conditione & causis premissis extinguimus, & ex toto supprimimus; eandem Ecclesiam & Capellam ex motivis predictis, signanter ob divini cultus augmentum, nec non exemplarem, honestam & devotam ipsorum Presbiterorum futurorum, & Clericorum quasi Regularium vitam, de & ex qua plurimum in Domino speramus fructum non solum ipsi Loco, sed exteris etiam Terris proventurum; ad laudem & gloriam divine similiter Trinitatis, beateque Marie Virginis, S. *Anthonii* predictorum omniumque Sanctorum, in Dei nomine adinstar Collegiate ecclesie auctoritate nostra ordinaria erigimus, ac titulo, insigniisque & iuribus collegialibus decoramus & exornamus, eisdemque Ecclesiam cum capella ac omnibus iuribus & pertinentiis - - appropriamus, ipsamque Congregationem, sicut & illius Sacer-

dotes

dotes & Fratres, adinſtar dictarum Domorum in *Monaſterienſi* & *Colonienſi* civitatibus, ac *Vallis* S. *Marie* in *Ringavia*, in omnibus & per omnia iuxta illorum ritum, ſtatuta, obſervationes & conſuetudines vivant, ſe habeant, teneant & regant, perpetuo ſtabilimus.

Et ut iidem Presbiteri eo liberius ac devotius, commodiusque Deo exhibere famulatum, ac ſuum perficere miniſterium, nec non eadem erectio ſive congregatio ſtabilita evo permanere poſſint, Domum dotis Eccleſie, omniaque & ſingula Bona - - - fructus, redditus — — — — quibuscunque nominibus conſueverint . . nuncupari, legitime ad eandem Eccleſiam, Capellam & Altaria - - - hactenus pertinentia ---, eidem Eccleſie olim parrochiali, uti Collegiate ut predicitur erecte, deputamus & aſſignamus; pro communi eorum menſa, uſu & utilitate annectimus, appropriamus & incorporamus; ſic, quod cedentibus vel decedentibus — — — Rectore ſive plebano, ipſisque Beneficiatis - - -, liceat eisdem Presbiteris & Fratribus, noſtra aut alterius cuiuscunque licentia minime deſuper requiſita, ſed auctoritate propria dictam Eccleſiam & Capellam, omniaque Bona - - fructus, & obventiones preſcriptas - - - - ſic ac taliter, quod Dotes, tam Eccleſie quam Beneficiorum, in poſterum ad ipſos Presbiteros, Collegium ſive congregationem, que prius ad Rectorem & Beneficiatos ſpectabant, accedant, aggredi libere, atque apprehendere, - - - ac de illis ad nutum ſuum - - - diſponere & ordinare. Proviſo tamen omnino, ut ipſi Rectori & beneficiatis, ſi ſe ipſis Presbiteris iungere, ſeu fieri membra Collegii noluerint, alibi de beneficio ſeu competentia - - - provideatur; aut permittantur, usque ad eorundem deceſſum ſeu liberam dimiſſionem, in eadem eccleſia ſeu beneficiis, fructus & cetera ad ipſam hactenus pertinentia, libere deſervire. Quodque cura animarum, per ceſſum - - ipſius eccleſie Rectoris qui pro nunc eſt, tam ipſius Collegii - - quam parrochianorum, ad Superiorem eorundem Presbiterorum, ſeu ad eum qui ſe repreſentabit aut geret ut Caput huiusmodi Collegii; aut cui per ipſum - - -

quoad

quoad parrochianos fideliter regendos committatur, ad nutum tamen submovendum, futuris ac perpetuis temporibus spectare debebit. Diligenter ordinato, ac quod onera singula, tam Ecclesie quam beneficiorum in erectione & fundatione primordiali imposita, quecunque fuerint, nequaquam supprimantur, sed plus augmententur, ac devotius celebrentur & adimpleantur.

Eosdem Presbiteros & Congregationem, etiam quoad familiam eorundem, ab loci Archidiaconi iurisdictione & iuribus eximendo, nostre ordinarie immediate subiicimus & submittimus. Et demum ipsis Sacerdotibus ac Fratribus, ut omnibus & singulis Privilegiis, libertatibus ac honoribus, quibus cetere illius vite congregationes gaudent & utuntur, frui & gaudere: nec non, si qui nondum in sacris Ordinibus ordinati ad eosdem accesserint, seu actu non fuerint, ut se ad omnes sacros ordines, acsi Beneficiis ecclesiasticis intitulati, seu competenter pro sustentatione sua alias provisi forent, promoveri & ordinari, dummodo per Superiorem ipsorum de consensu Fratrum tanquam habiles & ydonei ad ipsos adipiscendos presentati fuerint, & in ipsis ordinibus susceptis ministrare, seque invicem, premissa confessione sacramentali Rectori congregationis, vel quem ad hoc . . deputaverit, facienda, etiam in casibus nobis specialiter reservatis absolvere possint, auctoritatem plenam concedimus, licentiam & facultatem. Isto tamen semper salvo, quod si huiusmodi supra descriptorum Presbiterorum & Clericorum congregatio sive Collegii institutio suum debitum non sortiretur effectum, * seu, si cepta, per abusivam

* *Successum eius optatum bina sequentes charta confirmant.*

[CLXXXIII.]

Donatio bonorum omnium inter vivos, cum promissione nihil eorum unquam repetendi.

ex Autogr. EGo Henricus *Winckelman*, Frater Domus S. *Mariæ* in *Königstein* . . omnibus melioribus via modo & forma quibus

vam seu inordinatam vitam, quod Deus avertat, dissolverentur, quod ex tunc ius presentandi ad huiusmodi ecclesiam & altaria sic incorporata, premissis minime obstantibus, libere ad Patronum suum prefatum revertatur. Irritum & inane decernen-

quibus id fieri potest, ac in Iure viribus consistit, donatione inter vivos do, confero & assigno, omnia & singula, res & bona, michi ex hereditate, vel hereditatibus, quam per labores manuum, vel alias quomodolibet, licite tamen, acquisita hactenus, vel in posterum acquirenda, dicte Domui S. *Marie* eiusque Mense communi.

Promittens bona fide loco iuramenti, quod, si me (quod Deus avertat) de domo & Congregatione hac, secundum Statuta & ordinationes Capituli generalis expelli, aut motu proprio, vel passione victum recedere contingat, ex tunc cum pace recedam, nichil repetam, neque domum istam, congregationem, Rectorem, aut quemlibet ex Fratribus trahendo ad quodcunque Iudicium, per me vel alium, molestabo; eroque contentus in eo, quod michi Rector p. t. sua sponte voluerit assignare. Datum Anno Domini MCCCCLXXVI, in festo S. *Martini*.

Exemplar aliud susceptarum in se obligationum erga Capitulum Ordinis generale.

[CLXXXIV.]

EGo CONRADVS, Canonicus Ecclesie B. *Marie* in *Königstein* iuro, quod pro conservatione Vnionis sive annexionis Domorum B. *Marie* in *Mergendal* prope *Gysenheim*, & eiusdem B. *Virginis* in *Königstein*, & S. *Marci* in *Putzbach* Magunt. dioc. auctoritate Apostolica facte, pro posse niti volo, & laborare; Quodque generali Capitulo nostro in suis ordinationibus & Statutis, rite secundum apostolicas concessiones factis & faciendis, quam diu Canonicus fuero, obediam simpliciter, absque temeraria contradictione. *ex Autogr.*

nentes, si secus super his a quoquam nobis inferiore, scienter vel ignoranter contingeret quomodolibet attemptari.

Harum nostrarum, quibus Sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Dat. Anno Domini MCCCCLXVI. XXIII. die mensis Augusti.

ITEM quod Secreta Capituli, tam particularis huius Ecclesie, quam generalis omnium Domorum unitarum celabo, ad quemcunque statum devenero. SECRETVM dicimus, quod in quolibet Capitulo presidens indixerit, *tanquam* secretum *fore celandum.*

ITEM quod in causis & differentiis, inter me & Domos nostras, personam vel personas, etiam inter domos vel personas inter se, coniunctim vel divisim, tempore mei Canonicatus vel ante, quacunque occasione exortis, stabo diffinitioni & decisioni nostri generalis Capituli, omni postposita appellatione. Neque pro hys, Domos, personam vel personas nostre congregationis & unionis ad quodcunque Iudicium traham, etiamsi me secundum Statuta generalis Capituli expelli, vel proprio motu aut passionis impulsu recedere contingat. In quo casu, quod Deus avertat, cum pace recedam; nichil sumendo vel petendo, nisi quod Domus hec sua sponte michi voluerit assignare; Quodque non dispensabo contra predicta seu aliquod eorum, neque dispensatione utar, impetrata quomodolibet vel concessa. - - MCCCCLXX . .

CLXXXV.

CLXXXV.

FRIDERICO Palatino *spondet* Adolfus, *ad conventionis tabulas sibi mutuo traditas provocans, nihil se intermissurum, quin* Henricum WIRTEMB. *ad abdicandum* Coadiutoris *a se cooptati munus quovis modo induceret. Si vero noluerit, fidem suam obligat, quod absque* Friderici *consensu nullam de retinenda ista dignitate pactionem cum* Henrico *unquam sit initurus.*

1467.

[*p. 784. n. 31.*]

Wir Adolf v. G. G. des Heil. Stuls zu Mentz Ertzbischoff, des H. R. R. durch Germanien Ertzcantzler und Kurfurst. - - -, Als der Hochgeborne Furste, Herr Friderich Pfaltzgrave by Reyne, Hertzog in Beyern, des H. R. R. Ertzdruchseß u. Kurfurst unser lieber Oheym, und wir, uns vor etlicher zyt eyner fruntlicher Eynung miteynander vertragen - - haben, der Datum steet uff Montag nach dem Sontag *Reminiscere* (- - 1467;) Zu der zyt wir uns in eynem besundern Brieff gegen dem egenanten - - Pfaltzgraven verschrieben han, daß wir des Wolgebornen Heinrichs Graven zu Wirtemberg, als Coadiutors unsers Stiffts Mentz, fur ubergebung der Eynungsbrieff abekommen soltent, das sich dann bisher von zufallenden sachen verzogen hat; Und aber nu der genant U. L. O. der Pfaltzgrave uff unser gutlich begerunge bewilliget hat, daß Sin Liebe und wir die obgemelten .. Eynungsbrieffe eynander ubergeben und uffgenommen han; Und aber wir des obgen. Grave Heinrichs als Coadiutors noch nit ledig, noch abkommen sin; So haben wir in gutem glauben *Palatino* geredt und versprochen - - -, were es, daß - - Grave Heinrich die Teyding, darinn wir itzunt mit ime steen, damit er uß der Coadiutory und Regirunge unsers Stiffts zu Mentz, darinn er itzunt zu sin vermeynen magk, kommen werde u. solle, nit uffnemen

 wolte;

wolte; daſ wir dann furter keyner ander Teydigung oder Richtung, furwort noch verſtentnis, damit er als Coadiutor oder in ander geſtalt zu Regirunge oder gewaltſam des St. Mentz kommen, gewinnen, haben und bliben mochte, mit ime ingeen, oder uffnemen wollen, noch von unſern wegen geſcheen laſen, one wiſſen u. willen des egen. - - Pfaltzgraven.

Und des zu urkunde haben wir unſer Ingeſiegel an dieſen brieff
16. Apr. thun hencken. Der geben iſt zu Heydelbergk am Dornſtag nach dem Sontag *Miſericordias Domini* Anno . . MCCCCLXVII.

CLXXXVI.

Præcedentibus inhærens ADOLFVS *ſuperaddit, ſi* PP. Henrico *aſſenſum præſtaret, quo in Sedem* Mogunt. *poſt ipſius* ADOLFI *obitum ſuccederet; in arbitrio* Palatini *tunc fore, utrum pactis conventis ad dies vitæ ſtare velit, nec ne.*

1467.

[*p. & n. eiudem.*]

WIr Adolf - - - Als der Hochgeborne F. Herr Friderich Pfaltzgrave - - - ſich mit uns fruntlicher Eynunge vertragen, und uff hute Datum dies brieffs gewilliget hat die Eynungsbrieffe zu ubergeben, u. uff zu nemen uff eyn ſoliche meynunge, daſ wir Grave Heinrichs zu Wirtemberg als Coadiutors ledig werden u. abkommen, und keyne Teidinge oder Rachtunge uffnemen ader ingeen ſollen mit Ime, dadurch er zu der Regierunge ader Gewaltſamen unſers Stiffts Mentze komen, gewynnen, haben ader bliben moge, wie dan das unſer beſiegelter Brieffe inhelbt den wir deshalb - - dem Pfaltzgraven ubergeben han, des Datum ſteet uff Mantag nach dem Sontag Reminiſcere (- - 1467); Und wir uns nu verſehen ſollen, wie Teiding mit ime zu treffen, damit er in un-

unsern lebtagen keyne Regiment aber Gewaltsam in unsern Stifft habe; Das wir dan zu unserm Heiligen Vatter dem Babst schicken werden zu werben, wan wir von Todes wegen abgangen sin, das er dan Ertzbischoff sin solle; Da haben wir dem egen. U. L. O. dem Pfaltzgraven bevor u. nach geben; Were es, das U. H. Vatter der Babst solichs als obsteet willigen wurde, das Grave Heinrich nach unserm Tode Ertzbischoff zu Mentze sin solte; das dan zu - - - des Pfaltzgraven guten willen u. gefallen steen sal, ob er die obgemelt Eynunge unsern lebtagen mit uns halten, aber absagen wil; Und welichs er gerne thun wil, des sal er Moge u. macht han, und von uns an alle widderrede uffgenomen u. gehalten werden.

Und des zu urkunde rc. Heydelberg am Dornstag nach dem Sontag *Misericordias Domini* Anno - - MCCCCLXVII. *16. Apr.*

CLXXXVII.

Ad instantiam Capituli B. V. Erfordiæ ADOLFVS *Prætorium, supra gradus prope Templum in eius conspectu situm, ob strepitum causarum & executionum Criminalium (quo cultus divinus interturbatur) ad eum, sub fornicibus scilicet, locum, quem Clerus Marianus pro Gradibus obtulerat, transferri permittit.*

1467.

[p. 784. n. 32.]

Wir Adolf rc. - - - Als die Ersamen :: Dechant und Capittel unser Lieben Frauwen Kirchen in unser Stadt Erffurt uns furbracht haben, das unser Werntliche, in dem Gerichts Huse daselbst, uff den Greden zu angesicht derselben Kirchen gelegen, etliche tage in iglicher wochen, nemlichen am Sonabent zu morgen, under dem Gotsdinste, so das Volcke dieselbe Kirchen mit sunderlicher andacht in mirglicher Zale pfleget zu suchen, Gericht daselbs gehal-

gehalten wirdet, Ubelteder zum Tode verurteylt u. uſſgefurt, und ander ſachen nach gerichts ordenunge gehandelt werden, dardurch der Gotsdinſte . . verhindert, und das Volcke an ſiner andacht verſtort wirdet; Und uns demutiglichen gebeten, daſ wir von ſolicher urſachen wegen daſſelbe Gerichts Huß uff dem angeſicht derſelben Kirchen an ander ende legen, ſo wolten ſie eyn ander ſtat under der Kaſſaten derſelben Kirchen darzu geben, und das Gerichts huſe dahin laſſen buwen.

Wann wir nu zu merung . . Gotlicher andacht willig, und alles, ſo verhinderung daran brengen mochte, abzuſtellen geneigt ſin, ſo haben wir *Remonſtrantium* fliſſige zimliche Bete, und auch die obgemelte urſachen, dardurch Gotsdinſte abgezogen wirdet, angeſehen, und dem almechtigen GOde u. ſiner Heiligen Muter zu lobe u. zu eren bewilliget - - -, daſ unſer Gerichts huß das bisher uff den Greden — — — geſtanden hat, under die Kaſſaten - - in einen Swigebogen gelegt, *a Capitulo* dahin gebuwet, und unſer werntlich Gericht hinfur mit aller Friheit, Herrlichkeit, Eren u. Wirden, als von alters herkommen iſt, daſelbs durch unſers Stats Vitzthum, Schultheiß u. andere deſſelben gerichts Gliedere gehalten werden ſal, als bis her uff den Greden beſcheen iſt; Und ſal der begriff deſſelben Swigebogens allezyt zu demſelben unſerm werntlichen Gericht gehoren, und durch . . Dechant u. Capittel . . mit keynen andern ſachen verſperret ader verbuwet werden. Und dargein ſal inen volgen u. bliben der Flecken uff den Greden, daruff daſſelbe Gerichts huſe bisher geſtanden hat, ſich des nach beqwemlichkeit zu gebruchen. Und were es, daſ ſie - -, ſo das G. H. under der Kaſſaten gebuwet wirdet, einige verhinderunge daran thun werden daſ unſer werntliche Gerichte daſelbs nit mochte nach notturfft - - gehalten werden, ſo mochten wir - - unſer G. huſe widder legen u. buwen uff die Greden, da es bisher gelegen hat.

3. Maii. Und des zu urkunde ꝛc. Mentze am Samſtag nach dem Sontag *Vocem iucunditatis* Anno . . MCCCCLXVII.

CLXXXVIII.

CLXXXVIII.

Pontifex VLRICVM de Graveneck, *ceu Capitaneum Exercitus contra Turcas ducendi destinatum, specialiter commendans*, Adolfum *hortatur, ut termino præfixo in Diæta* Norimb. *compareat, ceterosque inducat Principes, ut ea quæ in Comitiis anterioribus salubriter disposita fuere, ad effectum redigantur.*

1467.

[*p. 1026. in Addit.*]

PAVLVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili Fratri ADOLFO Archiepiscopo *Maguntino* salutem & Apostolicam benedictionem. Novit tua fraternitas, qualiter alias Carissimi in Xpo filii nostri, FRIDERICVS, Romanorum Imperator semper Augustus, & MATHIAS Vngarie Rex illustris, pro defensione fidei catholice & ad resistendum impiis Turchis, qui inexplebili sua dominandi cupiditate non cessant plane singula, sibi potissime vicina Xpianorum loca invadere, & spurcido imperio subiicere suo, ac fidelium animas devorare, ne passim per Vngariam, quod absit, ad Germaniam contiguam porrigerent, providerunt concordi voluntate & matura deliberatione dilectum filium Nobilem virum VLRICVM de *Graveneck*, militari experientia probatum, eisdem Imperatori carum, ac Regi fidum & acceptum, in Capitaneum & ductorem exercitus Xpianorum contra eosdem Turchos eligere; Quodque Imperialis maiestas superioribus mensibus ob hoc, & pro exercitu congregando, ac habendis desuper oportunis provisionibus, Dietam nuper in opido *Nurmbergensi* celebratam, ubi etiam Nuntium nostrum habuimus, instituerat; in qua per Prelatos, Principes & Communitates Nationis, seu eorum Oratores tunc presentes nonnulla capitula fuerunt concepta & ordinata, licet nondum executioni & debito effectui demandata; Videlicet que nos Apostolicis favoribus, gratiis *ex Autogr.*

&

& litteris: que ipsi Imperator & Rex: que denique Prelati, Principes & potentatus nationis ad effectum expeditionis, & debite executionis contra Turchos eosdem facere haberemus. Pro quorum consummatione & effectuali executione, in festo S. *Viti* proxime futuro alia Dieta in eodem loco de proximo celebranda, per ipsum Imperatorem est indicta.

Et quoniam nunc, litteris & Oratoribus transmissis certiores facti sumus de optima dispositione ipsorum Imperatoris & Regis ad hanc rem prosequendam, ac de prompto eorundem animo ad ea facienda & complenda, que sibi imposita susceperunt; Iamque Regem prefatum dispositum, dicto Capitaneo nonnulla castra & loca Regni sui munitissima concedere velle, per que tute & absque ulla offensa exercitum ducere per Vngariam nutu suo libere possit; Nos etiam, quos possumus, favores & gratias ad id conferre nequaquam deficiemus, sicut & actu in parte fecimus, & dietim facere iuxta possibilitatem uberius, non recusabimus.

Cupientes itaque in tanta Fidei necessitate, que maior nunc est quam fuit unquam, ut in ipsa futura Dieta, ad quam Nuntium nostrum de voluntate & mente nostra plene instructum mittemus, absque ulteriori dilatione Conclusio seu executio capiatur effectualis; Fraternitatem tuam hortamur in Domino, & in virtute sancte obedientie requirimus, ut [quemadmodum te ipsi Capitaneo sponte intelleximus promisisse, in quo te plurimum commendamus & laudamus, tibique proinde benedicimus] omnino velis statuto tempore in ipsa Dieta personaliter interesse, & ceteros etiam Principes ad hoc inducere, ac una cum Nuntio nostro & ceteris, ad laudem omnipotentis Dei, ac salutem Xpiani populi, quantum potes & vales, promovere ac iuvare effectualem ac debitam executionem & expeditionem contra ipsos Turchos. Multum enim ad hoc auctoritas & presentia tue fraternitatis prestabunt; Ostendes etiam, quod te catholicum Prelatum decet, bonum exemplum in hoc ceteris, qui te sequentur, & libenter iuvabunt. Habebis denique a Deo, cuius causa agitur, divinum meritum, cum

cum quo nobis, & universo populo Xpiano plurimum complacebis.

Datum *Rome* apud S. *Marcum*, Anno incarnationis Dominice MCCCCLXVII. pridie Idus Maii. Pontificatus nostri anno tertio. *14. Maii.*

Io. de *Tartarinis.*

Venerabili fratri ADOLPHO Archiepiscopo Maguntino, S. R. I. Electori.

„ Presentata est presens bulla Dno nostro „ gratiosissimo . . in die Iohannis „ Baptiste.

CLXXXIX.

Publicum ADOLFI *testimonium*, *datum* Gerh. *de* Talheim *Marschallo* Henrici *C.* de Wirtemberg COADIVTORIS Mogunt. *super imputatam ei falso Compositionem inter Ad.* & DIETHERVM Isenb. *eo fine intentam, ut hic de possessione terrarum, quibus vigore transactionis fruitur, vi armata eiiciatur.*

1467.

Wir Adolf ꝛc. Bekennen - - -, daß vor uns kommen ist des Wolgebornen unsers lieben Oheyms, Herrn Heinrichs Graven zu Wirtemberg Marschalck - -, Gerhart von Talheim, und hat uns entdecket, wie Rede und Sage ussgeschollen u. lutmere worden syen, daß er uns mit unserm vorgenanten Oheym, unser Gespenne und irrung halb vertragen und vereinigen solle, one wissen und willen des Hochgebornen Fursten - - Herrn Albrechts, Marggraven zu Brandenburg u. Burggraven zu Nuremberg, auch Herrn Ulrichs Graven zu Wirtemberg - -; Und darnach, wann wir also vertragen weren, solten wir uber den Edeln . . Diethern von Isenburg Graven zu Budingen fallen, und Ine des, so er von unserm Stifft inne hat, entweldigen u. abstossen, darumb wir Ime dann unser Mút u. Gaben

versprochen haben sollen ꝛc. wie dann sin entdeckung davon gelut ist; Begerend von uns, ime siner unschult nach, der warheit zu Fördernung, Kuntschafft u. gezugkniß zu geben; die wir dann, nach dem die zymblich u. billig ist, Ime zu erstatung der gerechtigkeit, damit die warheit nit verdruckt werde, zu geben schuldig sin.

So sagen wir uff unser Furstenlich Wirden und Eren, daß er solicher schuldigung u. zugkniß gantz u. gar unschuldig ist, wann wir das oder desglichen mit ime nye geredt, ader den unsern ader andern zu reden bevolhen haben. Und geburte uns, inn ader ausserhalb Rechts, ime wyter Kuntschafft zu geben, dardurch er gnuglich entschuldiget wurde, mogen und wollen wir, umb die warheit und das Recht zu furdern, auch thun.

25. Iul. Und des zu warem urkunde ꝛc. Aschaffenburg, am Frytag S. Jacobs tag des Heil. Aposteln. - - MCCCCLXVII.

CXC.

COADIVTORIS *spontanea renuntiatio quoad omnia iura in Archiepiscopatum, Regimen, & habitas possessiones; exceptis tamen iis, quæ Satrapiam respiciunt* Bischoffsh.

1467.

[p. 787. n. 33.]

WIr Henrich Grave zu Wirtemberg, Coadiutor des Stiffts zu Mentz, — — — Als wir uns mit dem Erwirdigsten in GOtt Vatter u. Herrn, Herrn Adolf Ertzbischoff zu Mentz ꝛc. und Kurfursten, unserm lieben Herrn u. Oheym, under andern gutlichen - - vertragen haben, in crafft einer Abrede durch den Hochgebornen Fursten Herrn Karle Marggrave zu Baden u. Graven zu Spanheim - - - zwuschen uns beyden gescheen, daß wir das Regiment und die Regirunge des gantzen Stiffts zu Mentz, mit

mit Slossen, Steten, Dorffern, Landen u. luten zu des genanten unsers L. H. - von Mentz handen stellen, und alle Manne, Burgmann, Amptlute, und ander des Stiffts undertanen der phlichte, eyde u. glubde sie uns gethan haben, ledig sagen sollen, nach lute der brieff daruber ussgangen;

Also sagen wir Grave **Henrich** obgenant alle und igliche Lehenman, Burgman, Amptlute, Schultheissen Scheffen Burgermeister Rethe Burger, armen lute, underthanen u. Hindersassen des St. zu M. aller phlicht, glubde u. eyde die Sie uns als einem Coadiutor - - - gethan haben, gentzlich qwyt u. loys - - in crafft dieses brieffs; Ussgescheiden Amptlute Schultheissen Scheffen - - - und hindersassen zu Bischoffsheim, und di iene in dasselbe Ampt gehorig. Dieselben dann dem obgenanten - - unserm Herrn . . von Mentz, und uns von nuwem globen u. sweren sollen, nach lute des vorgen. vertrags.

Und des zu urkunde 2c. Der geben ist uff Dinstag unser Frauwen tag Assumpt. - - MCCCCLXVII. *15. Aug.*

CXCI.

Hortatoriæ Pontificis ad VLRICVM *Com.* Wirtemb. *de abdicanda a filio suo prætensa successione in* Moguntino *Archiepiscopatu.*

1467.

[*p. 1026. in addit.*]

PAVLVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Dilecto filio VLRICO Comiti *de Wirtenbergh* salutem & Apostolicam benedictionem. Credimus Nobilitatem tuam non latere, quod cum iam dudum Venerabilis frater, ADOLFVS Archiepiscopus *Maguntinus*, gravi quadam & periculosa febre, ceterisque aliis tunc sibi imminentibus causis, & presertim Eris *ex Autogr.*

 alieni

alieni onere premeretur, putans ipse, suo & Ecclesie sue statui sicut melius pro tempore bene consulere; dilectum filium HENRICUM natum tuum, in suum Coadiutorem accepit, certis inter eos initis pactis, ac nonnullis castris, terris & opidis, bonisque archiepiscopali Mense *Magunt.* per dictum AEpiscopum eidem tuo nato cum effectu consignatis. Quod ubi audivimus, admirati valde fuimus, & tulimus etiam moleste, cum factum id fuerit, quod minime debebat absque nostra & sedis Apostolice intelligentia.

Cum autem, sicut nuper accepimus, prefatus AEpiscopus Dei clementia bone sit valetudini restitutus, cessentque iam, que tunc urgebant cause supradicte; ac non debuerit de iure memoratus filius tuus Coadiutor assumi & propter arduitatem rei & propter etatem eius nimis teneram; * sed nec inita pacta predicta sicut etiam intelleximus per eum postea observata fuerunt; tuam in Domino hortamur & requirimus Nobilitatem, ut pro debito, & honestate cause, atque ob tollenda scandala, obviandumque dispendiis Ecclesie illius & patrie *Maguntine*, que, diuturnis fatigata turbinibus pacem potius quam Bella requirit, prefatum natum tuum studio omni paterne caritatis horteris, moneas, & inducas, ut, rebus sic ut supra sese habentibus, velit castra terras & opida, ac bona predicta, dicto AEpiscopo ecclesieque & mense eius, libere & absque ulla diminutione vel impedimento quantocius restituere & consignare; nec non cum eodem AEpiscopo super expensis, si que forsan propterea ab eo facte sunt, honestam aliquam habere concordiam, ad quod etiam Nobilitas tua se interponat; cum & nos eidem AEpiscopo scripserimus, ut huiusmodi concordiam & ipse non subterfugiat.

* *Primam lucem aspexit 1448. Posthac usu sane mentis destitutus* ⚭ *1519.*

Si ergo sicut speramus dictus Natus te patrem monitusque tuos, ymmo nostros audiverit, acquieveritque desideriis nostris, qui valde compatimur Ecclesie supradicte ob nimias eius pressuras, et affectamus summopere necessitatibus eius subvenire; rem admodum gratam nobis facies, & diligentiam tuam maiorem in modum commendabimus, reddemurque merito

to

to promptiores ad ipsius Nati tui promotionem aliquam; quod profecto secus faceremus, si is nostra, tuaque paterna monita predicta parvi faceret: Ipsoque, quod absit, forsan inobedienter repugnante, & Guerras potius appetente quam pacem, nequaquam velis ei adesse presidio; quoniam compelleremur, sicuti ad nostrum pastorale spectat officium, inclite Ecclesie *Maguntine* iura protegere, & omnia necessaria & iusta remedia, quantum cum Deo possumus, eidem subministrare.

Datum *Rome* apud S. *Mariam* Anno incarnationis Dominice MCCCCLXVII. VIII. Kal. Septembris. Pontificatus nostri anno tertio. *24. Aug.*

de *Castello*.

Dilecto filio VLRICO Comiti de *Wyrtembergh*.

CXCII.

OB *effrenatam vivendi, vagandique licentiam Canonicorum regular. in* Pfaffenschwabenheim, *omnibus cum bonis ac iuribus eos subiicit* ADOLFVS *Congregationi* Windesh., *sponte tamen ipsorum; sancitque, ut nomen* Præpositi *in* Prioris *mutetur*.

1468.

[*p. 785. n. 37.*]

ADOLFVS - - S. Mogunt. *S. Archiepiscopus &c.* Ad perpetuam rei memoriam. Inter ceteras solicitudinis curas, nostris humeris ex pastoralis nobis crediti officii debito incumbentes, illas vigilantiori studio amplectimur, quarum exercitio divina laus dilatatur, salus acquiritur animarum, & Xpiano populo devotionis exemplum relinquitur memoriale: Quod tunc potissimum efficere animadvertimus, cum Fideles cure nostre subiectos, in tenebris & in via oberrantes, ad lumen iustitie & veritatis semitas reducendo, professionis sue vo-

ta adimplere coartamus, eorum occurramus diſpendiis, & profectibus intendamus.

Sane intelleximus non ſine gravi diſplicentia, Monaſterium Canonicorum Regularium ordinis *S. Auguſtini* in *Paſſenſwabenheim* noſtre dioc. a regulari obſervantia devium, ac in Religionis decore & diſciplina monaſtica non parum corruiſſe, illiusque Monachos & Canonicos inibi Deo dicatos, obedientie abiectis habenis, proprie ſalutis & profeſſionis ſue immemores, votis Deo emiſſis poſtergatis, Patrum inſtitutis neglectis, in Religionis fervore & obſervantie norma miſerabiliter tepuiſſe; a regulari tramite deviando moribus & actibus inordinatis eorum profeſſioni adverſantibus laſcivire, ipſumque monaſterium tam in ſpiritualibus quam temporalibus diſſolutum & depreſſum adeo, quod vix religionis veſtigium illic ſupereſſe conſpicimus; et niſi citius obvietur, ad irrecuperabilem ruinam, & tandem totale exterminium & inediam veriſimiliter poſſet devenire.

Vnde nos, qui diu concupivimus, & affectu ſummo deſideravimus, noſtris temporibus ut Religio refloreat, Deo dicate perſone Religioſe in monaſtice vite novitate reſurgant, deſertaque iam dudum, & ſterilis terra, vomere ſpirituali ſulcata ad culturam uberrime deveniat fertilitatis; ac Eccleſie & Monaſteria ſingula nobis ſubiecta, in ſpiritualibus & temporalibus ſalubria indies ſuſcipiant incrementa; zelo accenſi divini cultus ex iniuncti debito officii, ne ſanguinem ipſorum de manibus noſtris requiri contingat, huiusmodi diſtemperanciis, inordinationibus, negligentiis, diſſolutionibus, laſciviis, diſpendiis & periculis, quantum in nobis eſt pervigili cura & ſolertia indefeſſa occurrere ac ipſum Monaſterium ad decentem obſervantiam redigere, deformata reformare, vitia extirpare, virtutes monaſtice diſcipline plantare atque renovare volentes; Conſiderantesque, id aptius effici non poſſe quam per introductionem Fratrum dicti Ordinis de obſervantia ex aliquo monaſteriorum, Capitulo generali in *Windesheim* eiusdem Ordinis, *Traiectenſis* dioc. ſubiectorum; Et eapropter, recepta primum,

mum, & admiſſa reſignatione de Prepoſitura prefati monaſterii in noſtris manibus facta, ac Fratribus & Canonicis, qui usque hoc inibi degebant, expreſſe conſentientibus, pro tanto bono, ex quo maiora ſuccreſcere indies non heſitamus, conſequendo, auctoritate noſtra metropolitica, & ex certa ſcientia dictum Monaſterium in *Paſſenſivabenheym*, cum omnibus & ſingulis edificiis, prediis, vineis, ſilvis virgultis agris pratis paſcuis molendinis piſcariis aquis aquarum decurſibus, poſſeſſionibus proprietatibus, attinenciis cultis & incultis, & rebus aliis mobilibus & immobilibus, bonis, iuribus immunitatibus circumferentiis & privilegiis univerſis, in his que ſunt Ordinis & regularis obſervantie, quam diu inibi ea viget, prefato Capitulo generali in *Windesheym* ſubicimus & ſubmittimus.

Volentes preterea, decernentes & concedentes, quod ex nunc nomen Prepoſiti in Priorem mutari poſſit in dicto monaſterio, & deinceps, quousque ſic inibi renovata regularis durabit obſervantia. In illoque introducendi & inſtituendi p. t. Prior Fratres & Canonici regulares, in his que Ordinis ſunt & regularis obſervantie, prefato Capitulo generali in *Windesheym*, viſitando, corrigendo reformando emendando & ordinando, ſecundum Statuta ordinationes & decreta, ac Regulam prefatorum Ordinis & Capituli generalis, per omnia ſubſint & ſubeſſe debeant; ita ut exinde ipſa reformatio - - debitum ſtabilimentum ſuſcipiat, & Fratres illius non vagabunditati ſeu laſciviis inſiſtant, ſed iuxta profeſſionis ſue vota, in caſtimonie ſanctitate Deo devotum exhibeant famulatum; ſicque de tenebris in lucem prodeundo, exuta periculoſa priſtina vetuſtate in ſemitis veritatis & iuſtitie renovati, eterne retributionis gloria ineffabili mereantur decorari.

Per has tamen ſubiectionem & conceſſionem nequaquam intendimus, iura Epiſcopalia, que de iure vel conſuetudine in dictum monaſterium & illius p. t. perſonas habere dinoſcimur, a nobis vel noſtris ſucceſſoribus quovis modo abdicare; ſed ea omnia illeſa remanere volumus, & ſalva perſiſtere.

In

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Datum in civitate noſtra *Maguntina* die penultima menſis Iulii. Anno Domini MCCCCLXVIII.

CXCIII.

De *translatione Altaris in Capella* S. Crucis *extra villam* Ingelheim *ſita, ad parochialem eiusdem loci.*

1469.

[*p. 785. n. 41.*]

ADOLFVS - - - - *Archiepiſcopus* - - - *Princeps Elector.* Vniverſis - - - Sane cum Capella *S. Crucis* extra villam *ſuperioris Ingelnheim* . ., in campis & in loco minime munito exiſtit, in qua Beneficium eccleſiaſticum ad Altare eiusdem *S. Crucis*, per Presbiterum ſecularem regi conſuetum, edificatum, erectum atque dotatum extitit; quam quidem capellam populus ſine multis periculis inibi ad Divina audiendum viſitare nequit; Quare pro parte Strenuorum, IOHANNIS de *Ingelnheim* & HEINRICI *Wolff* de *Sponheim* Militum, ac tocius communitatis dicte ville . . nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus d. Beneficium, cum omnibus ſuis iuribus, honoribus, redditibus & cenſibus ac pertinentiis univerſis, atque oneribus ſuis, per Sacerdotem p. t. exiſtentem fieri ſolitis & conſuetis, in Parrochialem eccleſiam d. ville *ſup. Ingelnheim* transponere, & transponi facere dignaremur.

Nos vero pred. ſupplicationem honeſtam & rationabilem reputantes, auctoritate noſtra prelibatum Beneficium - - de prefata capella *S. Crucis* ad pred. eccleſiam parrochialem in *Ingelnheim* cum omnibus & ſingulis ſuis fructibus, redditibus - - ac oneribus univerſis transferendum duximus, atque transferimus preſentium per tenorem; Dummodo tamen Rectoris ac Collatoris d. capelle, nec non Plebani prefate eccl. in *Ingelnheim*, &

& aliorum quorum intereſt, conſenſus expreſſus ad hoc acceſſerit; alias d. noſtram translationem nullius volumus eſſe roboris vel momenti.

Volentes, atque eadem auctoritate noſtra ſtatuentes, ut ibidem in d. parrochiali . . Altare in honorem S. *Crucis* per ipſius beneficii Rectorem quantocius erigatur atque edificetur, et quod Presbiter d. beneficium p. t. regens ad omnia & ſingula onera, in Miſſis in principio ortus diei celebrandis, & aliis ex primeva fundatione Altaris predicti circa divinum cultum faciendis, nunc & inantea per ipſum hactenus in d. capella ſolita ſunt miniſtrari, ſit aſtrictus atque obligatus.

Verum quia iuxta veritatis Magiſtrum dignus eſt Mercenarius mercede ſua, & qui ſervit altari vivat de altari, - - - etiam ordinamus, quod ſacerdos p. t. exiſtens, & onera conſueta ferens, iuribus, redditibus - - ad d. Beneficium quomodolibet pertinentibus potiatur, & gaudeat, omni contradictione ceſſante.

In cuius rei teſtimonium - - - Datum in civitate noſtra *Maguntina* die XIV. Aprilis. Anno Domini MCCCCLXIX.

[*Steriles ſunt Anni* 1470. 71. 72.]

CXCIV.

„Ordinatio Processionis *ad obviandum* „*Domino* Imperatori, *& excipiendo eundem* „*per Clerum* Moguntinum *Anno* . . „MCCCCLXXIII.

Primo debent ordinari per Locumtenentem repagula & vectes lignee ex utraque parte platearum, ab Eccleſia B. *Marie ad gradus* usque ad portam Piſcium, et extra eandem portam circa Rhenum ex utroque latere, ita & taliter, quod proceſſio Cleri per equos, bigas, currus, vel Laycos ibidem prementes nequaquam ledi, vel quovis modo turbari poſſit.

ITEM quod per dictum Locumtenentem deputentur Armati sufficientes ad custodiendum repagula, vectes & loca predicta, qui mandent & manuteneant, quod nullus equus, biga, currus vel laycus ad dicta loca inter vectes veniat, vel quomodolibet ingredi possit; in finem & effectum, quod huiusmodi processio & pressura redimatur.

ITEM in die qua D. Imperator Civitatem ingredi debet, fiat trina compulsatio in ecclesia Maguntina ad processionem more solito, et in secunda compulsatione omnes Religiosi & Clerici, ad processionem venire consueti, sint in Choro - - presentes.

ITEM deinde Fratres Minores. Demum alii Religiosi, Scolares, Vicarii - - & Prelati procedent obviam D. Imperatori secundum ordinem, sicut in processionibus contra Mortalitatem, vel pro Pace fieri est consuetum.

ITEM vadant successive bini & duo simul - -, dictumque ordinem manuteneant, ipsumque infringi per aliquam accumulationem non permittant.

ITEM quod omnes porte & ianue Ecclesiarum, *Magunt.* & *B. M.* ad gradus, statim postquam processio obviam D. Imperatori exivit, claudantur, & nemo ante reventum d. processionis, ad precavendam pressuram hominum, ad easdem ecclesias intromittatur.

ITEM, si aura patiatur & tempus sit serenum, veniant Canonici & Prelati cum cappis; et Reliquie deferentur per Vicarios, qui in Dalmaticis & cappis post Prelatos & ante Imperatorem incedent.

ITEM in fine processionis ante Imper. vadant tres Abbates, videlicet *Eberbacensis*, S. *Iohannis*, & S. *Iacobi.* Vnusquisque ex illis, aut aliquis Prelatorum ecclesie *Magunt.* Crucem portabit.

ITEM d. processio habebit se in exeundo, quod vadat per portam Piscium, & revertatur per circulum, ordinandum per rectores d. processionis deputandos.

ITEM

ITEM quando D. Imp. extra navim ad terram ante aſpectum d. porte pervenerit, - - - Succentor ibi ſtabit, incepturus alta voce *Advenisti desiderabilis:* cantandoque - - -, aliis eum adiuvantibus, usque ad eccleſiam B. M. continuabit.

ITEM in introitu D. Imp. ad civitatem . . eccleſiarum omnium campane ſingule pulſabuntur.

ITEM quando - - eccleſiam B. V. acceſſerit, ex tunc D. Iohannes *Mozeler* Dno Imperatori in organis dulcicora Muſice, que bene novit, Carmina propinabit.

ITEM quando . . Eccleſiam Mag. intraverit, Organiſta ipſius eccleſie ſimiliter in organis reſonabit.

ITEM cum . . ad Chorum pervenerit, d. Organiſta ludere ceſſabit; Et tunc Succentor *Te Deum laudamus* incipiet, quod Canticum chorus perficiet.

ITEM quando . . Chorum . . intravit, poſt ipſum aliquibus ad chorum admiſſis, chorus claudetur ad precavendam preſſuram; et poſt eius clauſuram omnes ianue eccleſie aperiantur.

ITEM ſub decantatione *Te Deum laudamus* Imperator, cum acceſſerit Altare maius, inveniet ante ipſum altare ſedem, cuſſino precioſo ornatam, cum banco pro Dno *Maguntino* & aliis Principibus, ſi forſan fatigati fuerint, ſimiliter decorato, ſuper quibus, ſi velint, quieſcere poſſint.

ITEM finito *Te Deum* . . Prelatus incipiet in choro ante pulpitum, conſuetum Verſum *Domine salvum fac Regem*, cum Collecta de Rege vel Imperatore.

ITEM finita Collecta fiat coram D. Imperatore ante ipſum altare Sermo brevis, prius per deputandos a Clero examinatus; quem ſermonem Domini de Capitulo Magunt. diſponent. Deinde quilibet de eccleſia ad domum ſuam redire poterit.

ITEM quod omnes perſone Eccleſiarum cum proceſſione ſub pena ſuſpenſionis ſint preſentes, & veniant ad eandem; Quodque abſentes non niſi per Capitulum ſue Eccleſie reſtituantur.

ITEM Rectores processionis sint BERTOLDUS Comes de *Henneberg*, MARCUS *Echter*, IOHANNES *Specht* *Canonici Metrop.* SIFRIDUS *Bidenfeld* Cantor, & IOHANNES *Ingelstat* Scholasticus S. *Albani.*

ITEM ad videndum Domos - - pro hospitibus observandis, cum Locumtenente deputati sunt B. . , de *Henneberg* & I. *Ingelstat.*

ITEM Clerus super propinis D. Imperatoris, D. Maguntini, & filii Imper. deliberabit.

ITEM Clerus personas propinantes deputabit.

ITEM mandetur Campanatoribus Collegiatarum Ecclesiarum, ut pulsetur *Ave Maria* post pulsum campane maioris Ecclesie mane & sero, sicut ab antiquo est consuetum.

CXCV.

Synagogam Iudaeorum ADOLFUS *in Capellam* OO.SS. *convertit.*

1473.

[*p. 1004. in Addit.*]

ex Autogr. ADOLFUS - - - - - ad futuram rei memoriam. Ad hoc nos DEVS pretulit sancte nostre *Maguntine* Ecclesie, & precipue, ut cultum augeamus divinum, nunc nova instaurando, vetera renovando, & deformata reformando; ad idque exequendum omnis nostra desudat intentio.

Sane dum novissime, divino nobis assistente presidio, Civitatem nostram *Maguntinam, que longe anteactis Annis & temporibus prefate nostre Ecclesie rebellis fuit*, ad illam reduximus; summo desiderio desiderantes, quod nostris diebus devotio accrescat in populo, Religio refloreat, & laus divini nominis indies salubria suscipiat incrementa; exemplo felicis record. BONIFACII Pape, qui in Vrbe templum *Pantheon*, quod in spurcitiam omnium Ydolorum, que antiquitus populus Romanus cole-

colebat, erat extructum, sibi donari obtinuit, ac in honore Omnium Sanctorum consecravit; Scolam sive sinagogam Iudeorum in prefata nostra civitate, in qua usque ad idem tempus nostre Evictionis perfidi Iudei eorum ritu cerimonias suas agebant, in honorem Omnipotentis Dei, Salvatoris nostri IHESV Christi, eius Genitricis intemerate semper Virginis Marie ac omnium Sanctorum, totiusque celestis Ierarchie consecravimus; ut, ubi olim populus in tenebris ambulans verum Deum & eius Sanctos blasphemabat, ibi nunc filii lucis veram lucem, & illius Sanctos, quorum doctrina, vita & exemplo Fides nostra stabilita est, iugiter glorificent & venerentur.

Quod ut perpetuo futuris temporibus fiat, summopere affectamus, & propterea eandem Capellam OO. SS. in perpetuum ecclesiasticum Beneficium, perpetuis futuris temporibus Clerico seculari conferendum, & per illum tenendum, regendum & gubernandum, ereximus & fundavimus, ac presentis scripti patrocinio erigimus, & fundamus; ac nunc modo illi pro Dote duas domos suprad. capelle contiguas, sitas versus ecclesiam parochialem S. *Quintini* - - -, cum nonnullis hortulis adiacentibus, exceptis domuncula & loco *ubi olim Hospitale & macellum Iudeorum erat*, perpetuo inhabitandas, habendas & possidendas - - - assignamus. Volumusque, - - - quod similiter perpetue futuris diebus - - eiusdem Capelle Rector omnibus & singulis privilegiis, immunitatibus & libertatibus, quibus alii Beneficiati in prefata nostra civitate usque huc & in futurum usi sunt & utuntur, uti frui & gaudere debeat, valeat & possit pariformiter, & absque omni differentia.

Ordinamus simili modo, quod idem p. t. dicte Capelle Rector singulis ebdomadis per circulum anni in ipsa C. ad minus semel peragat sacra Missarum solempnia, Deum pro nobis nostrisque successoribus fideliter exorando. Collationem quoque, provisionem, & quamvis aliam dispositionem prefate Capelle, vacationum temporibus nobis & Successoribus nostris - - Archiepiscopis *Maguntinis* specialiter & expresse reservamus.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Treveri* die XII. mensis Octobris * Anno Domini MCCCCLXXIII.

Ad mandatum R^mi^ Dni *Magunt.*
IOHANNES *Stube* Secretarius ss^t.

* *Triduo post* ADOLFUS *Beneficium a se recens fundatum contulit* PETRO Wyshare (Weisshaar.) *Cui, an. 1484. mortuo, provisione AEp.* BERTOLDI *successit* LUDOVICUS Kessler.

Interea temporis vero haece Capella similem exitii sortem subiit, qualem Stephanitica *in Foro gentili.* T. III. p. 885.

CXCVI.

FRIDERICI El. Palatini *Reversales, datæ* Diethero *ab* Isenb. *de sibi precario concessa facultate cudendi Monetam in opido* Höchst.

1474.

ex Autogr. WIr Friderich v. G. G. Pfalzgrave by Rine, Hertzog in Beyern, des H. R. R. Ertzdruchses und Kurfurst - - - Als wir in nest vergangen tagen den Wirdigen u. Edeln Hern **Diethern von Isenburg** Graven zu Budingen flisslich gebetten haben uns zu vergonnen, das wir unsern Montzmeister unser Muntze, zu Höchst uff dem Meyne, das dan derselbe von Isenburg ytzunt mit aller obirkeit, herlichkeit u. gewaltsamkeit, geistlich u. weltlich, in sinen handen hat, slagen lassen wollen, angesehen das dieselbe Stadt nahe by Franckfort gelegen, und Golte u. Silber dahin zu bringen dem Kauffmann am gelegensten sy; Das dan derselbe Her **Diether** von fryem willen gegonnet hat von unser bette wegen, und biß uff sin widderruffen; das wir dan in solicher masse angenomen haben; und in keynerley wise das wir gerechtigkeit damit vermeynen zu haben daselbst montzen zu lassen, oder solichs Jme, oder

oder dem Stifft Meintze Schaden oder Unstatten bringen soll. Alles ungeverlich.

Und daß solichs in obgemelter masse ergangen, und die luter warheit sy, haben wir dem benanten Her Diether diesen brieff gegeben, versiegelt mit unserm anhangenden Ingesiegel. Datum Oppenheim uff Dinstag nach S. Michels tag Archangeli. Anno.. MCCCCLXXIV.

Not. *AEpiscopus* ADOLFVS, *existens anno seq.* 1475. *cum* C. FRIDERICO *in castris apud* Novesium, *periculoso cœpit morbo tentari; unde in Ditionem suam reductus, ad extrema devenit d. VI. Septembris.*

CXCVII.

Moguntinenses *Canonici, ne* DIETHERVM *olim depositum eligere præsumant, a* P. M. *commonentur.*

1475.

[p. 788. n. 3.]

SIXTVS PAPA QVARTVS. *Dilecti filii salutem & Apostolicam benedictionem.* Intelleximus, Venerabilem fratrem Archiepiscopum *Maguntinum* gravi infirmitate laborare, adeo, ut de eius vita dubitetur, quod nobis molestum est, & DIETHERVM de *Isenburgk*, quem alias felicis record. *Pius* II. predecessor noster ob iustas & legitimas causas, quas non ignoratis, ab Ecclesia ista vestra, ad quam electus fuerat, removit, ad eandem iterum aspirare, & variis modis & viis id conari. *ex Autogr.*

Quare cum nostre intentionis sit, ut is, qui rationabilibus causis a predecessore nostro privatus fuit, nullo modo ad eandem Ecclesiam eligatur, quod non sine magna perturbatione & plurimis scandalis fieri posset; volentes huiusmodi discriminibus

nibus pro officio noſtro paſtorali occurrere, vobis per preſentes ſub pena excommunicationis late ſententie, ne prefatum *Dietherum* ſi caſus vacationis occurreret quoquomodo eligatis. Decernentes nichilominus ex nunc irritam & inanem omnem electionem, quam de eo vos fortaſſe, quod non credimus, facere contingeret. Noſtre enim voluntatis eſt, ut aliquem eligatis, qui ad tantum regimen ydoneus, & nobis ac Sedi Apoſtolice propter eius virtutes & ſufficientiam merito gratus futurus ſit, ſicut pro prudentia veſtra, & pro Eccleſie ipſius pace & quiete facturos vos, confidimus.

Datum apud *Criptam ferream*, *Tuſculanenſis* dioceſis, ſub annulo Piſcatoris, die XXIII. Septembris MCCCCLXXV. Pontificatus noſtri Anno quinto.

L. *Griſus.*

Dilectis filiis Capitulo Eccleſie
Maguntine.

CXCVIII.

CAPITVLVM *reponit, electionem in perſona* Dietheri, *ex motivis urgentibus, iamtum fuiſſe peractam, priusquam Apoſtolicum Breve ipſis inſinuatum fuerit.*

1475.

[*p. 787. n. 1. & p. ſq. n. 8.*]

CVM *humillima noſtra commendatione ad oſcula pedum S. V. beatorum, Beatiſſime Pater.* Alias die ſexta menſis Septembris proxime preteriti Eccleſia noſtra *Maguntina* per obitum quondam Domini ADOLFI, ultimi ipſius poſſeſſoris, vacante, nos eidem eccleſie, revera nimium quaſſate deſolateque, atque debitis maxime onerate, de perſona que eandem relevare, resque ab ea alienatas melius recuperare, atque ad id faciendum aptior, utilior & convenientior reperiri poſſet, prout

prout tenebamur, providere volentes, die nona mensis Novembris Nobilem & Generosum virum, Dominum DIETHERVM de *Isenburgk*, Comitem in *Budingen*, in Diaconatus ordine constitutum, multis bonis atque laudabilibus respectibus tamquam habilem & idoneum, ac ut talem qui pre cunctis dictam Ecclesiam nostram defensare, atque in pace & tranquillitate conservare, & ab ea alienata recuperare possit & valeat, elegimus in Rectorem & Pastorem.

Verum pridie die decima tertia presentis mensis Decembris, & sic dudum post premissam nostram factam electionem, quidam Laicus, se pro Serenissimi Dni Imperatoris nuntio gerens, quoddam Breve S. V. sub data XXIII . . Septembris michi *Bertoldo* Decano presentavit, nostro Capitulo publicandum prohibitorium; utque ex eius inspectione apparuit, ne prefatum D. *Dietherum* in nostrum & dicte Ecclesie eligeremus futurum Pontificem.

Dum autem, Pater sancte, ante iam dicti Brevis notitiam & eius factam nobis presentationem prefatus Venerabilis D. *Dietherus* per nos esset ut prefertur respectibus bonis & optimis electus, & in contrarium nichil possemus, nec hodie expediat, aliquid [si saltem totalem nostri & d. Ecclesie nostre, magnorumque & potentum, tam spiritualium quam secularium eiusdem subiectorum desolationem & destructionem, aliaque gravia pericula vitare velimus,] attemptare; Idcirco S. V. Paternitatem obnixe deprecando hortamur, quatenus eadem S. V. in facto huiusmodi premisso, quod sic ut prefertur pro restauratione ac pacis bono egimus, neve prioribus posteriora peiora fiant, nos excusatos, ipsumque ratum & gratum habere misericorditer dignetur. Deo, & hominibus Ecclesie nostre rem gratissimam facientes.

Ex *Maguntia* die ultima mensis Decembris. Anno Domini MCCCCLXXV.

P. V. S.

Sanctissimo in Xpo Patri & Dno D. SIXTO, divina providentia Pape *Quarto*, Dno nostro clementissimo.

Humiles atque devoti BERTOLDVS Decanus & Capitulum Ecclesie *Maguntine*.

CXCIX.

Apoſtolica DIETHERI *ſecundum electi confirmatio.*

1476.

[*p. 789. ante n. 20.*]

ex Autogr. SIXTUS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Dilectis filiis Populo civitatis & diocefis *Maguntine* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Hodie electionem de perſona dilecti filii DIETHERI Electi *Magunt.* per - - Capitulum . ., Eccleſia *Mag.* tunc Paſtoris ſolatio deſtituta, in Archiepiſcopum . . factam, de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica duximus confirmandam; preficiendo ipſum *Dietherum* eidem Eccleſie in Archiepiſcopum & Paſtorem; Curam & adminiſtrationem — — ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in Litteris inde confectis plenius continetur.

Quocirca univerſitatem veſtram rogamus & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eundem Electum, tanquam Patrem & Paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes honore, exhibeatis eidem obedientiam & reverentiam debitas & devotas; ita quod ipſe in vobis devotionis filios, & vos in eo per conſequens patrem inveniſſe benevolum, gaudeatis.

Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarnationis Dominice MCCCCLXXVI. Non. Aprilis. Pontificatus noſtri anno quinto.

per P. de *Spinoſis.*

N. *Bregrun.* Io. *Amerinus.*

G. *Bonidies.*

CC.

De *quodam Fanatico & pſeudo Propheta in diſtrictu parochiæ* Nickelshauſen, *partium* Franconiæ.

1476.

[*p.789. n.14.*]

Dietherus *D. G. ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector.* Vniverſis & ſingulis Xpi fidelibus, Eccleſiaſticis atque Secularibus, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis & dignitatis fuerint, per Civitatem & diocesin noſtram - - ubilibet conſtitutis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Pauci admodum dies ſunt, quod homo quidam * ruſticanus, imperitus, & verbis ſcientia ac moribus indoctus, apud parochiam *Nickelshuſen* - - multa ficta, vana ac falſa, Ewangelicis & Apoſtolicis litteris repugnantia, imperite plebis multitudine coacta in vulgum concionari audens, docendi officium, cum Laycus eſſet, neque miſſus neque invitatus, contra Apoſtoli ſaluberrimam doctrinam profitebatur. Qui, cum ab ineunte etate eius, choreis ac laſciviis dumtaxat deditus, ac timpano inſonans puellares iocos & illecebras femineas concitare inſueverat, nullum criſtiani hominis ſignum, ſed inſigne diaboli gerens, neque primis quoque Catholice fidei preceptis imbutus de Fide diſputans, ſimbolum ignorabat.

* *Ioan.* Beheim, *vulgo* Henſelin *vocatus.*

Quem, cum vite ſue turpitudo infamem & abiectum effecerat, ipſe, maledicere omnibus bone conſcientie ſignum arbitratus, uſurpata ſibi materia diſputandi cepit blaſphemare: In primis *excellentiſſimam B.* Petri *Sedem, eiusque ſacram auctoritatem contumaciter contempſit, ac pro nichilo habuit*; In qua qui ſederint, poſtquam ille martirio coronatus eſt, Vicariatum

Xpi certo tenuere, Clavesque ligandi atque ſolvendi, uti archana celeſtium litterarum produnt, penes ſe habuere; ſine quibus nemo unquam regni celeſtis ianuam introire potis. Simul ac *Cenſuras & arma Eccleſie contemptibilia docuit.* Que celeſtis exercitus precipuus miles PAVLVS, ad ſalutem anime & docuit & exercuit, dum Corintheum quendam divine Legis prevaricatorem Sathane traderet ad interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fieret.

Neque ignem Purgatorii credidit, in quo electe anime, mortalis corporis contagione corrupte, exercentur penis, veterumque malorum ſupplicia expendunt. Quin ymmo ſceleſtis ac nephariis *ſuis manibus a carcere Inferni animam, eterno dampnationis exitio eruere ſe poſſe iactabat.* Cuius ignis, veluti celeſtes littere docent, numquam extinguetur, neque in eo ulla unquam redemptio, neque ſpes libertatis fuit.

Inſuper ut ignarum populum & ſimplices hominum mentes facilius ad rabiem ſuam commoveret, *omni Peccatorum veniam, & plenariam indulgentiam omnibus ad illam eccleſiam iter agentibus repromiſit* homo veſanus & moti capitis: tamquam vero dimmittendi peccata ius atque imperium, lignis ſaxis & rupibus, non Dei miniſtris ac ſacris Viris dumtaxat, Ore divino conceſſum ſit. Et ne quem ineptiarum ſuarum finem faceret, *ignavos & rudes quosdam homines, ſuorum veniam criminum provolutis genibus deprecantes, abſolvit*; Poteſtate Clavium uti conatus, quod nec Glorioſiſſime Virgini Marie, eius Genitrici qui Celum & Terram condidit, licebat.

Quin *de divino honore extolli, & adorari ſuſtinuit*, quod nulla unquam tam fera & inſana gens fecerat; nec Petrus quidem Spiritu ſancto plenus, & celeſtis Regni ſupremus Claviger ſibi fieri patiebatur; qui *Cornelium* ſe adorare cupientem manu ſublevavit, & dixit: *ſurge, nam & homo ego ſum.*

Multa quoque monſtra & portenta *de futura mortalium ſorte ſibi beatiſſimam Dei Genitricem revelaſſe*, ut hoc tali preſagio rudes & credulos animos levius pelliceret atque ineſcaret: Quod

Quod nec Sanctis eius, quos eligit Dominus in caritate non ficta, unquam manifestavit. Et ne id curiosius exquirere contenderent, monuit dicens *Non est vestrum nosse diem neque horam.* Neque venenosum caput *Imperiali Maiestati maledicere erubuit:* Illius potestatem enervans, quem Dominus Deus ad laudem bonorum, reproborumque vindictam super populum suum Principem constituit; & cuius decretis mandatisque obtemperandum, divina Lex precepit.

Postremo, ut tota libertate blasphemaret, veluti ipse censor morum datus esset, neque Ecclesiarum ministris, neque Seculi hominibus parcens, omnes petulantissima sua lingua & mordaci dente carpebat. Id agens, ut errores & semina antiqui livoris spargeret; qui tamen, dum hec & pleraque alia antique Heresis portenta proponeret, sicut coluber debilitatus, in ipso conatu cum eius consortibus confractus, & iustissimo Dei iudicio dampnatus, dignum factis suis exitium invenit. *

Ceterum ut memoria tantorum malorum funditus pereat, et, ne qua levis scintilla magnum suscitet incendium, Ecclesiam prefatam in *Nickelshusen* auctoritate nostra ordinaria, & de Iuris peritorum consilio, ecclesiastico Interdicto supponimus. Prohibentes sub excomm. pena late sententie universos & singulos, ne sub Religionis, devotionis vel peregrinationis pretextu predictam ecclesiam . . . visitent, aut visitantes hospitio recipiant, vel ipsis visitantibus aliquid vendere, vel quovis modo, ut ecclesiam antefatam visitent, consilium favorem assensum vel auxilium prebeant.

* *Turbis classicum canens, a* RUDOLFO *Ep.* Herbip. *ceu domino Territoriali in vincula coniectus, iam tum d. 19. Iulii has Literas antecedente ad Rogum damnatus, seditionis sua pœnas luebat. Plebs enim credula eum non secus ac Prophetam, Doctoremque divinitus illuminatum reputans, tam vivum quam mortuum excrescente sequebatur numero. De quo plura notabilia* refert Trithemius *Chron. Hirsaug.* T. II. p. 486.

Suſpendentes etiam omnes & ſingulas indulgentias a predeceſſoribus noſtris . . Archiepiſcopis *Magunt.* vel aliis, Eccleſie ſeped. datas vel confirmatas, preſentibus usque ad noſtram revocationem duraturis. Simili cenſura innodantes qui has noſtras Litteras demere, loco movere, vel lacerare preſumpſerint. Omnium predictorum abſolutione nobis dumtaxat reſervata.

Harum noſtrarum, quibus Sigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio Litterarum. Datum *Aſchaffenburgi* die X. menſis Octobris. Anno . . MCCCCLXXVI.

CCI.

FVNDATIO

VNIVERSITATIS MOGVNTINÆ.

1476.

[*conf. p. 789. n. 13.*]

ex Autogr. SIXTVS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Ad perpetuam rei memoriam. In ſuperne dignitatis Apoſtolice ſpecula licet immeriti diſponente Domino conſtituti, ad univerſas fidelium regiones noſtre vigilantie creditas, earumque profectus & commoda tanquam univerſalis gregis Dominici Paſtor commiſſe nobis ſpeculationis aciem, quantum ex alto nobis permittitur, extendentes, ac circumſpecte in archano pectoris noſtri revolventes, quod per Litterarum ſtudia fideles ipſi efficiuntur ſcientiis eruditi, equum ab iniquo diſcernitur, ignorantie pelluntur nubila, Divini nominis Fideique catholice cultus protenditur, Iuſtitia colitur, tam publica quam privata res geritur, omnisque ſpes humane conditionis augetur; inducimur non indigne, paſtoralem curam circa ea impendere ſtudioſe, per que Studia huiusmodi, in locis ad hoc congruis & oportunis erigi & plantari, ac inibi indies dante Domino augeri, Virique litteris eruditi alios introducere,
&

& introductos Gradibus decorare valeant; et ut ferventius Litterarum studiis inibi intendant, studia ipsa prerogativarum privilegiis, ad aliorum iam diu erectorum Studiorum instar, non immerito, temporum & rerum occurrentium qualitatibus pensatis, nitimur honorare.

Sane sicut exhibita nuper pro parte Venerabilis fratris nostri DIETHERI Archiepiscopi *Maguntini* petitio continebat, ipse premissa considerans, ac non solum ad utilitatem Reipublice & civium habitantium & incolarum civitatis & dioc. *Maguntine*, sed etiam aliarum vicinarum partium, laudabiliter totis conatibus intendens, — — — — in eadem Civitate, que inter alias partium Germanice nationis - - plurimum notabilis & insignis existit, & in qua etiam aeris temperies viget, ac victualium habetur abundantia, ceterarumque rerum ad usum hominum pertinentium copia reperitur, erigi, constitui & ordinari Studium generale in qualibet licita Facultate, ut ibidem Fides ipsa dilatetur, erudiantur simplices, equitas servetur, vigeat ratio, illuminentur mentes, ac intellectus hominum illustrentur;

Quare pro parte dicti DIETHERI AEpiscopi, qui etiam Imperii Romani Coelector, ac ipsius Imp. per totam ipsam Germanicam nationem Archicancellarius existit, pro decore & honore ipsius Civitatis - - nobis fuit humiliter supplicatum, ut in eadem — — Studium generale erigere, constituere & ordinare: ac statuere, quod in eadem Civ. - - de cetero sit Studium generale adinstar *Bononiensis*, *Parisiensis* & *Coloniensis* Studiorum generalium, illudque inibi perpetuis futuris temporibus vigeat, tam in Theologie, Iuris Canonici & Civilis, quam alia licita Facultate sive scientia, & alias in premissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui eiusdem Fidei exaltationem, propagationem, ac divinarum pariter ac humanarum scientiarum augmentum, equitatisque & iustitie semitam, nostris potissime temporibus vigere affectamus, eiusdem *Dietheri* . . in Domino bonum propositum plurimum commendantes, illius in hac

parte

parte ſupplicationibus inclinati, ad laudem Divini nominis, & eiusdem fidei Catholice propagationem, in eadem *Maguntina* civitate Studium generale auctoritate Apoſtolica tenore preſentium perpetuo erigimus, conſtituimus & ordinamus; - - - & etiam decernimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in illa Studium gen. vigeat adinſtar *Bon. Par.* & *Col.* ſtudiorum predictorum, tam in Theologie - - -, quam alia qualibet . . Facultate - -; quodque Magiſtri . ., Doctores, Legentes, ac Studentes . ., in omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, - - - -, quibus alii Magiſtri - - - in *B. P.* & *C.* Studiis gaudent . ., uti, potiri & gaudere libere & licite poſſint.

Et inſuper illi, qui proceſſu temporis Gradus meruerint in qualibet ex Facultatibus . . predictis in qua ſtuduerint, ſibi docendi licentiam ut alios erudire poſſint, ac ut Magiſterii ſeu Doctoratus honorem elargiri, - - - - dilecto filio GEORGIO PHINZING, Dec. D. & p. t. exiſtenti Prepoſito Eccleſie B.M. ad gradus *Mag.* * vel eius ſufficienti & ydoneo vicario - - - -, Prepoſitura vero - - vacante illi, qui ad hoc per - - Capitulum - - deputatus extiterit, preſententur; Idemque Prepoſitus - - - - Magiſtris ſeu Doctoribus in eadem Facultate inibi p. t. regentibus convocatis, illos in his que circa promovendos requiruntur, ad *Gradus* honorem, iuxta modum & conſuetudinem in predictis vel aliis Studiis generalibus & alias iuxta Conſtitutionem - - - in Concilio *Lugdunenſi* editam examinare faciant diligenter; eisque, ſi ad hoc ſufficientes & ydonei reperti fuerint, ac docendi licentiam & honorem huiusmodi obtinuerint ut prefertur, ex tunc abſque examine & approbatione alia, tam in predicto quam in ſingulis aliis Studiis generalibus, in quibus legere voluerint, docere poſſint & valeant, acſi in aliis Studiis huiusmodi Licentie aut Doctoratus gradus ſuſcepiſſent. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon *Bononienſis*, *Pariſ.* & *Colonienſis*, ac ſingulorum aliorum generalium Studiorum predictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſt. vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuscunque.

Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat — — — — Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarn. Dominice MCCCCLXXVI. Nono Kal. Decembris. Pontificatus nostri anno sexto. *23. Nov.*

* G. P. *dum anno mox sequenti decesserat, Pontifex ius nominandi* Cancellarium *tribuit* CVSTODI *Ecclesiæ metrop. Quæ constitutio hodiedum servatur.*

Novellæ huius Academiæ Rectoratum primus gessit IACOBVS WELDER *de* Siegen, *SS. T. D. Decanus D.* Petri. *Mortuus an.* 1483. *Maii 18.*

CCII.

Ecclesiam Nickelsh. DIETHERVS *solo æquari iubet, assignans populo illam in* Gamburg.

1477.

[*Ibidem.*]

DIETHERVS . . *S. Sedis* Moguntine *Archiepiscopus* - - -. Vniversis & singulis utriusque Sexus hominibus per nostram Civitatem & Diocesin *Mogunt.* ubilibet constitutis, & presertim Parochianis ecclesie in *Nickelshusen*, salutem in Domino sempiternam.

Cum superioribus diebus zizanie & erroris seminator, perfidam & nephariam Heresin infra Parochiam *Nickelshusen*, multitudine plebis ad id loci congregata, serere atque fundare cupiens, pleraque impia & nepharia Dogmata, celestibus atque canonicis litteris repugnantia, in vulgus veluti perniciosum virus spargebat; Qui, licet iusto Dei iudicio dampnatus, & prophetica falce succisus est; sui tamen Erroris rediviva semina reliquit, quibus simplices & imperiti levium hominum mentes capte & incitate: atque in perniciosa illius vestigia, ad salutis eterne interitum ruentes falsa spe allecti, utpote eterne sibi glorie premia pollicentes, predictum locum in *Nickelshu-*

ſen, ſui ſcilicet erroris ſeminarium & aſilum, frequenter viſitare non obmittunt, tametſi Eccleſie loci illius a nobis iam pridem Sacris interdictum eſt, & omnes, iter ad eam agentes anathematiſati. Ceterum, cum neque tempore neque ratione tantus & tam inſanus populi error frigeat, ſed indies magis ipſum increbeſcere atque augeri perſpiciamus, compellimur iuxta Apoſtolum eos ſeverius arguere, quibus manſuetudo & clementia noſtra ludibrio fuit.

Igitur Eccleſiam prefatam in N . . auctoritate noſtra ordinaria, & Apoſtolica nobis ſingulariter ob eam rem data, extinguimus atque ſupprimimus, eam etiam demoliri & ſolo equari iubentes, ac univerſa & ſingula privilegia, libertates & indulgentias prefate eccleſie - - a nobis vel predeceſſoribus noſtris - - - datas, conceſſas ſive confirmatas, revocamus, caſſamus & irritamus. Prohibentes inſuper ſub pena excommunic. late ſententie, & omnium bonorum confiſcationis, ne quiſpiam infra limites parochie *Nickelshuſen*, illam vel aliam eccleſiam, capellam, ſive oratorium inſtaurare, vel reedificare preſumat; curam vero animarum parochianorum loci prefati ad eccleſiam parochialem in *Gamburgk* auctoritatibus predictis transferimus, & in perpetuum eidem incorporamus, unimus atque annectimus. Sub excom. pena Plebano in *Gamburgk* & ſucceſſoribus ſuis - - - mandantes, quatenus parochianos predictos deinceps perpetuis futuris temporibus, ſacramentis & omnibus iuribus parochialibus, ſicuti alias ſuas oves ſibi creditas, reficiat atque procuret; Ac ipſis parochianis, ut a prefato plebano in *Gamburgk* predicta ſacramenta & iura parochialia percipiant, ſimili ſub cenſura precipientes, contradictores nichilominus & rebelles ipſo facto tenore preſentium in his ſcriptis excommunicantes; de fructibus vero, proventibus, & iure preſentandi . . Eccleſie in *Nickelshuſen*, diſponendi & ordinandi, prout in Domino expedire nobis videbitur, facultate nobis - - reſervata.

Harum . ., quibus Sigillum noſtrum eſt appenſum, teſtimonio Litterarum. Datum *Aſchaffinburg* II. menſis Ianuarii - - MCCCCLXXVII.

CCIII.

CCIII.

Delegatio absolvendi, sub præscriptis conditionibus, D. Brunſvic. *W. ab Excommunicatione, quam incurrit propter illatam Sacerdoti vim atrocem.*

1477.

[*p.789. n. 15.*]

DIETHERVS - - - - Venerando nobis in Xpo dilecto, Plebano Ecclesie S. *Iacobi* in *Gottingen* nostre dicc. — — — Dignum esse existimamus, illis veniam indulgere, qui culpam suam humili & spontanea confessione detegentes, salutem anime sue ferventi affectu desiderant.

Exhibita siquidem nuper nobis, pro parte Illustris Principis Domini WILHELMI Iunioris, Ducis in *Brunswick* & *Luneborck*, petitio continebat, quod cum olim ministri & satellites sui quendam Presbiterum violenter invasissent, ac ad castrum quoddam suum captivum duxissent, ibique in compedibus & cippo eundem aliquandiu, sine tamen enormi corporis lesione, mutilatione membrorum ac sanguinis effusione, tenuissent, predictus Dux hec intelligens, omnia & singula rata & grata habuit, ac sententiam excommunic. propterea incurrerat ipso facto. Verum pro parte d. Ducis nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsum a sententia prefata de benignitate nostra absolvere, vel alias de oportuno remedio sibi providere dignaremur.

Vnde nos supplicationibus eius in hac parte inclinati, Discretioni tue committimus atque mandamus, quatenus, si per diligentem informationem predicta ita esse repereris, et postquam dicto presbitero a carceribus relaxato pro iniuria satisfactum fuerit, aliudque canonicum non obsistat, recepto prius ab eodem Duce iuramento, quod, pariturus mandatis Ecclesie, infra Annum a data die presentium propterea conspectui

Sedis Apoſtolice, per ſe vel alium ſe repreſentet, prefatum Ducem auctoritate noſtra ordinaria & tenore preſentium abſolvas, abſolutumque publice denunties. - - - -

Datum in Civitate noſtra *Maguntina*, die vero XXI. menſis Martii. Anno . . MCCCCLXXVII.

CCIV.

PROGRAMMA, *quo* Dietherus *diem aperiendæ Studiorum Palæſtræ determinat.*

1477.

ex Autogr. DIETHERVS *D. G. ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus S. R. I. per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector.* Vniverſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum multa divinitus a Maioribus noſtris inventa atque inſtituta ſunt, nichil tamen preclarius, & ſacroſancte Fidei Catholice honorificentius & utilius, publicis ac privatis rebus commodius, otio paci atque ſaluti populorum ſalubrius, quam, quod clariſſimorum & doctiſſimorum hominum conventus publicos ac Scholas congregari celebrarique voluerunt; ut teneri & rudes adoleſcentium animi, omnis eruditionis & doctrine ignari atque expertes, nedum virtutibus, quibus bene beateque vivendi rationem acciperent, inſtituerentur, verum etiam Litterarum cognitione & preceptis ſapientie imbuti ac edocti, Religionem divinam perite conſtanterque docendo, dignitatem & preſtantiam rerum publicarum ſapienter adminiſtrando, ac populi ſalutem prudenter conſulendo ornarent, augerent, atque conſervarent; quorum ſapientie, fidei, poteſtatique, Chriſtiana religio, res divina, cerimonie, Sacra, animarum ſalus; Ius, imperium, & Orbis terrarum gubernacula; Vita, libertas, are, foci, curatio corporis; bona fortuna, domicilia, res denique familiaris, committi credique poſſint.

Quis

Quis enim unquam melius, ſublimius, acutius atque preſtantius contra Athenienſes ſeculi Philoſophos in Ariopagon, aut in ſinagoga contra Legis divine prevaricationes, quam preclarus & eximius Gentium *Doctor* PAVLVS diſputavit atque diſſeruit? aut quis Hereticorum intricabiles nodos ac verſutias prudentius atque potentius contudit, diſſolvit, & penitus disiecit? denique ad maieſtatem veri . . DEI cognoſcendam & adorandam, devios ac errantes populos facilius atque ſapientius revocavit, commonuit, incitavit, ac creſcentis Eccleſie fundamenta firmius iecit & fundavit, quam divorum Doctorum auctoritas.

Quam diu porro divinus honor, ſacramentum vere fidei ac pietas, moderatio, conſtantia, iuſtitia, quibus veluti tenaciſſimis nervis ac vinculis Chriſtiana Respublica tenetur ac ſolidatur, in noſtri evi hominibus permanerent, niſi ſapientiſſimis & fidiſſimis ſuis monitis atque inſtitutis divine Legis periti, in pectoribus hominum tantarum ſemina virtutum ſerere & fundare conſueviſſent!

Quando inſuper Respublica apud omnes gentes felicior, beatior, affluentior ac ſplendidior fuit, quam, cum eam docti & ſapientie ſtudioſi gubernabant? Nunquid ABRAHAM multarum Gentium Pater peritus fuit in omni ſcientia Egiptiorum; & Iſrahelitice Gentis inclitus Dux MOYSES tanti populi ferociam ſine Lege & ſcientia regere potuiſſet? IOSEPH quoque, non nobilitate generis, non divitiarum multitudine, ſed ſola qua nitebatur ſapientia, obtinuit, ut dominaretur in omni terra Egipti; Et divinus ille Citharedus DAVID, cum ipſe eſſet ſacre Legis eruditiſſimus, & ſcientia veluti Angelus Dei reſponderet, NATHAN tamen Prophetam, & SADOCH ſacerdotem, ut omnia ſapientum conſilio ageret, penes ſe habuit. Quid SALOMON dignus tanto patre heres, & in Regno ſucceſſor non aſpernandus? Num univerſis mundi ſpretis contemptisque divitiis ac honoribus, ſolam a Deo ſapientiam ad regendum populum ſuum, qua cunctos mortales anteibat, petivit & exoravit? MACEDO vero ALEXANDER — — —

IVLIVS quoque Cesar - - - adeo ſtudioſus doctrine fuerat, ut Lune Solisque meatum inveſtigans, tempus per Annos, menſes dies horas, momenta atque puncta divideret. AVGVSTVS, dehinc OCTAVIANVS, tanto deſiderio doctrine ardebat, ut liberos ſuos — — — nedum Litteris erudiri iuſſerit, verum etiam, ne otioſe torperent, ad lanificium aſſuefecerit.

Sed quorſum hec tam longo repetita principio? Vt intelligant noſtri evi homines, — — — nichil quicquam magna laude dignum ſine Litterarum peritia fieri poſſe. Nam quis unquam tam magno & excellenti ingenio, — — — Ait enim ISAIAS, qui non didicerit Iuſtitiam, Dei veritatem non faciet — — —. Vani ſunt enim omnes homines, quibus non eſt ſcientia Legis Dei. Vnde Liberator noſter — — — — —

Igitur nobiliſſimi Philoſophi — — — — inter quos MILESIVS in Grecia claruit, — — — dehinc PITAGORAS . . a quo Philoſophie nomen exortum eſt, late . . diffundere . . cupiens archana Litterarum, — — — SOCRATES vero — — — PLATO, eius non indignus diſcipulus, Achademiam preclara ſua doctrina & Eruditiſſimorum . . frequentia nobilitavit. Deinceps ARISTOTELES peripateticam Sectam condens, — — — pleroſque diſcipulos preclara fama in ſectam ſuam adduxit, quibus . . CRISIPPVS & XENOCRATES, aliique innumerabiles ſapientie Studioſi ſucceſſerunt, — — —

Nos igitur animadvertentes, & in animo noſtro ſedula meditatione Divinam bonitatem atque clementiam revolventes; que inter reliqua ſue in nos liberalitatis & munificentie dona ad ſummum & ampliſſimum Sacerdotii gradum immeritos & indignos nos provehere, ſancte *Moguntine* Eccleſie gubernaculum noſtris humeris - - - imponere voluit, impellimur profecto circumſpicere & meditari, ſi nos quoque aliquem fructum in vinea Domini, noſtri evi hominibus afferre poſſemus.

Nichil autem dignius, . . preſtabilibus, . . atque ſalubrius efficere nos poſſe ſumus arbitrati, quam, ſi ad erudiendam, inſtituendamque Litteris ac bonis moribus vitam mortalium,

lium, illorum ſapientiſſimorum Virorum, quos ſupra memoravimus, ritum imitantes, Conventum clariſſimorum & doctiſſimorum hominum, & Scholas publicas in Civitatem noſtram *Moguntinam* convocaremus.

Illam inquam MOGVNTIAM, que Magiſtra morum & diſcipline, ac virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, divine Religionis ac fidei obſervantiſſima ſemper fuit; quam Divus propterea HIERONIMVS *nobilem Vrbem* appellans, ab Arrianis quondam perfidis Chriſti hoſtibus - - - captam, deſtructam, atque penitus exciſam fuiſſe teſtatur. Hec profecto Civitas, ſitus oportunitate & ſplendore, ac aliarum maximarum rerum admiratione digniſſima, inter alias, que ſupra ripam predivitis Rheni fluminis ſite ſunt, tanquam Sol inter ſidera micat atque reſplendet; Etenim ea eſt Civitas, que de omni genere laudis atque virtutis, cum quavis, non modo earum, que hac tempeſtate preclare & celebres habentur, ſed etiam cum omni poſſit antiquitatis memoria contendere. *Moguntinæ urbis encomia.*

Inprimis vero *Moguntie* adeo benigne a natura parente letus & fertilis tributus eſt ager, ut non modo indigenarum inquilinorum & advenarum alimonias, frugumque copiam abunde ſuppeditet atque ſubminiſtret, verum etiam finitimis & longinquis regionibus ubertatem elargiri ſoleat. Omnia enim que vite quottidiane neceſſaria ſunt, tam pleno ut aiunt cornu in promptu poſuit, ut nichil ab exteris regionibus pro uſu humano petendum ſit. Accedunt preterea tot immenſa venerabilium Sacerdotum collegia, tam magnifica & ſplendida Templa divine venerationi dicata, tum vero ipſa archiepiſcopalis Sedes, civitatis *Moguntine* pleno iure Domina.

Surgunt inſuper, quoquo te verteris, tot tanteque domus & Edes regie, digna Scholaſticorum virorum habitacula, quorum numerus & magnificentia ſpectabilem urbem & admirandam efficiunt. Preteribimus hoc loco Hortorum amenitatem, ſaluberrimum aerem, commoditatem atque fertilitatem preclari & opulenti fluminis Rheni, ſive Germania altior, ſive petenda ſit humilior: Et quod ei non parum laudis attribuit,

co-

copiosissimis & nobilissimis Germanie civitatibus vicina est; Rheni vero Publicani prudentissimi & integerrimi viri, optimis legibus ac institutis temperant.

Illud vero precipuum & memorabile donum celandum non est, quod Sanctissimus - - - Pater ac Dominus . . SIXTUS divina providentia Papa IV, Dominus noster clementissimus, pro divina & admirabili sua in nos pietate & clementia, nostro hoc instituto, & novelle Schole . . innumerabiles libertatis ac munificentie dotes - - - benigne . . contulit; eamque *Bononiensi*, *Parisiensi* atque *Colonie Agripinensi* omnium Privilegiorum, immunitatum & Facultatum prerogativis & antelationibus equari voluit.

Veniant igitur in hanc nobilem Civitatem *Moguntiam*, & hoc novellum sapientie Studium celebrent, qui laboribus susceptis periculisque aditis scientie margaritam invenerunt, & divinitus ipsis concessum talentum in usus communes expendere; ac lucernam, quam assiduis sudoribus accenderunt, non in abscondito, neque sub modio, sed super candelabrum, ut luceat illis qui ad virtutis viam ingredi cupiunt, secundum legem Evangelicam ponere curent. Veniant inquam illi, qui erudire ad Iustitiam multos bonitate velint, scientia sciant, auctoritate possint; a nobis profecto dulcissimos fructus, & digna laborum premia consequentur. Quid enim dulcius, quam, quod tuo studio ipse inveneris, id alteri impartiri & communicare! Ad quam quidem rem natura ipsa procreati . . videmur, ut, quod omnibus fructuosum esset, id in medium summa cum animorum alacritate profunderemus. — — — Ad hanc certatim festinent prestantis animi Iuvenes, vere sapientie amatores, quorum si aret ingenium, de fontibus illius poterit irrigari. Veniant, qui varia Scripturarum poma decerpere, & talibus utentium deliciis illorum frui desiderant amplexu. Veniant, qui viam virtutis ingredi, & veram beatitudinem cupiunt indagare. Accedant sitibundi ad fontem sapientie, ut de rivulis eius potantes sapiant, & de amara Litterarum radice immensam voluptatem, dulcissimos fructus, & amplissimos honores capiant. — — — —

Que

Que enim per Deum immortalem maior voluptas aut dilectio esse possit, — — — —

Socrates ille clarissimus, *Phanarete* matre obstetrice, & *Sophronio* patre marmorario genitus, ad clarissimum glorie lumen excessit. Quam vero matrem Evripides, aut quem patrem Demostenes habuerunt, ipsorum quoque seculo ignotum fuit; alterius autem matrem olera, alterius vero patrem cultellos venditasse, omnium pene Doctorum littere loquuntur. Sed quid illius tragica, aut huius oratoria vi clarius? Neque vero evo nostro doctissimis Viris virtutum suarum debita premia desunt, quos ad altissima honoris fastigia sola Litterarum doctrina continuo provehi & extolli videmus, ut recte illud de ea dici possit: *Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum Principibus, & Solium glorie teneat.*

Verum cum in re minime dubia testibus & exemplis minime egeamus; illud pro confesso relinquamus, quod iam tritum sermone, & re ipsa probatum sit proverbium, nichil esse inter mortales, quod adeo repente exornet, nobilitet, ac demum Viros claros ac immortales reddat, quam disciplina & Litterarum cognitio. Quam ob rem omnes — — —

Nobilem igitur *Moguntiam*, & hanc novellam Litterarum palestram, cui felix ac faustum ad proximas *Kal. Octobris* principium dabitur, petant, ubi facile eas facultates assequentur, quibus se ipsos humo tollere, eis amplissimas laudes, immensa commoda, & suis letitiam, patrie gloriam & ornamentum afferre poterunt.

Date in predicta Civitate *Moguntina* ultimo Kal. Aprilis, Anno Domini MCCCCLXXVII.

CCV.

MECHTILDI, *Relictæ* [Ludovici] H. L. *plenam dat* DIETHERVS *poteſtatem, deputandi Prælatos --, ad collapſam in Cœnobiis -- diſciplinam ex integro reſtaurandam.*

1477.

[*p. 750. n. 20.*]

DIETHERVS —————— Illuſtri MECHTILT, ex Comitibus *de Wirtenberg* & *Mumpelgart*, Landgravie *Haſſie* Vidue, Conſanguinee noſtre cariſſime ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum inter cetera noſtris humeris impoſita onera incumbat, et, niſi aliis arduis noſtris & Eccleſie *Maguntine* impediremur negotiis, etiam operam daremus, ut Monaſteria, tam virorum quam monialium, quorumcunque Ordinum nobis ſubiecta, a primeva ſui Ordinis inſtitutione dampnabiliter collapſa ad regularem ſui ordinis obſervantiam reducerentur; Quare veſtrum in Domino merito commendamus affectum, quo Monaſteria talia, in veſtro dominio ſeu territorio conſiſtentia taliter collapſa, ad eandem obſervantiam ex noſtra commiſſione reducantur, videmini deſiderare.

Idcirco preſentibus vobis concedimus facultatem, ut aliquos Prelatos & religioſas perſonas nominare & eligere valeatis, qui huiusmodi monaſteria auctoritate noſtra, tociens quociens opus fuerit, in Capite & in membris viſitare valeant, & reformare. Dantes eisdem ſic nominatis vel nominandis Prelatis vel religioſis perſonis, preſentibus plenam & expreſſam poteſtatem .., huiusmodi Monaſteria tam virorum quam mo-

monialium in capite & in membris diligenter viſitandi; de ſpiritualibus & temporalibus ſe etiam informandi; crimina & defectus corrigendi & emendandi; contradictores quoslibet & rebelles ad huiusmodi reſumendam & continuandam obſervantiam per Cenſuram eccleſiaſticam compellendi, vel ad alia loca licentiandi vel transferendi; Officiales etiam, ſi hoc eis videbitur, ymmo & ipſos Prelatos, ſi eorum hoc meruerit temeritas, ab eorum officio vel Prelaturis ſuſpendendi, vel penitus abſolvendi & privandi; aliosque, qui obſervantiam ſervare velint, loco huiusmodi translatorum, ſuſpenſorum vel privatorum introducendi; Cum poteſtate, omnes & ſingulos Religioſos, Prelatos, vel ſingulares perſonas quorumcunque Monaſteriorum - - -, huiusmodi obſervantiam efficaciter ſuſcipientes & ſuſcipere volentes, ab omnibus & ſingulis ſuis criminibus, peccatis & exceſſibus, & etiam a vitio periurii vel apoſtaſie in caſibus reſervatis, auctoritate noſtra, per ſe vel alios abſolvendi, ac ad habitum cuilibet Ordini congruum & debitum aſſumendum compellendi.

Vos in Domino exhortantes, quatenus eosdem per vos ad premiſſa nominandos ſeu nominatos Prelatos — — manutenere, & eisdem firmiter aſſiſtere dignemini, pro premiſſorum efficaciori, leviori & utiliori executione.

Harum noſtrarum, quibus Sigillum noſtrum appenſum eſt, teſtimonio Litterarum. Datum in opido noſtro *Aſchaffenburg* die XXI. menſis Auguſti. Anno MCCCCLXXVII.

CCVI.

Exegesis.

Martino *Abbate in* Munster - Schwartzach *diffamato de surreptione quorundam pretiosorum*, *& Reliquiarum*, *in specie Capitis* D. Laurentii, *tempore eo*, *quo ex commissione archiepiscopali fungebatur officio Reformatoris Monasterii* Selgenstadensis, Dietherus *dat testimonium innocentiæ*; *Quum sacer ipse Vertex*, *aliorum extra Claustri septa evagantium culpa*, *iam prius devenerit* Hanoviam; Diethero *accurante ad locum pristinum postea restitutus.*

1477.

Wir Diether v. G. G. des H. Stuls zu Mentz Ertzbischoff ꝛc. Bekennen - -, Als der Wirdige u. Geistliche, U. L. A. **Martin** Apt zu Munsterswartzach, angezogen u. beschuldiget worden sin solle, daſ er, in zitt als wir Jne das Closter zu Seligenstadt helffen zu reformiren dahin gesatzt hatten, die Heylthum, Kleinot, Privilegien, und ander GOts gezirde desselben Closters entfrembdet soll haben; wie dann solich Schuldigung gelutt hatt; Daſ ime daran gantz unrecht gescheen ist, u. geschicht: Er noch die Sinen das auch nit entfrembdet habe; Sonder dasselb Heylthum, mit namen S. Laurentien Heupt, ist davor, und ehe er von uns daselbs hin, das Closter zu reformiren gesatzt, von andern, die etliche zitt uſʒ dem Closter geweſt sindt, davon entfrembdet, und geyn Hanawe gefurt worden; Auch inn der zitt als der gedacht **Martin** von uns dahin gesatzt, durch unser verfugung wiederumb dahin bracht u. gefurt worden; Da es dann noch also ist.

Und daſ solichs also und ware sey, so haben wir unser Jngesiegel ꝛc. Aschaffenburg am Mitwochen nach S. Katherinen tag . . MCCCCLXXVII.

26. Nov.

CCVII.

CCVII.

SEDE Moguntina *post obitum* Adolfi *vacante, periculosa Capitulum inter & Cives collisio exorta est; eo quod hi per annum, plus minus, non obstante fidelitatis iuramento illi præstito, morem ultra gerere noluerint. Summus idciro Pontifex declarat, Civitatem* DIETHERO, *eiusque Successoribus pleno dominii territorialis iure, prout ab omni fuit ætate, in perpetuum esse subditam. Gravissimis pœnis Capitulo inhibens, ne vivo Archipræsule regimini se quomodolibet immisceat.*

1478.

[*p. 1026. in addit.*]

SIXTVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Ad perpetuam rei memoriam. Cunctis orbis ecclesiis disponente Domino presidentes, circa ipsarum, presertim Metropolitanarum insignium, & personarum illis presidentium & in Divinis deservientium, eisdemque subditarum prosperitatem & pacem solicitis studiis vigilamus, easque sic cupimus utilis nostre provisionis ope dirigi, quod a detrimenti subleventur incommodis, & prosperis iugiter proficiant incrementis. *ex Autogr.*

Sane sicut accepimus, etsi *Civitas* MAGVNTINA *temporali dominio Ecclesie* Magunt. *pleno iure subiecta existat, fueritque pro tempore existens* Archiepiscopus *M. a longissimis temporibus citra, in quasi possessione* OMNIMODE SVPERIORITATIS *ibidem, in hys que ad huiusmodi temporale dominium pertinent; Monetam cudi faciendo, Census & Tributa, pro locis publicis Civitatis eiusdem p. t. debita exigendo & percipiendo; Officiales, presertim qui curam annone & victualium habuerunt, & committentes fraudem in hys que ad eorum officium pertinebant, debitis penis puniverunt, .. deputando; Universitati quam plurium artium eiusdem civitatis varia privilegia concedendo, & alia que ad* VEROS TEMPORALES DOMINOS *Civitatum similium pertinere*

nere noscuntur faciendo; Et eapropter aliqui Romani Imperatores qui p. t. fuerunt, dilectis filiis communitati Civium *Magunt.* per eorum Litteras mandaverint, ut Archiepiscopo . . *uti eorum vero & naturali Domino temporali* obedirent, & eum in suum Dominum temp. recognoscerent; Et, si quando, quoad illa que ad temporale dominium huiusmodi pertinent, Imperialia privilegia & litteras, per preoccupationem vel alias concessisse comperti fuerunt in civitate predicta; Archiepiscopus qui p. t. fuit, ea, utpote super hys que non ad Imperatorem sed ipsum AEpiscopum pertinent, concessa, revocari obtinuerit; Et dum Communitas ipsa, potens effecta, sub Ecclesie & AEpiscopi eorundem obedientia totaliter permanere, nonnunquam erecta cervice recusaret, & per se ipsos huiusmodi temporalis dominii curam suscipere, & ad illa que ad dominium . . pertinent, manum extendere temptaverint; Et presertim tempore quo Ecclesie prefate preerat *b. m.* ADOLPHVS — —, vigente controversia inter eum & Venerab. fratrem nostrum DIETHERVM — — super ipsius Ecclesie regimine & administratione, idem *Adolphus* AEpiscopus eos in huiusmodi subiectionem quoad temporalia redegerit, & quoad vixit ut eorum verus Dominus temporalis illis prefuerit pacifice & quiete;

AEpiscopus verus Civit. Mog. dominus.

Antiquissimæ subiectionis oblita subinde cervicem erigit.

Nichilominus ipso ADOLPHO postmodum vita functo dilecti filii Capitulum *Magunt.* regimen Civitatis . . quoad . . temp. dominium assumpserunt, & ab illius Civibus fidelitatis iuramentum exegerunt; & deinde cives ipsi, qui per annum vel circa, iuxta prestitum per eos iuramentum Capitulo . . obtemperaverant, sub illorum obedientia amplius permanere nolentes, arreptis armis in apertam rebellionem contra Capitulum . . insurrexerunt, adeo, ut de vita Canonicorum, & aliarum personarum Capituli & Cleri - - ob populi furorem non mediocriter dubitaretur; Et ipse DIETHERVS AEpiscopus, qui tunc in loco distanti a civitate . . per certas dietas absens erat, cum primum id intellexit, coadunatis gentibus armatorum cum possibili celeritate ad Civitatem ipsam se conferens, & ea obsessa, cum omnis mora periculosa foret, quam pri-

Civium rebellio contra Capit.

Dietherus *armato sti-*

primum cum Communitate . . amicabiliter de pace & concordia inter eos & Capitulum . . tractavit; Et cum Cives ipsos inducere nequiret, ut de cetero Capituli . . obedientie subiecti esse vellent; timentes, ne - - illius persone indies ulcisci vellent illatas eis a Civibus iniurias huiusmodi; consentirent tamen, velle - - - Archiepiscopo . . subesse, & cum eisdem Canonicis & Capitulo pacifice vivere, dummodo cives ipsi a prestito per eos Capitulo . . iuramento fidelitatis & obedientie absolverentur, & Capituli Litteras haberent, — — — eos ab obedientia & fidelitate . . absolutos fore; promitterent quoque, se ex tunc de cetero de ipsius Civitatis regimine nullatenus impedire; *patus miliite de concordia inter eos tractat.* *Conditiones a Civibus proposita.*

Huiusmodi pacis tractatu precedente, per eosdem Cives ea lege intra civitatem ipsam - - receptus fuit, ut Capituli . . vota super hoc exquireret, et ipsis premissa facere recusantibus, inde exire deberet. Eodem autem *Diethero* . . sic recepto intra civitatem . ., ipsius Ecclesie Canonici & persone Capitulares, que usque tunc metu Civium . . latitaverant, intellecto . . *Dietheri* . . adventu, & pacis tractatu - - -, iuxta tractatam Concordiam predictam, . . Cives a iuramento - - Capitulo prestito, & obedientia . . absolverunt. Promiseruntque Communitati . ., de - - - temporali regimine se imposterum non impedire, sed permittere, quod Civitas ipsa sub . . *Dietheri* - - - temporali dominio & regimine permaneret, ac Litteras . . Capituli super hys omnibus iuxta d. Concordiam communitati tradere; quas, sub data diei inite concordie . . confectas, postmodum, Civitate iam diu pacata, tradiderunt. Sicque res ipsa composita extitit. *Canonici metu civium latitantes;*

Et quanquam tunc persone d. Capituli premissa laudaverint, recognoverintque, se summa diligentia eiusdem DIETERI . . a periculo maximo, in quo constituti erant, liberatos fuisse; tamen postea Civibus iniuriari, eosque periuros esse affirmare, & convitiis ac aliis verbis iniuriosis afficere indies ceperunt. Et quamvis etiam ipse DIETERVS . ., dubitans ne exinde scandala aliqua orirentur, persepe Canonicos - - - *Quos Canonici vix non*

ad

denuo provocassent ad rupturam. ad tales iniurias prorumpentes reprehendere, & ne de cetero eisdem civibus iniuriarentur, eosque ad scandala convitiis huiusmodi provocarent, monere & requirere non omiserit; Et cum hinc inde Civium & personarum Capituli animi, indignari per amplius indies viderentur, & cives ipsi timerent, - - ne Capitulum . . de eisdem . . vindictam imposterum sumere temptarent; requisitis interpellatis vicibus a diversis ex iisdem civibus . ., ac aliis subditis dicte Ecclesie, Nobilibus & plebeis, ut diffidentium animos placare & ad concordiam reducere, ac scandalis, que exinde oriri posse formidabantur, obviare conaretur; cum Capitulo . . super hys que ad quietem eorundem Capituli & Civium necessaria sibi videbantur, statuere & ordinare, ac alias ad id oportuna remedia adhibere, pro posse iteratis vicibus temptaverit; id tamen efficere, & Capitulum . . ad hoc inducere hactenus minime potuit; verisimiliterque dubitatur, quod, nisi *Cives* plenius certificentur, quod in futurum sub - - - - Archiepiscopi . . obedientia perpetuo permanere debeant, & Capitulo . . obedire non teneantur; Civibus ipsis timentibus, ne sub Capituli . . obedientia redire compellantur, illique vindictam sumant de eisdem, ac nova scandala oriantur; & Civitas ipsa propterea tam ab AEpiscopi quam Capituli - - - totali subtrahatur obedientia;

Civium devotio erga S. Sedem dilaudatur. Nos, qui Ecclesiam pred. inter alias Germanie metropolitanas . . insignem & famosam, huic sancte Sedi Apostolice semper reverentem & devotam, ac d. civitatis Cives ob sincere devotionis affectum, quem ad nos & Sedem . . gerere, dubiis etiam temporibus ostenderunt, speciali non immerito dilectione prosequimur, & gerimus in visceribus caritatis; Nec non scandalis, ac ecclesiarum & personarum quarumlibet - - incommodis - - libenter obviamus; Motu proprio — — — — & ex certa scientia . . Litteras predictas Capituli, ac omnia & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica — — confirmamus & approbamus, — — — supplemusque omnes - - defectus - - -, si qui forsan intervenerint in eisdem: Et non licuisse Capitulo - -, dicto ADOLPHO vita functo a - - Civibus - - fideli-

fidelitatis & obedientie iuramentum exigere, ac de regimine . ., eo modo quo se impediverunt, impedire; & eosdem . . ad prestandum DIETHERO — — —, non autem Capitulo . . subiectionis - - iuramentum; & eo - - interveniente promittendum, quod ipsi AEpiscopo . . cui illud prestabunt, & successoribus eius canonice intrantibus, fideles devoti & obedientes erunt; Et si eum decedere, aut - - in captivitatem deduci, vel Regimini - - - - cedere, &, sine Sedis Apostolice speciali licentia terras & loca temporali dominio . . subiecta in alios transferre & alienare contingeret; obedientiam - - - huiusmodi, Capitulo - -, nomine & vice archiepiscopalis Sedis durante ipsius Ecclesie vacatione, & nomine detenti AEpiscopi durante detentione eius; et eiusdem Sedis durante dissensione que ex cessione & alienatione . . proveniret, exhibebunt, & alias iuxta solitam talis iuramenti formam teneri & obligari, — — — decernimus & declaramus.

Casus, queis Communitas iuram. fidel. prestabit Capitulo.

Et quod prefatus DIETHERVS — — — constructe per ipsum - - Arcis munitissime opere admodum sumptuoso in inferiori parte civitatis - -; & aliorum opidorum, castrorum, & locorum ac fortilitiorum dicte Ecclesie, custodiam & curam providis circumspectis & fidelibus Castellanis sive custodibus committere - -, qui — — — proprio iuramento promittant, Arcem opida — — — predicta diligenter custodire & salvare; ac illa etiam, occurrente ipsius Ecclesie vacatione, aut AEpiscopi captivitate, vel dissensione predictis, Capitulo aut alteri non consignare, sed pro detento AEpiscopo, usquequo contingat eum liberari, & vacatione ac dissensione durantibus . ., pro archiepiscopali Sede illa custodire & salvare: ac in captivitatis eventum liberato postmodum . ., & dum Ecclesia ipsa vacaverit, illi, qui - - - canonice electus fuerit, & ad apprehendendam arcis, opidorum - - - eorundem possessionem, assistentibus in hoc ei quatuor ex Canonicis - - - eum associantibus, & traditis per . . Electum Communitati . . Litteris, - - - & non ante - -; nec sine Canonicorum predictorum sibi assistentium, & in hoc consentientium presentia, assignare.

Ad arcis - - - - curam Castellani, &

ad possessionem ab Electo apprehendendam, 4 Canonici deputantor.

ſignare. Capitulum vero . ., exceptis caſibus *tribus prenotatis*, ratione Alienationis, quam faceret AEpiſcopus de terris & locis . . Eccleſie, nullo modo - - - alias, quam ut prefertur, de ipſius Civitatis regimine & temporali dominio, aut Arcis, opidorum - - & fortilitiorum . . cuſtodia & cura ſe valeant impedire aut intromittere, ſed Civitatem ipſam regendam & gubernandam AEpiſcopo . ., & deputatis per eum Caſtellanis ac cuſtodibus, Arcis - - - curam & cuſtodiam . . dimittere; Et ab inducendo directe vel indirecte AEpiſcopum - - -, ut regimen . . eis committat; & ſolicitando Caſtellanos *locorum* ut illa eis conſignent; Et a Clenodiorum, librorum, vaſorum argenteorum, iocalium, veſtium, utenſilium, & aliorum bonorum quorumcunque que decedens Ar. dimiſerit, occupatione, diſtractione, uſurpatione ſeu inter eos diviſione - - - abſtinere penitus debeant; Et quominus clenodia, libri, - - - - ad manus Succeſſoris . . perveniant, nullatenus - - - procurare aut attentare preſumant, quovis queſito colore, - - - - ſtatuimus; Ac Capitulo, nec non, nunc & p. t. exiſtentibus ſingularibus illius Canonicis - -, ne, vacante vel non, Eccleſia . ., ſuper aſſequendo regimine Civitatis . ., aut cura & cuſtodia Arcis, opidorum — — —; aut clenodiorum, librorum, vaſorum — — — — uſurpatione, diviſione . . & appropriatione palam vel occulte, capitulariter vel alias, quicquam proponere, conſulere vel tractare; aut cum eligendo vel Electo - - deſuper convenire vel paciſci, aut illum ad id quovis modo inducere vel obligare, ſeu ſolicitare vel impellere — — — — ullo modo preſumant, - - - diſtricte precipiendo inhibemus. Ita ut illi ex Canonicis - - -, de quorum electione in archiepiſcopum tractari continget, — — — — Nec non Caſtellani — — — —, qui Arcem - - loca & fortilitia, contra formam per eos preſtiti iuramenti, Capitulo aut alteri quâm - - Electo . . conſignarent vel offerrent, — — — Excommunicationis late ſententie, periurii, & privationis - - - - Canonicatuum & Prebendarum, - - - - nec non bonorum quorumlibet ad eos pertinentium; Et dignitatum etiam Secularium, ac Graduum, in quibus conſtituti forent, penas eo ipſo in-

Solitus ſpoliandi pruritus poſt mortem Archiep. coercetur.

incurrant; et ad illa ac alia imposterum obtinenda Beneficia quecunque, & ad quoscunque actus legitimos peragendum inhabiles existant, & perpetua notentur infamia. Electiones quoque, quas fieri contingeret post contraventionem eandem, &, que ante facte forent de personis sic contravenientibus vel aliis, nullius sint roboris vel momenti, & habeantur pro infectis.

Et ut illi, quos in AEpiscopos *Mag.* eligi, vel alias assumi continget, regimen Civitatis, & Arcis opidorum - - - custodiam & curam apud se & successores suos conservare; Et ab eiusdem regiminis, cure & custodie in Capitulum . ., aut alios quoscunque translatione tanto plus abstinere procurent, quanto ad id magis se cognoverint maiori vinculo obligari; quod Electi . ., antequam Arcis - - - possessionem . . & curam assumant, publice coram magno Civium *Maguntinorum* & dicte Ecclesie subditorum, Nobilium & plebeiorum, numero, quod ipse ad transferendum regimen, curam & custodiam huiusmodi, in Capitulum . . aut alios quoscunque, Capitulo . . aut aliis minime se obligabit; & illa apud se, quam diu Ecclesie . . prefuerit, conservabit, affirmare & promittere; ac desuper Litteras suas expeditas hoc continentes Communitati . . gratis tradere teneatur: Et illis sic traditis, & non ante, associatus per quatuor ex Canonicis, — — — —, ad Arcis, opidorum — — — apprehendendam possessionem accedat. Et, si convocatione Civium, Nobilium & plebeiorum predictorum, & coram illis assertione predicta non facta, ac Litteris predictis, quas Communitati . . tradi volumus, non traditis: aut sine quatuor Canonicorum presentia & assistentia ad Arcis - - - - assequendam possessionem accesserit, Electio de eo facta illico viribus vacuetur. *Litterae Communitati ab Electo gratis tradendae.*

Teneantur quoque & debeant ipsius Ecclesie Canonici, qui nunc sunt, infra mensem post publicationem presentium - - -, & qui in futurum recipientur - - -, proprio iuramento firmare, quod ipsi omnia & singula premissa, regimen Civitatis, curam & custodiam Arcis - - - - concernentia inviolabiter *Canonici omnia praemissa servare velle iurabunt.*

 ter

ter observabunt. Qui vero iuramentum huiusmodi prestare recusaverint, vel malitiose distulerint, per se, vel procuratorem cum sufficienti mandato, Canonicatibus & Prebendis, - - - -, administrationibus & officiis, reliquisque beneficiis - - - - privati existant, & eorum receptio nullius sit momenti.

Decernentes, nostre & . . Sedis Apostolice intentionis incommutabilis fore, presentibus nostris Litteris in nullo derogare, vel detrahere per quascunque Litteras, que cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, a nobis vel Sede predicta emanarent, nisi dum, & quotiens per nos vel Sedem . ., Communitati prefate per tres diversas Litteras sub diversis Datis, cum intervallo trium mensium inter dies datarum earundem, inserto in eis tenore presentium, fuerit intimatum, nos vel Sedem ipsam ea vice eisdem presentibus litteris derogare velle. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non . . Ecclesie *Maguntine* iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Clausulæ hanc ordinationem obfirmantes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam — — — — Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarnationis Dominice MCCCCLXXVIII. VII. Kal. Februarii. Pontificatus nostri anno octavo.

26. Ian.

Secreta.
S. *Galettus.*

CCVIII.

DECLARATIO *dispensationis Pontificiæ nimis late a* S. P. Q. F. *sumptæ, quoad Cibos lacticiniorum, ac tempus.*

1478.

[*p. 791. n. 2.*]

DIETHERUS . . *S.* Moguntine *Sedis Archiepisco-*

pos

pus - - - Honorabilibus, Devotis nobis in Xpo dilectis, Plebano ac Capellanis parochialis Ecclesie S. *Bartholomei* opidi *Franckfordensis* salutem in Domino sempiternam.

Instrepitante auribus nostris divino illo verbo, quo dictum est *pasce oves meas*, continua eius admonitione impellimur, ut tum Divina, tum & Apostolica in hac parte missa implentes, depascentem aberrantemque dominicum gregem ab occasione lubrica, & materia periculi, prius quam in concupiscentias laberetur, in continentiam disciplinamque spiritualem revocemus; et, si quod quovis colore aut suasu impetratum fuerit, id citra calumpniam piis mentibus non ad perniciem, sed salutem intelligatur esse concessum.

Sane alias nomine in Xpo nobis dilectorum, Consilii & populi Opidi *Franckfordie* nostre dioc. a Sanctissimo - - - Dno SIXTO, divina providentia Papa *Quarto* - - - impetratum extitit, ut Opidani . . predicti, agrestesque seu coloni territorii eiusdem, nec non advenientes & confluentes ad d. Opidum, presertim tempore Nundinarum, quadragesimalibus ac aliis diebus, quibus esus ovorum & lacticiniorum de iure prohibitus est, ovis, butiro, lacte, caseo & aliis lacticiniis, salvis aliquot orationibus Dominicis & salutationibus angelicis dicendis, ac prestationibus in pios usus erogandis; Et, ut Infirmi, Senes quoque, & alii Valetudinarii utriusque sexus, de Medicorum consilio & Confessorum suorum licentia, diebus predictis etiam carnibus vesci possint & valeant; quemadmodum hoc in Litteris Apostolicis alias coram nobis productis clarius continetur, quarum Data est *Anno incarn. Dominice* (1477.) *VII. Idus Ianuarii* Pontificatus nostri anno VII.

Quod quidem statutum, decretum & ordinationem populus predictus, creditus nobis, etsi, pretergressa & ommissa consultatione nostra, secundum quasdam narrationes & assertiones a prefato SS^mo D. N. obtinuerit; quia tamen longe ac secus a mente S^tis sue fuit & est, ut ob salutem facta quovis modo sinistrum operentur; Vnde nos, in hac parte de mente & voluntate SS. D. N. plene certificati, & Sanctitatis sue iussa & man-

data . . exequi volentes, tenore presentium declaramus & publicamus, Statutum, decretum, sive ordinationem predictam, in omnibus & singulis suis clausulis, concessionibus & dispensationibus, de Senibus, debilibus & infirmis duntaxat debere intelligi, nec ad alios, vel amplius quovis modo extendi; Ita videlicet, ut senes, debiles & infirmi, quadrages. & aliis diebus, quibus esus lacticiniorum & ovorum est interdictus, ovis, butiro, lacte, caseo & aliis lacticiniis, per totum annum impune vesci, & sine aliquo conscientie scrupulo libere & licite possint & valeant; salvis tamen orationibus Dominicis & salut. angel. dicendis, ac etiam prestationibus & erogationibus iuxta tenorem predictarum Litterarum solvendis. Vobis districte precipiendo mandantes, ut hanc declarationem & publicationem tempore Divinorum, & dum populus ad Ecclesias confluit, diebus Dominicis & festivis publice denuntietis; ita & taliter, ut a quoquam ignorantia minime possit pretendi.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc declarationis paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire, sub interminationis divine sancteque Apostolice sedis, ac nostre indignationis pena gravissima. Si qui vero, quod absit, conscientie neglectores, profusa impudentia contrafactores aut rebelles, cuiuscunque dignitatis, conditionis aut status fuerint; ultra penas predictas, eos, easve pro qualitate personarum, factique atrocitate mulctari curabimus.

Datum in Civitate nostra *Maguntina* sub nostri Sigilli appensione die III. mensis Iulii Anno . . MCCCCLXXVIII.

In eadem forma rescripsit Prioribus Ord. Prædicatorum *&* B. M. V. *de* Monte Carmelo, *nec non Guardiano* FF. Min. *ibidem.*

[*Vacat annus 1479.*]

CCIX.

CCIX.

Futurus Dietheri *successor renuntiatur* ALBERTVS.

1480.

[p. 794. n. 3.]

SIXTVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Dilecto filio ALBERTO, ex Ducibus *Saxonie*, Conservatori in spiritualibus & temporalibus Ecclesie *Maguntine* per Sedem Apostolicam deputato, salutem & Apost. benedictionem. *ex Autogr.*

Credite nobis desuper Apostolice dispensationis urgemur officio, ut, qui dispositione divina cunctis orbis ecclesiis potestatis plenitudine presidemus, ipsarum ecclesiarum utilitatibus sic prospiciamus solicite, sicque vigilanter & salubriter intendamus, quod per diligentie nostre studium ecclesie ipse preserventur a noxis, ut per viros ydoneos in statu pacifico feliciter conserventur; qui tandem illis in Pastores deputati, superni favoris ipsis auxilio suffragante, illas velint & valeant auctore Domino in spiritualibus & temporalibus salubriter regere, & prospere gubernare.

Sane cum alias ad prosperam directionem & felix regimen Ecclesie *Maguntine*, nostre meditationis aciem intendissemus, & de illius salutifera gubernatione, nec non de persona ydonea, sub cuius conservatione salubriter dirigi posset, diutius cogitassemus; demum ad te, Canonicum eiusdem ecclesie, qui etiam ex inclita domo Ducum *Saxonie* originem traxisti, direximus oculos nostre mentis; sperantes, quod, licet in minori etate constitutus sis, nichilominus per virtutum merita quibus circumfultus existis, & alia tibi affutura suffragia, Ecclesiam ipsam in spiritualibus & temporalibus conservare, & demum illi utiliter preesse, & multipliciter fructuosus esse poteris.

Habita

Habita igitur ſuper hys cum Fratribus noſtris deliberatione matura, te Conſervatorem dicte ecclefie in eisdem Spir. & temp. quam diu Venerabilis frater noſter DIETHERVS Archiepiſcopus *M* . . vitam duxerit in humanis, ipſius *Dietheri* . . ac dilectorum filiorum Capituli . . ad hoc expreſſo accedente conſenſu; ipſis etiam hoc inſtantiſſimis precibus a nobis poſtulantibus, de Fratrum eorundem conſilio, Apoſtolica auctoritate facimus & deputamus: Et nichilominus eodem *Diethero* . . cedente vel decedente, aut regimen & adminiſtrationem . . alias quomodolibet dimittente, te ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, Adminiſtratorem ipſius ecclefie - - - -, donec *viceſimum ſeptimum* tue etatis annum attigeris, - - - conſtituimus & etiam ordinamus; ita quod durante huiusmodi adminiſtratione liceat tibi de fructibus, redditibus & proventibus menſe archiepiſcopalis *Maguntine* diſponere & ordinare, ſicuti Archiepiſcopi . . qui p. t. fuerunt, de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt. Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium dicte menſe tibi penitus interdicta.

Nec non, quam primum Annum pred. attigeris, de perſona tua, nobis & eisdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, etiam ex nunc prout ex tunc, & e converſo, de ſimilibus conſilio & auctoritate providemus, teque illi preficimus in Archiepiſcopum & Paſtorem ac de perſona tua proviſum, teque illi in AEpiſcopum & Paſtorem prefectum eſſe decernimus; curam & adminiſtrationem eiusdem ecclefie, etiam adminiſtratione huiusmodi durante, tibi in eisdem ſpirit. . & tempor. plenarie committendo. In illo qui dat gratias & largitur premia confidentes, quod, dirigente Domino actus tuos, Eccleſia predicta per tue circumſpectionis induſtriam & ſtudium fructuoſum, gratia tibi aſſiſtente divina regetur utiliter, & proſpere dirigetur, ac grata in ſpiritualibus & temporalibus huiusmodi ſuſcipiet incrementa.

Iugum igitur Domini tuis impoſitum humeris prompta devotione ſuſcipiens, curam & adminiſtr. predictas ſic per te, vel

vel alium ſeu alios exercere ſtudeas ſolicite, fideliter & prudenter, quod eccleſia ipſa Gubernatori provido, & fructuoſo Adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam; Tuque, preter eterne retributionis premium, noſtram & Apoſtolice ſedis benedictionem & gratiam uberius conſequi merearis.

Volumus autem, quod antequam conſervationi & adminiſtrationi prefatis te in aliquo immiſceas, in manibus Venerab. fratrum noſtrorum, *Miſnenſis* & *Spirenſis* Epiſcoporum, vel alterius eorum, fidelitatis debite ſolitum preſtes iuramentum, iuxta formam quam ſub bulla noſtra mittimus introcluſam. Quibus, & eorum cuilibet per alias noſtras Litteras mandamus, ut a te, noſtro & Romane Eccleſie nomine, huiusmodi recipiant, ſeu recipiat iuramentum.

Datum *Rome* apud S. *Petrum*. Anno incarnationis Dominice MCCCCLXXX. pridie Idus Ianuarii. Pontificatus noſtri anno decimo. *12. Ian.*

B. Capotius. per *C. Mil.* N. *Bugron.*
Io. *de Xe*... *S. Spada.*
A. Ingherammus.
Sinolfus.

CCX.

Denominat PRÆSVLES, *qui debitum ab* Alberto *iuramentum recipiant.*

1480.

[*p. 794. n. 3.*]

SIXTVS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Venerabilibus fratribus, *Miſnenſi* & *Spirenſi* Epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *ex Autogr.*

Cum hodie dilectum filium, ALBERTUM ex Ducibus *Saxonie* Canonicum ecclesie *Maguntine*, Conservatorem in spiritualibus & temporalibus eiusdem ecclesie, quam diu Ven. frater noster DIETHERUS Archiepiscopus . . vitam duceret in humanis, de ipsius AEpiscopi, & - - - Capituli - - express-so consensu, de fratrum nostrorum consilio auctoritate Aposto-lica fecerimus & deputaverimus; ac ipso *Diethero* . . cedente vel decedente, seu regimen & administrationem . . quomo-dolibet dimittente, ipsum *Albertum* Administratorem d. ec-clesie, donec *vicesimum septimum* sue etatis annum attigisset, in eisdem spir. & temp. constituerimus & ordinaverimus; Nec non, quam primum d. annum attigerit, de persona sua, nobis & eisdem fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, - - - eidem ecclesie — — — providimus, ipsum-que illi prefecimus in Archiepiscopum & Pastorem, — — — — prout in nostris inde confectis Litteris plenius continetur;

Nos ipsius *Alberti* Conservatoris in illis partibus degentis, ne propter hoc ad Sedem Apostolicam accedere cogatur, vo-lentes parcere laboribus & expensis; Fraternitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel alter vestrum, ab eodem *Alberto* Conservatore, nostro & Romane Ecclesie nomine, fidelitatis debite solitum recipiatis iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam; ac for-mam iuramenti huiusmodi, quod idem *Albertus* Conservator prestabit, nobis de verbo ad verbum, per eius patentes Litte-ras suo Sigillo munitas, per proprium nuntium quantocius procurare procuret.

Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarnationis Dominice MCCCCLXXX. pridie Idus Ianuarii. Pontificatus nostri an-no decimo.

B. *Capotius.*
Io. *Xe* . . .

per C. *Mil.* N. *Bugron.*
S. *Spada.*
A. *Ingheramus.*
Sinolfus.

CCXI.

CCXI.

Salvum conductum, præter immunitatem a Vectigali, DIETHERVS *promittit quibuscunque Principibus, Comitibus, Dynastis - - -, ad Ludos Equestres (initium Veneris noctu post diem* B. M. V. *assumptæ sacrum capturos) venientibus.*

1480.

[p. 792. n. 1.]

WIr Diether - - - Bekennen u. thun kunt offintlich mit diesem brieff gegen allermeinglich, daß Wir allen und iglichen Fursten, Graven, Herrn, Freyen, Rittern, Edelknechten, und auch allen den iren, und sust allermeinlichen, in was Würden Stats oder wesens die sin, so zu dem lobelichen adelichen Thurnauw, der von Fursten, Graven, - - - mit unserm willen u. wissen alhere in unser Statt Meintz, nemlich uff Fritag zu Nacht nach unser lieben Frauen tag Assumptionis nechst kompt, da zu sin, und anzufahin gelegt worden ist, dahye in - - - Meintz kommen werden, unser fry, strack, ungeverlich u. uffrichtig Geleide gegeben haben.

Geben und schriben Jne allen, u. iglichen besonder, fur sich u. die Sinen, auch alle die, die ir iglicher mit - - - bringen wurdet, - - - solich unser Gleide u. trostunge zu, dahin zu komen, da zu sin, und widder von dannen biß inn iren gewarsam, fur uns, die unsern, und alle die, der wir mechtig sint. Darzu so wollen wir allen Fursten, Graven, Herrn, Rittern u. Edelknechten die solchen Thurnauwe besuchen, u. darinn sin werden, ire provision, Gezugk und anders, so sie zu irer notturfft solches Thurnauwes ungeverlich den Ryne und Meyne, zu wasser u. zu lande abe u. uff furen lassen werden, an allen unsern und unsers Stiffts Zollen, zollfry und ungehindert furgeen lassen.

Urkunde dieß brieffs, versiegelt mit unserm anhangenden Ingesiegel. Der geben ist zu Sant Martinsburg in unser Statt
28. Febr. Meintz, am Dornstag nach dem Sontag Oculi. Anno . . MCCCCLXXX.

CCXII.

In *favorem Torneamenti prævertit* Dietherus *Pontificem.*

An. 1480.

[*p. 792. ante n. 2.*]

SANCTISSIME *& beatissime in Xpo Pater ac Domine, D.. clementissime:* Obedientiam, subiectionem, & ad devota semper me pedum oscula beatorum.

Viris illustribus Equestrisque ordinis nationis Germanice iam longissimus est usus, ut Die solenniter constituto conveniant, insignibus atque armis ornati inducique; non quidem ex condicto concurrant temere, indeque verisimiliter homicidia & mortes eveniant, nec virtutis ostentande gratia, sed ut errata in rebus militaribus, & contra honestatem & decus commissa, aut levi saltem disciplina, aut exclusione ab huiusmodi Conventu emendentur. Que observantia multis, a vitiis ad virtutem fuit occasio; et quamvis vulgo *Torneamentum* appelletur, nullam tamen speciem habet eius, de quo sacri Canones mentionem faciunt.

Cum itaque nuper quibusdam Principibus, Comitibus & Nobilibus placuerit, huiusmodi Conventum in civitate *Moguntina* celebrari; instantius de consentiendo rogatus, minus negare licuit; cum fidem quasi sequi viderentur, in eum se velle recipere locum. Annui igitur, ut sub tolerantia mea huiusmodi fiat Principum Comitum ac Nobilium virorum Conventus; quem nulla ratione scandalum, aut periculum animarum

rum presumo consulte generaturum. Ne tamen nomen gerendi negotii dubitationem apud *S. V.* afferret, volui ex fide & devotione mea rem omnem *S. V.* rescribere; ne, si forte secus insinuaretur, quavis ratione venirem notandus. Pre oculis etiam michi ratio est, quantum gratia DEI dabit, officio michi credito intendere.

Felicissime valeat S. *V.*, quam DEVS omnip. felici gubernationi universalis Ecclesie diutissime felicem & incolumem conservet. Datum *Moguntie* X. die mensis Maii, Anno Domini MCCCCLXXX.

Sanctissimo & beatissimo in Xpo Patri & D. D. Sixto, divina providentia SSte & universalis Ecclesie Summo Pontifici, Domino meo clementissimo.

CCXIII.

Recognitio feudalis, Domino directo existente Theodoro (*ex Marchionibus* Montfer.) *Cardinale, Præposito* Moguntino.

An. 1480.

Ego Balthassar de *Wiler* presencium tenore *ex Autogr.* publice fateor & cognosco; Quod, cum Validus Dietherus *Gransʃ* de *Rinberg* bona sequenter nominata, Decimas vini videlicet in Marcka oppidi *Cube*, cum decimis vini & bladorum In der Schiet; similiter et Decimas siliginis in *Wissel* & *Rodern* in districtu prefati Oppidi sitis, que & quondam Gerlacus *Grans* predicti *Dietheri* genitor a Prepositura Ecclesie maioris *Moguntinensis* iure feodali habuit; et idem *Dietherus* a Rmo in Cristo Patre & Dno, D. Theodoro tituli S. *Theodori* sacrosancte Romane Ecclesie Dyacono Cardinali & Preposito *Moguntinensi* &c. Domino meo gratiosissimo, similiter

 titulo

titulo feodali tenuit & habuit; Sueque R^me Paternitati humiliter supplicavit, quatenus michi de eisdem feodis graciose dignaretur providere, & ea conferre; Qua supplicacione sua R^ma P. mota, eadem Bona feodalia cum omnibus iuribus & attinenciis suis, ex parte Prepositure Mog.. prefate michi in feodum contulit, et ad ea gratiosissime investivit iuxta tenorem Litterarum Sue R^me P. desuper datarum.

Ego quoque easdem Decimas sive feodalia bona & eorundem investituram, uti Vasallus iure feodali tenetur & obligatur, de Sua R. P. pecii & acceptavi. Promisi quoque, et bona fide iuramenti loco presentibus promitto, pro me & meis heredibus naturalibus & legitimis filiis; et, si non filii supersint, filiabus, & earundem heredibus, Sue R^me P. sueque Dominacionis successoribus prefate Prepositure *Mog.*. nos semper fidelitatis iuramento astrictos & obligatos debere & esse; Feoda predicta ab Ipsis tenere & possidere, et homagium prestare per nos vel alios ad hoc competentes & ydoneos, tociens quociens oportunum fuerit; Omniaque & singula alia facere & procurare, que Vasallis dicte Prepositure quomodolibet de Iure vel consuetudine competere dicuntur; fraude & dolo omnino seclusis.

* *tres globi.* In cuius rei evidens testimonium Sigillum * meum presentibus est appensum. Datum secunda die mensis Iunii Anno Domini *M. CCCC. Octuagesimo.*

CCXIV.

Exegesis.

Scabini Geisenheimenses Diethero *significant, Tres, Latrocinii in* Lotharingia, *simul ac Rapinæ in via publica prope* Bingam *patratæ Complices, illic servari captivos, certumque inter eos* Brunonem. *Hi ex capite Diffidationis sese purgare nituntur; Et quidem* Bruno, *quod esset*

set Archiepiscopi Ministerialis. Quum vero neutrum, ad illos supplicio liberandos, Ipsis videatur sufficere; mentem Principis desuper expetunt.

1481.

Hochwirdiger Furst rc. Gnediger lieber Herre. Sich hat ein Geschicht gemacht zu Gysenheim, das drye personen gefangen sint; der ist **Brune** eyner. Und das ist ir geschicht und Dait, das sie hant erkant, sie haben ein Mann in dem Lotringssen lande gefangen unde libelois gemacht; und dasselbe das er .. by ime gehabt, haben sie ime genommen. Es gehet auch ein geruch, dieselben Dry haben in der Phaltz, uff der strasse die von **Bingen** heruß gehet, Strassen raube gethan; Eyner under ine hat das erkant.

Gnediger lieber Herre: nach gelegenheit Uwer Gn. landes im Ringauwe hort swere straffunge zu den Dingen, des glichen ist auch dick mee gestrafft. Und verantworten sie es alle drye, was sie gethan hant, das haben sie in Feden getan; Und darzu spricht Brune, er sey Uw. Gn. Dinstmann.

Das ist kurtz unser meynunge, er habe sich nit gehalten als eim Dinstmann geburte; Und wir achten ir Fede auch, das es keinen guten grund habe. Dann, wer es in einer Fursten Fede, Uwern Gn. glichen, oder, das Ritter oder Knecht ein offenberlich Fede hetten, solichs hette ein Sin. (Schein) Und ob dies wohl eine Fede were, das wir nit gleuben, so were es doch eine Buben Fede, da keyn gut grundt uff steet; und arme Lude weren dardurch gantz betrogen. Und ist unser meynunge die sache zu straffen, eym als dem andern, ---, dann wo die gedeylt wurde, da worde gar ein wilde rede in Uw. Gn. landt im Ringauwe, davon kein nutz qwem.

Das wolle U. G. zum besten bedencken; Und nach dem U. G. ein Geistlicher Furst ist, so wolte uns U. G. lassen antworten mit diesem botten in schrifften durch U. G. Hoiffmeister, oder durch ander, die bevele von U. G. hant. Geben uff Frytag vor dem Achtzehesten tage Anno .. MCCCCLXXXI.

CCXV.

CCXV.

Responsum *ad praeced., quo* Emericus *de* Reiffenberg, *Aulae Praefectus*, Brunonem, *condictum* Slarp, *Ministerialem declarat. Eiusque Litterarum copiam accludens, babita cum Consiliariis secular. deliberatione nullus dubitat, quin denuntiantes hoc in casu sint ita se gesturi, ne Iuribus Domini territ. ullum inferatur praeiudicium.*

1481.

Myn frumtlichen Dinst und gruß zuvor, Ersamen, besundern gute Frunde. Wie ir itzo dem Hochwirdigsten Fursten, mynem gnedigen lieben Herrn von Mentze, Brun Slarppen * halber, den ir mit andern, etlicher Geschicht halber, sich im Lutringſ. lande begeben, in hafftunge und gefengnis genomen . . ., geschrieben habt - -, ist S. Gn. verlesen. Und ist nit mynder, Brun hat Sin F. G. hievor solichs handels halber geschrieben, als ir in der abschrifft . . hirinn verslossen wol vernemen werdet.

* *Eiusdem nominis* Anton. Schlarp *ex* Geisenheim *Theol. docuit* Mog. *An.* 149 . .

Und dwil Brun Sr. Gn. Dinstman ist, so han ich etliche S. G. werntliche Rethe by die Dinge genommen, und davon handelunge gehabt; So viel, das wir getruwen, ir werdent gelegenheit der Dinge ansehen, und Uch darinn so halten, das Sr. G. fryheit unverletzt plibe, und keyn abbruch beschee. Darnach wisset uch zu richten.

Geben under mynem Ingesiegel am Sontag nach dem Achtzehesten - - 1481.

Emmerich von Riffenberg
Ritter, Hoiffmeister.

Chartarum, Gesta Diethери *secunda vice ad clavum sedentis illustrantium, dedimus ultimam. Mortuus est anno seq. 1482, die 6. Maii: Et regimen Electoratus ipso iure devolvebatur ad* Albertum, *sub titulo Administratoris, donec aetate habilis consecraretur in Archiepiscopum.*

CCXVI.

CCXVI.

Publicatio a CAPITVLO *post obitum* Dietheri *facta de Regiminis successore* ALBERTO, *ut debitum ei præstetur homagium.*

1482.

[*p. 795. ante n. 7.*]

Wir Ruprecht Grave zu Solms, Custor, und das Capitel gemeinlich des Dumstiffts zu Meintz Embieten den Wirdigen, Edeln, Vesten, und Ersamen, Amptluten, Vitzthumen auch allen u. yeden des egenanten Stiffts Edelmannen, Mannen, Burgkmannen, Dienstmannen - - -, wo die in dem Stifft zu Meintz oder sinen Zugehörden und Gegenten, Slossen, Stetten . . . gesessen sin; und sunderlich der Burgerschafft zu Meintz, und der Landschafft u. Ampten in dem Ringkauwe, unsern fruntl. Grusse. Lieben getruwen.

Wir thun Uch zu wissen, das wir hievor stand und gelegenheit des Hochwirdigen Stiffts Meintz angesehen haben, den in lobelichem geistlichen u. werntlichen wesen u. regirunge zu enthalten, zu mehren, auch den verwanten u. underthanen frieden zu schaffen, und anfechtunge zu verhuten; Und deshalb nach ansuchen u. betrachtunge des Hochwirdigsten in GOt Vatter u. Herren, Herrn Diethers Ertzb. zu Meintz u. Churfursten, unsers gnedigen Herren seligen lobelicher gedechtnisse, viel Ratslege u. hendel gehabt; Und nach anzeigunge des itz genanten unsers Herren sel. ermessen, das solichs alles zuvor durch Gotlich gnade, und verdienste des Heiligen Martins unsers Patronen, auch sunderlich ein zytlich versehunge des Stiffts zu verhoffen were, so die furgenommen und vollendet wurde von einer Person, zu der man sich solchs vertrösten mochte.

Und haben daruff furgenommen den Hochwirdigen in GOt Vatter u. Herren . . Albrechten, *Administrator* des Stiffts Meintz

Albertus *imprimis* Administ. *delectus.*

Meintz rc. Churfursten, Hertzogen zu Sachssen, Lantgrafen zu Dhuringen u. Margkgraven zu Missen, unsern gnedigen Herren, dieselben zyt unsern Mitdhumherren; Und nach manigfeltigen Ratslegen . . in unserm Capitel gehabt, in einem general Capitel gewilligt u. beslossen, dem Stifft M. von der Person des itzgen. - - versehen zu werden. Und solichs von unserm allerheiligisten Vatter dem Babst zu erlangen, haben wir auch zwene unser Mitdhumherren . . . mit des Capitels gewalts brieffen u. underrichtunge, neben der botschafft — — unsers Herren seligen an — — den Bapst, auch der hochwirdigen Sampnunge der Hochwirdigsten Veter der Romischen Kirchen Cardinál gefertigt. Und nach viel Ratslegen, betrachtungen u. hendeln von Sr. Heiligkeit *cum Cardinalium coetu*, erlangt gehabt, daß der genant — — Administrator, by leben unsers Herren seligen zu Conservator, und nach abgang---, zu Administrator, und des Stiffts . . in der Geistlichkeit u. Werntlichkeit, volnkomlichen Regirer gesatzt, geordent, gemacht, und zu siner zyt zu Ertzbischoff gewilligt u. versehen worden ist; Und uns dem Capitel, auch allen Bischoven dem Stifft Meintz verwandt, darzu aller Geistlichkeit, Mannen, Stetten, Landschafft und underthanen - - von unserm H. V. dem Babst insunderheit gebotten, den genanten - - - Administrator anzunehmen, Siner Gnaden Ere, Wirde und gehorsam zu thun, und zu gewarten als unserm Herren, Vater u. Verseher; Alles nach der Bullen, die uns deshalb verkundet, und vor augen bracht sint.

Pro cuius confirmatione ad curiam Rom. duo ex gremio Capituli mittebantur.

Demnach wir den genanten — — Herren **Albrechten** Administrator, vormals als Conservator, und itzt, als der gemelt unser Herr Ertzb. **Diether** . . todes abgangen ist, zu Administrator und zukunfftigem Ertzbischove uffgenommen, und mit lobgesange erhaben, ingesetzt u. empfangen haben; Solichs wir uch mit diesem . . offen brieve verkunden; und schicken damit den gedachten unsern gnedigen Herren zu uch. Uch alle, und yeden insunderheit heissende, und gebietend vestiglich by den glubden u. eyden, damit ir

uns

uns und dem Stifft **Meintz** verwant syt, daß ir den egen. - - Herrn **Albrechten**, zu Administrator und zukunfftigen Ertzbischoff - -, als fur unsern u. uwern waren u. gerechten Herren entphaet, und Ime — — — glubde, huldung u. eyde thut, Sinen Gn. getruwe, gewertig und gehorsam zu sin, und alles das zu thun, Ir bisher eynem Ertzbischoff zu Meintz gethan habt, und zu thun schuldig u. pflichtig sint. Als wir **Custor** obgemelt, und die Wirdigen u. Ersamen, Herr **Dam** von **Prumheym** Schulmeister, Herr **Ewalt** Fulhaber * Senger, u. Hr. **Macharius** von Buchsecke, Dumherren . . ., die wir mit S. Gn. und diesem unsern offen brieve - - - zu uch senden, Uch auch heissen u. bescheyden werden. Doch mit beheltnis unser erbhuldung. Und des verhaltent u. verzyhent nit. Daran thun ir uns zu sampt der billigkeit guts gevallen.

4. Canonici Albertum comitantes.

** v T. II. p. 915.*

Und des zu urkunde so haben wir unser Capitels gros Ingesiegel an diesen brieff gehangen. Der geben ist am Dinstag nach dem Sontag *Cantate.* Anno Domini MCCCCLXXXII.

7. Maii.

CCXVII.

Tumba S. RVFFI *Ep.* Metensis, *illac olim translata in vicum* Odernheim, *nuper reclusa*, ALBERTVS *ordinat, ut Divi Corpus præfinitis diebus publico conspectui ac venerationi exponatur.*

1483.

[p. 796. n. 6.]

ALBERTVS *D. G. sancte* Maguntine *Sedis in Spiritualibus & Temporalibus Administrator plenarius*, *S. R. I. per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector*, *Dux Saxonie*, *Landgravius Thuringie*, *& Marchio Misnie.* Ad futuram rei memoriam. Cum Deum & Salvatorem nostrum in Sanctis eius laudandum venerandumque sacre testentur doctrine, oneris nostri est, ut, si quid antiquitas circa sanctarum

Reliquiarum cultum negligentius curaverit, aut forte vetuſtas memorie hominum eripuerit, noſtra opera & proviſione prodeat in lucem; et, quosque vite ſanctitas Deo acceptabiles reddidit, devota fidelium commemoratione colantur.

Sane cum multa ſollicitaremur relatione, Corpus *Sancti* RVFFI, quondam Eccleſie *Metenſis* Epiſcopi, in eccleſiam parrochialem *Odernheim* noſtre dioc. olim fuiſſe translatum, ibique ſine debita veneratione clauſum neglectumque quieſcere; dignum nobis, quinymo & neceſſarium viſum eſt, pro veritatis inquiſitione noſtras interponere partes. Tumba igitur, ſive ſepulchro detecto & aperto, compertum eſt Corpus ſericis involutum, aliisque ex more ſolennibus olim fuiſſe ibi reconditum, ut nobis digniſſimi Eccleſie noſtre Prelati, aliique ibi preſentes conſtanter aſſeruerunt.

Sed cum nec nobis pro publicatione facienda ac veneratione decernenda ſatisfaceret, amplioribus documentis, ut puta Venerandi in Xpo Patris, Domini GEORGII Epiſcopi *Metenſis*, ac etiam Venerabilium, Decani & Capituli d. Eccleſie teſtimoniis atque Litteris in forma publica inſtructi ſumus; in hanc videlicet ſententiam, *Sanctum* RVFFVM ex ordine *nonum* fuiſſe *Metenſis* Eccleſie Epiſcopum, illique annis viginti octo preſediſſe; eoque in Domino vita functo, Corpus in eccleſia S. *Clementis* Ord. S. *Benedicti* civitatis *Metenſis* fuiſſe ſepultum; atque deinde in Eccleſiam parrochialem in *Odernheym* fuiſſe translatum, eumque haberi & reputari in dicta eccleſia *Sanctum* DEI, atque annua ſacra officia pro eius veneratione celebrari.

Ne igitur Sanctum Domini noſtra deſeramus culpa, quinymo Xpi fidelium meritis divineque gratie viam aperiamus; Vt inantea futuris perpetuis temporibus Sepultura ſive Tumba, in qua corpus S. *Ruffi* conditum firmiter credimus, ſingulis annis, ſemel in die *Dedicationis* d. parrochialis eccleſie in *Odernheym*, que in *Dominica poſt feſtum* S. GEORGII: & ſemel in die *Translationis* d. S. *Ruffi*, que die *ſexta Novembris* celebrari conſuevit, per Presbiterum eccleſie rectorem, vel

alium

alium vel alios presbiteros ydoneos, quibus vices forte commisse fuerint, reverenter, cum decantationibus & solemnitatibus devotionem pre se ferentibus aperiri, & Reliquie corporis S. *Ruffi* prefati, Xpi fidelibus - - ostendi possint & valeant, tenore presentium licentiam concedimus & potestatem.

Preterea si forte Persone digne extra predicta tempora, devotionis causa & ad venerandum . . *Sanctum* ad d. Ecclesiam accesserint, petituri devote inspectionem Reliquiarum . ., volumus, ut per Presbiterum . . commissionem circa predicta habentem, huiusmodi personis — — ostendantur. Quo autem minus contradictiones aut fraudes — — committi possint, Venerabilibus . . *Decano & Capitulo* Ecclesie nostre *Maguntine*, *ad quos d. ecclesia parrochialis spectat*, *committenda*, ut circa custodiam . . Reliquiarum dignam faciant provisionem & ordinationem, ut — — sub clausura firma, & observantia devota custodiantur, reverenterque, ut supra, aperiantur; ne, si rudibus hoc munus delegetur, contemptibiles forte tandem vilescant.

Quo autem magis Xpi fidelium animi ad reverentiam tanti *Sancti* incitentur, quo se videant gratia celesti uberius refectos, de omnipotentis DEI misericordia, Btrque App. P. & *P.* atque S. *Martini* Patroni nostri meritis confisi, omnibus - - vere confessis & contritis, dictasque Reliquias prefatis temporibus devote visuris & venerantibus, XL dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis in Domino misericorditer relaxamus.

Datum nostro sub Sigillo, apud Arcem S. *Martini* in Civitate nostra *Maguntina* die XXIII. mensis Septembris. Anno Domini MCCCCLXXXIII.

Vicus Odernheim, *in Palatinatu infer.* Altzeyam * *interiacens* & Oppenhemium, TRITHEMIVS Chron. Spanh. *tradit*, *olim spectasse ad Diœcesin* Metensem, *huius autem Capituli Bona illic habita*, *iure emptionis*, *anno 1258. sibi acquisivisse Capitulum Ecclesie metrop.* Moguntinæ. *Signanter addens*, *quod*

* *An. 1344. occ. Abbatia & Conventus* S. Iohannis *prope* Alzeiam *Ord. Cist.*

Corpus S. RVFFI *suo Authoris tempore ibi adhuc fuerit asservatum. Ast propter Religionem Catholicam in isto partium tractu iam diu desertam, non amplius.*

Recenti tenemus memoria ex n. CCIX, *præfinitum* ALBERTO *fuisse Annum ætatis* XXVI, *quo completo munus Administratoris cum Archiepiscopali permutaret, Mitra tum condecorandus. Etsi vero nemo mortalium non optabat, ut Princeps Iuventutis, tam egregiis corporis animique dotibus efflorescens, istboc sibi destinatum Insigne capesseret, visum tamen aliter* DEO, *dum* optimo atque innocentissimo Adolescenti, * *loco mitræ transitoriæ, Coronam imposuit perennem in Cœlis.* †

* Sunt verba Epitaphii. T. II. p. 526.

† Anno 1484. prima vernantis mensis Maii, exactis vitæ Lustris solummodo quatuor.

Successit BERTOLDVS de HENNEBERG, *Decanus.*

✲ ✲ ✲

CCXVIII.

Neo creatus PONTIFEX *sibi acceptam Capituli electionem confirmat.*

1484.

[*p. 797. n. 4.*]

INNOCENTIVS *Episcopus Servus Servorum Dei.* Dilecto filio BERTHOLDO, Electo *Maguntino,* salutem & Apostolicam benedictionem.

Divina disponente clementia, cuius inscrutabili providentia ordinem suscipiunt universa, ad apicem summi Apostolatus assumpti, ad universas Orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus, et pro earum statu salubriter dirigendo, Apostolici favoris auxilium adhibemus; sed de illis propensius cogitare nos convenit, quas propriis carere pastoribus intue-

intuemur, ut eis iuxta cor nostrum Pastores preficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam, & prudentiam circumspectam Ecclesias ipsas non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis.

Sane Ecclesia *Maguntina*, cui *b. m.* ALBERTUS ex Ducibus *Saxonie* in spiritualibus & temporalibus per Sedem Apostolicam deputatus in administratione dum viveret presidebat; administratione huiusmodi per obitum eiusdem *Alberti*, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, cessante adhuc per obitum *b. m.* DIETHERI Archiepiscopi *M.* extra dictam curiam dudum antea defuncti; per quem, tempore quo d. *Albertus* eidem Ecclesie prefectus fuerat in Administratorem, vacabat, Pastoris regimine destituta, Dilecti filii Capitulum d. Ecclesie pro futuri inibi AEpiscopi celebranda electione, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt & debuerunt electioni . . commode interesse, die ad eligendum prefixa ut moris est convenientes, Te, ipsius ecclesie Canonicum & Decanum, *Apostolice sedis Notarium*, in eorum & d. Ecclesie Archiepiscopum concorditer elegerunt; tuque electioni huiusmodi, illius tibi presentato Decreto, consensisti; In his omnibus, statutis a iure temporibus observatis; Ac demum electionis . . negotium proponi fecisti in Consistorio coram nobis, petens illam per nos auctoritate apostolica confirmari.

Nos igitur Electionem predictam, tueque persone merita examinari fecimus diligenter; et quia - - ipsam de persona tua, apud nos de Litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium providentia & temporalium circumspectione, aliisque multiplicium virtutum donis fide digna testimonia perhibentur, factam fore canonicam reperimus; - - ipsam de Fratrum nostrorum consilio eadem auctoritate . . approbamus & confirmamus, teque eidem ecclesie preficimus in AEpiscopum & Pastorem; Curam & administrationem ipsius ecclesie tibi in eisdem spir. . & temp. . plenarie committendo. In illo qui dat gratias & largitur premia confidentes, quod dirigente Domino actus tuos, prefata ecclesia per tue circumspe-

ctionis

ctionis induſtriam & ſtudium fructuoſum regetur utiliter & proſpere dirigetur, ac grata - - - ſuſcipiet incrementa.

Quocirca Diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi a Domino onus regiminis - - - ſuſcipiens reverenter, ſic te in eius cura utiliter & ſalubriter exercenda diligentem exhibeas, & etiam ſtudioſum, quod ipſa eccleſia Gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam; tuque preter eterne retributionis premium noſtram & Apoſtolice ſedis benedictionem & gratiam exinde ulterius conſequi merearis.

Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarnat. Dominice
20. Sept. MCCCCLXXXIV. XII. Kal. Octobris. Pontificatus noſtri anno decimo.

CCXIX.

Transmissio Pallii.

1484.

[*Ibidem.*]

INNOCENTIVS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili fratri BERTHOLDO Electo *Maguntino* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum Pallium, Inſigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte tua fuiſſet a nobis per Dilectum filium BERNHARDVM de *Breydenbach* Decanum Eccl. *Magunt.* Nuntium tuum ea qua decuit inſtantia poſtulatum; Nos tuis ſupplicationibus annuentes pallium ipſum de corpore B. *Petri* ſumptum per Venerabiles fratres noſtros *Herbipolenſem* & *Wormatienſem* Epiſcopos tibi aſſignandum per prefatum Nuntium tuum duximus deſtinandum; ut iidem Epiſcopi, vel eorum alter illud tibi, poſtquam munus conſecrationis ſuſceperis, aſſignent, et a te, noſtro & Romane Eccleſie nomine, ſub formis quas eis ſub Bulla noſtra mittimus interclusas, fidelitatis debite ſolitum reci-

recipiant iuramentum; Tu autem illo intra ecclesiam tuam illis diebus duntaxat utaris, qui expresse in ipsius Ecclesie privilegiis continentur.

Vt igitur signum non discrepet a signato; sed quod geris exterius, interius serves in mente, Discretionem tuam monemus & hortamur attente, per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus humilitatem & Iustitiam dante Domino, qui dat premia & munera elargitur, observare studeas, que suum servant & promovent Servatorem; & *Maguntinam* ecclesiam sponsam tuam cures sollicite, auctore Domino spiritualiter & temporaliter augmentare.

Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarnat. Dominice MCCCCLXXXIV. Kal. Octobris. Pontificatus nostri anno primo. *1. Octobr.*

CCXX.

Residuum pecuniæ a F. Emerico . . *ex Indulgentiis congestæ relinquit* Bertoldo, *ad usum & Fabricam Ecclesie maioris* Mog.

1484.

[p. 797. ante n. 5.]

INNOCENTIVS PAPA VIII. - - - Redeunt ad te Oratores tui quos ad Sedem Apostolicam pro tua confirmatione misisti; qui summa cum diligentia & sollicitudine confirmationem huiusmodi expediverunt; et etiam tuo nomine nobis supplicarunt, quatenus restantes pecunias de certis Ecclesiis indulgentiarum, per fidelem filium, *Fratrem* EMERICVM *Ordinis Minorum* publicatarum, & quarum Summa quingentos florenos de Camera non excedit, ut asseruerunt, tibi ad usum & utilitatem Ecclesie tue, & illius fabrice, gratiose remittere & dare dignaremur.

Nos . ., ut ſentias, in omnibus poſſibilibus libenter nos tibi complacere, tametſi ſedes Apoſtolica ere alieno ſatis gravata ſit, ita ut eisdem pecuniis pro ipſius ſanċte Sedis neceſſitatibus indigeremus; tamen huic tue petitioni libenti animo duximus annuendum.

Tibi igitur pro uſibus prediċtis pecuniam prefatam remittimus & condonamus per preſentes; Et hortamur te, ut in Eccleſie tue gubernatione, & Apoſtolice . . ſedis libertatis & honoris defenſione talem te exhibeas, ut merito gaudere poſſimus, de idoneo & grato Paſtore Eccleſie *Maguntine* providiſſe.

Datum *Rome* apud S. *Petrum* ſub annulo Piſcatoris, die VII. Oċtobris MCCCCLXXXIV. Pontificatus noſtri Anno primo.

CCXXI.

ACTVS *proteſtationis, cauſa fortificati nuper Loci* Rüſſelsheim *in præiudicium dominii, quod Eccleſiæ* Mogunt. *in utraque Mæni flum. ripa competit.*

1485.

IN NOMINE DOMINI. Amen.

ex Autogr.

NOTVM ſit univerſis & ſingulis preſens publicum Inſtrumentum inſpecturis, lecturis, & legi audituris, quod Anno a Nativitate eiusdem D. N. I. C. *Milleſimo CCCCLXXXV*, Ind. tertia, Pontificatus SS^mi^ in Xpo Patris & D. N. D. *Innocentii*, divina providentia *Pape VIII.* anno ſecundo, die vero Sabbati XXIX. menſis Oċtobris, in caſtro *Aſchaffenburgenſi* . . . & in ſtuba ſecreta eiusdem caſtri, R^mus^ in Xpo Pater & Dominus, Illuſtrisque Princeps, Dns BERTOLDVS ſanċte *Maguntine* ſedis Archiepiſcopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector, principalis, prin-

principaliter pro se & Ecclesia sua *Maguntina*, in nostrorum Notariorum publicorum testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum presentia personaliter constitutus, citra tamen quorumcunque suorum Procuratorum hactenus quomodolibet constitutorum revocationem, omnibus melioribus modo via iure causa forma stilo & ordine, quibus melius & efficacius potuit & debuit, quandam papiream cedulam protestationis tunc in medium exhibitam, per Spectabilem & Egregium virum, Dnm GEORGIVM de *Helle*, alias *Pfeffer*, Legum D. Cancellarium suum, ibidem tunc presentem & obedientem, de verbo ad verbum publice legi & pronuntiari iussit & fecit: Prefatus tunc Dns *Georgius* Dr. & Cancellarius, de mandato ac nomine, & pro parte dicti R^{mi} . . AEpiscopi cedulam huiusmodi protestationis publice & distinctim de verbo ad verbum legit & pronuntiavit. Cuius quidem . . Cedule tenor sequitur, & est talis.

FLVMEN *Mayni* sive *Mogani*, licet inter alia regalia iura ad nos Ecclesiamque nostram *Maguntinam* pertineat, tutelaque ipsius, & ius salvi conductus ac Vectigalium, & preterea Strada sive via publica, que ad utramque fluminis ripam ducit, ad nos Ecclesiamque nostram spectet; Et hac ratione, & etiam vigore privilegiorum ecclesie nostre concessorum, & Iuris communis auctoritate nemini liceat Munitionem ad ripam sive littus fluminis, aut Zelo emulationis propter stradam nostram edificare, quo magis Navigatio, usus aut passus fluminis sive Vie publice impediri aut periclitari possit;

Nichilo tamen minus, iam brevi lapso tempore locus *Russelsheym* * in ripa dicti fluminis munitus & fortificatus existit, ut perfacile sit navigationem & fluminis usum impedire; naves transeuntes, cum bonis & hominibus sub conductu nostro existentibus intercipere, & iuribus nostris officere, & quam maximum preiudicium ex eo loco inferri; Sed cum hac temporum tempestate, que Ecclesie nostre gravius imminet, tum & propter Adversariorum potentiam metu maximi mali, nobis negotium demolitionis, aut prosecutionis cause denegatur oportunitas; Ne tamen nostra patientia tante novitati & Operis munitioni consen-

* *Milliari Moguntia procul, hodie sub dominio Landgr. Hass. Darmst.*

tire videamur, aut Ecclesie nostre deinceps preiudicium generetur; nos coram vobis Notariis, testibusque presentibus protestamur de rationibus, metu & impedimentis predictis. Declarantes, quod nichilominus, hac temporum suspicione cessante: & *statu Maiestatis Imperialis auctoritateque eius restituta, quam nunc declinatam minusque potentem videmus, cum Imperialis Celsitudo hostili territa motu proprias terras & dominia excesserit*, omnino conabimur Deo auctore per iusticie media ad demolitionem Operis & munitionis predicte intendere, et emulationes & nocendi occasiones tolli facere.

Huiusmodi preinserta cedula per d. Dn. Cancellarium de mandato & nomine d. R^mi . . lecta & pronuntiata, idem R^mus Dominus - - Archiepiscopus de omnibus & singulis in eadem cedula protestationis contentis narratis, & sic tunc lectis & pronuntiatis, ac de prosequendo causam & negotium - - locis & temporibus congruis & oportunis, pro se & successoribus suis atque Ecclesia *Maguntina* . . protestabatur publice, solemniter & expresse.

ACTA sunt hec sub Anno Indictione Pontificatu mense & loco quibus supra. Presentibus ibidem Venerabilibus Dominis, THEODERICO *Kuchenmeister* Scolastico, STEPHANO *Anhalt*, & HENRICO *Ryff*, Canonicis ecclesie *SS. Petri & Alexandri Aschaffenb.* - - testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

ET ego IOHANNES IACOBUS *Leyst* Decr. D. Decanus Eccl. B. *Marie ad gradus* Maguntin. publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia huiusmodi protestationi & declarationi, omnibusque aliis & singulis premissis, dum sic ut premittitur fierent & agerentur, una cum Connotario meo & Testibus presens interfui, ea omnia & singula sic fieri vidi & audivi; idcirco hoc presens publicum Instrumentum, manu alterius fideliter scriptum, exinde subscripsi, & publicavi, Signoque & nomine meis solitis & consuetis consignavi, rogatus & requisitus in fidem premissorum.

ET

Et ego Mathevs *Eberhardi* de *Königsperg* Clericus *Herbip. dioc.* publicus Imperiali auctoritate Notarius, sanctеque *Mogunt.* Sedis Causarum Scriba iuratus, quia *quondam* providus Magister Adam *Sartoris* Clericus *Mogunt.* - - - Notarius, premissis protestationi & declarationi - - - una cum Venerabili Dno I. I. *Leyst* — — — Connotario suo suprascripto & testibus interfuit, eaque omnia & singula sic fieri vidit & audivit, prout in protocollis suis reperi & inveni; ideo hoc — — Instrumentum, manu propria dicti quoandam M. *Ade Sartoris* fideliter scriptum, exinde iussu & voluntate d. *Iohannis Iacobi* Doctoris, Decani & Notarii . . subscripsi, Signoque & nomine meis solitis & consuetis —— consignavi, — — — — rogatus.

CCXXII.

Mandatvm *pœn. de codicibus Græcis, Latinis* &c. *in linguam vulgarem sine prævia* Doctorvm *approbatione non vertendis* &c.

1486.

[*p. 798. n. 3.*]

Bertoldvs *D. G. sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector.* Etsi ad mortalem eruditionem comparandam, divina quadam imprimendi arte ad singularum scientiarum Codices abunde facileque perveniri possit; compertum tamen habemus, quosdam homines, inanis glorie aut pecunie cupiditate ductos, hac arte abuti, & quod ad vite hominum institutionem datum est, ad perniciem & calumpniam deduci.

Vidimus enim ipsi Libros de divinis officiis & apicibus Religionis nostre, e latina in germanicam linguam traductos, non sine religionis dedecore versari per manus vulgi; Quid denique de sacrorum Canonum Legumque preceptis? Que, etsi a Iure consultis, viris utique prudentissimis atque eloquentissi-

mis, aptiſſime limatiſſimeque ſcripta ſint, tantam tamen Scientia ipſa habet nodoſitatem, ut etiam eloquentiſſimi ſapientiſſimique hominis extrema vix ſufficiat etas.

Huius artis volumina ſtulti quidam, temerarii atque indocti, in vulgarem linguam traducere audent, quorum traductione multi, etiam docti Viri videntes confeſſi ſunt, ſe propter maximam verborum impropriationem & abuſum minus intellexiſſe. Quid denique dicendum de reliquarum ſcientiarum Operibus, quibus etiam nonnunquam falſa commiſcent, aut falſis Titulis inſcribunt, tribuuntque Authoribus egregiis eorum figmenta, quo magis emptores inveniant.

Dicant translatores tales, ſi verum colunt, bono etiam ſive malo id faciant animo, anne lingua germanica capax ſit eorum, que tum Greci, tum & Latini egregii Scriptores de ſummis ſpeculationibus Religionis Xpiane & rerum ſcientia accuratiſſime argutiſſimeque ſcripſerunt? Fateri oportet, ydiomatis noſtri inopiam minime ſufficere, neceſſeque fore, eos ex ſuis cervicibus nomina rebus fingere incognita; aut, ſi veteribus quibusdam utantur, veritatis ſenſum corrumpere, quod propter magnitudinem periculi in Litteris ſacris magis veremur. Quis enim dabit rudibus atque indoctis hominibus, & femineo ſexui, in quorum manibus Codices Sacrarum litterarum inciderint, veros excerpere intellectus? Videatur ſacri *Ewangelii*, aut *Epiſtolarum Pauli* textus, nemo ſane prudens negabit, multa ſuppletione & ſubauditione aliarum Scripturarum opus eſſe.

Occurrerunt hec, quia vulgatiſſima ſunt. Quid putabimus de his, que inter Scriptores in Eccleſia Catholica ſub acerrima pendent diſpoſitione? Multa afferre poſſemus, de quibus tamen ad propoſitum paucula oſtendiſſe ſufficiat.

Verum, cum initium huius Artis in hac *Aurea* noſtra *Moguntia*, ut vera eius appellatione utamur, divinitus emerſerit, hodieque in ea politiſſima atque emendatiſſima perſeveret; Iuſtiſſime eius Artis decus a nobis defenſabitur; Noſtra etiam interſit, divinarum litterarum puritatem immaculatam ſerva-

ſervari; Vnde prefatis erroribus, & hominum impudentium aut ſceleratorum auſibus, prout poſſumus, auctore Domino cuius res agitur occurrere, frenoque cohibere volentes, omnibus & ſingulis eccleſiaſticis & ſecularibus perſonis noſtre ditioni ſubiectis, aut infra eius terminos negotiantibus, cuiuscunque gradus, ordinis profeſſionis dignitatis aut conditionis exiſtant, tenore preſentium diſtricte precipiendo mandamus, ne aliqua Opera, cuiuscunque ſcientie, artis vel notitie, e Greco, Latino, vel alio ſermone, in vulgare Germanicum traducant, aut traducta, quovis commutationis genere vel titulo diſtrahant, vel comparent, publice vel occulte, directe vel indirecte, niſi ante impreſſionem, & impreſſa ante diſtractionem per Clariſſimos honorabileſque, nobis dilectos, Doctores & Magiſtros Vniverſitatis Studii in Civitate noſtra *Moguntina*, IOHANNEM *Bertram* de *Nuenburg* * in Theologia, ALEXANDRVM *Dietbrich* ** in Iure, THEODERICVM de *Meſchede* in Medicina *** & ANDREAM *Eler* **** in Artibus, Magiſtros & Doctores Vniverſitatis Studii in opido noſtro *Erffordie* † ad hoc deputatos, patenti teſtimonio, ad imprimendum vel diſtrahendum admiſſa: Vel, ſi in opido *Franckfordie* . . libri venales expoſiti, per Honorabilem, Devotum nobis dilectum loci Plebanum in Theologia Magiſtrum, ac unum vel duos Doctores & Licentiatos, per Conſulatum dicti Opidi, annali ſtipendio conductos, viſi & approbati fuerint.

† *Intell. quod ibidem promoti fuerint.*

Si quis vero huius noſtre proviſionis contemptor fuerit, aut contra huiusmodi mandatum noſtrum conſilium auxilium vel favorem quovis modo, directe vel indirecte, preſtiterit, Sententiam excommunicationis ipſo facto, & preterea amiſſionem librorum expoſitorum, ac etiam Centum florenorum auri penam, Camere noſtre applicandam, ſe noverit incurriſſe; a qua ſententia nemini, citra auctoritatem ſpecificam, liceat abſolvere.

Datum apud Arcem S. *Martini* in civitate noſtra *Moguntina*, noſtro ſub Sigillo. Die quarta menſis Ianuarii Anno . . MCCCCLXXXVI.

Viros

Viros profecto celebriores ex quatuor Facultatibus elegit.

* IOH. BERTRAM, Naumburgi *in Thuringia, patre aequivoco, honesto illic Cive, matre* Helena *progenitus, nominatione Corporis Academici Praebendam obtinuit Lectoralem in Ecclesia* Aschaffenb. 1483. *d. 15. Sept. Quinquennio post*, Rector *existens.* BERTOLDO *ad Canonicatum* S. Georgii, *al.* Leonhardi Franckfordiae *praesentavit* Nicolaum Finck, *initio Litterarum tali:* „ Nos I. Bertram *de* Neumburg - - sacre Theol. Professor, Facultatis Theologice Ordinarius & Decanus, ac p. t. eiusdem „ Vniversitatis RECTOR " *cum reliquis. Fine:* „ Datum & actum „ Moguntiae in Collegio maiori, dicto zum Algesheimer, „ in stuba maiori, in qua solitum est tractari Consilium prenarrate Vniversitatis, nobis inibi ad premissa specialiter convocatis & congregatis. - - 1488. Ind. VI. die vero Martis 24. „ mensis Maii.

Anno 1511. eodem titulo consequutus est Canonicatum D. Petri. *Mortuus tandem 1515, ceu Plebanus Aedis metrop.*

Praecipuus omnium, qui Academiam inter Veteres ornabant, Pater & Antecessor merito aestimandus, prout ex tot tantisque academicis actibus, Praesidiis nimirum, & Promotionibus in Doctores compertum habemus. Pius in patriam, fundavit Stipendium pro duobus Adolescentibus, a Capitulo Cathedr. Numburg. *in perpetuum designandis, qui* Moguntiae *studiis navarent.*

** AL. DIETERICH, (*subinde* Theoderici) *ortu* Meinungensis, „ Legum Doctor, Rectoris, Provisorumque - - & Magistrorum alme Vniversitatis Studii Civitatis . . Moguntine Procurator & Syndicus generalis. " *Ita Archipraesul* DIETHERUS *in tabulis, queis enarrat, Se* „ in Iudicio in aula *sua* novae „ arcis, inibi ad Iura reddendum & Causas audiendum pro tribunali sedente " *praefatum* Alexandrum „ nonnullas Litteras „ & scripturas, iura, privilegia, libertates ac munimenta pro dicta „ Vniversitate facientia, coram *Eo* producta transsumi & exemplificari petiisse " *Attestando, quod apographa, cum autoraphis exacte collata & recognita, verbotenus concordent. Anno 1496.* Alexander *Academia valedixit, factus Procurator Camerae Imperialis.*

*** THEOD.

*** THEOD. MESCHEDE: *a loco originis sic vocatus, native nomine* Gresemundus, *Vir in philosophicis & medicis excellens. De quo* Serar. *Rer. Mogg. p. 175.* Adami *Vita Medd. p. 3.*

**** A. ELER: Meinungensis, *postea D. Legum, ecclesia Collegiata ad* S. Catharinam Oppenhemii *Canonicus. Seculo XV. vertente ab AEpiscopo* Bertoldo *Protonotarius & Iudex generalis constitutus.* ☧ 1508; *VIII. Idus Iun.* v. T. II. *p.* 723.

CCXXIII.

Eiusdem cum priori mandato argumenti quoad exactam Librorum Censuram.

1486.

[*l. cit. cum sq.*]

BERTOLDVS (*&c.*) Honorabilibus Doctissimis nobis in Xpo dilectis, Io. *Bertram* in Theologia, AL. *Dietherich* in Iure, TH. de *Meschede* in Medicina, Doctoribus, & AND. *Eler*, in Artibus Magistro - - salutem, & ad infrascripta diligentiam.

Experti scandala & fraudes, per quosdam Litterarum translatores ac impressores librorum commissas, hisque obviare, & viam ut possumus occludere cupientes; mandamus, ne quis sub diocesi & ditione nostra quos Libros in germanicam linguam transferat, imprimat, vel impressos distrahat, nisi prius in Civitate nostra *Moguntina* talia Opera sive libri per vos visi, & quantum ad materiam ipsam, ad transferendum & distrahendum probati fuerint, iuxta formam mandati desuper publicati.

Vobis igitur, de quorum prudentia & circumspectione plurimum confidimus, tenore presentium committimus, ut, si quando transferenda, imprimenda vel distrahenda Opera, sive libri ad vos delati fuerint, eorum materiam ponderetis,

et ſi forte ad rectum ſenſum non facile traduci poterunt, aut errores & ſcandala magis pariunt, aut pudicitiam ledunt, eos reiiciatis; quos vero admittendos ſtatueritis, manibus veſtris propriis, ſaltem duo ex vobis in fine ſignetis, quo magis appareat, qui libri per vos viſi & probati fuerint. Deo noſtro ac rei publice munus gratum utileque exhibituri.

Data apud Arcem S. Martini - - - ſub Secreto noſtro. X. Ianuarii Anno . . MCCCCLXXXVI.

NOT. *Pro civitate* Erfurt. *hac in materia Reſcriptum emanaſſe ad Decanum Facult. Theol.* IOANNEM Dingelſtet *Decr. &* IOANNEM Gengenbach *Med. DD.*

CCXXIV.

Litteræ, deſuper ad SVFFRAGANEOS *ſcriptæ.*

1486.

Salutem, & gratificandi affectum, REVERENDE *in Xpo Pater*, *Amice cariſſime.* Experti ſceleratorum *cupidenariorumque* hominum temeritatem, audacium falſas erroneasque doctrinas, falſos etiam inſcribere titulos; & preterea Miſſarum aliorumque divinorum officiorum libros Litterasque ſacras, & intellectu difficiles in vulgare germanicum transferre, imprimere, venalesque Vulgo exhibere; cui, ut tenemur, occurrere volentes, Mandatum prohibitorium per Dioceſim noſtram emiſimus, cuius copias *Dil. V.* una transmittimus. Patern. igitur veſtram ea de re ſummopere hortamur, ut Religionis Xpiane veritatisque ſtudio commonefacta, per Dioceſim veſtram etiam huiusmodi erroneos periculoſosque auſus comprimatis; ne, ſi rudibus imperitisque hominibus corrupte ſacrarum ſcripturarum Legende per manus verſarentur, facile ad graviſſimos, inextricabilesque prolabantur errores, quod foret exemplo in re Xpiana graviſſimum, ſummoque ſemper ſtudio cavendum.

Quod

Quod si forte sub diocesi vestra Seculares potestates comprehense fuerint, ditioni vestre per omnia non subiecte, ut puta Principes, Comites, aut Communitates, consulimus, eos per Nuncium ydoneum, vel Litteras exhortatorias persuadendos, & ad hanc sententiam humaniter adducendos, ut eorum auctoritate & opera concurrente, sanctum propositum ex voto procedat. DEO etenim gratum, Religionique & veritati amicum, omnibusque utriusque status Prelatis est perquam necessarium, creditum populum a cecitatibus conservare.

Felix valeat P. V. cui & nos pro officii nostri debito sponte semper offerimus. — — MCCCCLXXXVI.

CCXXV.

DIPLOMA, *quo Rex Rom.* MAXIMIL. *recens electus informatione penitius capta declarat, Civitatem* Moguntinam *omni ævo subditam fuisse* Archiepiscopis, *nec Cæsari nec Imperio unquam aliquid Iuris in eam competiisse.*

1486.

[*p. 800. ante n. 8.*]

Wir Maximilian von GOts gnaden Römischer Künig, zu allenn Zeiten Merer des Reichs. Ertzhertzog zu Osterreich, Hertzog zu Burgundi, Lotrinckh, Brabannt, Steir, Kernnden, Crain, Lymburg, Lutzemburg und zu Ghheldern. Grave zu Flanndern, Habspurg, Tirol, Phiert, Khyburg, Arthoß, und zu Burgundi. Phaltzgrave zu Hönigaw, Holland, Zeeland, Namen, u. zu Zutphan: des H. R. R. Marggrave zu Burgaw, Lanndgrave in Elsaß, Herr zu Friesland, der Winndischen Marck, Portenaw, Salins, u. zu Mechlen. Bekennen fur uns und all unser Nachkomen am Reich, und verkunden allen u. yeden, die nu u. hinfur zu *ex Autogr.*

ewigen zeiten disen Brief sehen oder hören werden, unser Kuniglich gnad und alles gut.

Nu und GOt der almechtig uns zu der Höhe und Last des H. R. R. versehen hat, sind wir billich gemeint, allennthalben anhanngende Spenne u. Irrung abzulegen; und sunderlich geneigt, wo die uns und das H. Reich, auch unser Churfursten und Churfurstentumben antreffen, mit rechtem warlichen wesen aufzuheben und zu entslieſſen; und daz wir, als Römischer Kunig, und Sy, als unser u. des Reichs oberste Gelieder, in des Reichs Sach zu gemeinem nutz dester eynmutiglicher und vertreulicher hanndln, und versehung tun mögen.

Demnach wir betracht haben die Vorderung, so unser lieber Herr u. Vater der Römisch Keyser an Ertzbischove u. Stifft **Mentz** furgenomen, und zu haben vermeint hat, **Mentz**, die **Stat** antreffende, als ob dieselb dem H. R. R. on mittl zusteen, und *eigen* sein solte; und uns warheit des Hanndels u. Sachen mit Fleiß erlernet u. erfarn; Und befinden nit, daz die genant Stat, und die Burgerschafft daselbs, in vordern zeiten, Römischen Keysern oder Kunigen mit einicher Huldung, Phlichten, Stewrn, Tributen, Gerichten, oder annders, ye verwant, verphlicht, verhafft oder gewertig gewesen; oder auch das Römisch Reich der in Besess, Ubung u. gebrauch gewesen sey; Sunder, daz die Ertzbischoven und Stifft **Mentz**, von allen Zeiten bis her, die Eigenschafft, Herschafft, Huldung, weltliche hohe u. nider Gericht, auch Müntz, Maß, Gewicht, Zolle, Geleyt, Ordenung des Marcks, Wechsels, Gewanndtsnidts, Fleischkaufs, und anndere Oberkeit an und in der gemelten Stat gehabt u. herbracht hat; Und die Burgerschafft nit annders in irem wesen u. versehung der Stat hanndln sollen, oder mögen, dann so vil und Sy durch begnadung von Ertzbischoven u. Stifft **Mentz** zu Zeiten erlangt; Als wir des alles glaublich underrichtung emphanngen u. verstannden haben.

Iura territorialis superiorit. ab AEp. nullo non tempore exercita.

Solch

Solch bericht der warheit auch, zu vor GOt den almechtigen, den Heyligen Sannd **Martin** Patron des Stiffts **Mentz**, auch die Gerechtigkeit, und trew fleissig dinste des Erwirdigen **Bertolds** Ertzb. zu **Mentz**, unsers lieben Neven und Kurfürsten, angesehen, haben wir, mit zeytiger manigfeltiger betrachtung, auch wissen und rate unser trefenlichisten Rete, die vorgemelte vermeinte Vorderunng gegen dem yetzgenanten Ertzbischoven **Bertold**, seine Nachkomen und Stifft **Mentz** begeben, vertzihen, abgetan und fallen lassen. Begeben - - - thun die ab, und entledigen den genanten Ertzbischove - - - fur uns, alle unser Nachkomen am Reich, und von des Reichs wegen, in u. mit Krafft diß briefs, in der pesten form u. weyse, wie das auf unser oberkeit u. gwalt Krafft haben sol, oder mag.

Gereden u. versprechen bey unsern Kuniglichen Wirden und Phlichten, die Stat **Mentz** den genanten Ertzb. — — — und Stifft, hinfur zu ewigen Zeiten, durch Uns, oder yemannd von unsern oder des Reichs wegen, nit zu vordern, oder vordern lassen; sunder ordnen, setzen u. wellen, daz **er** — — — sollen u. mögen die Stat **Mentz**, mit aller Oberkeit, gerechtigkeiten, übung und herkomen, **Staffel**, Niderlage, u. annders innhaben, besitzen, versehen, regirn, nutzen u. gebrauchen, on Irrung oder intrag Unser, und unserer Nachkomen u. menigklichs.

Wir *& Successores*, sollen . . auch **ine** - - - und Stifft, bey solichem beseß u. innhaben schützen, schauren, schirmen u. handthaben, als unsern Churfürsten, und dargegen nit hanndeln, auch zu hanndln nit gestatten, in kheinen weeg.

Es sollen u. mögen auch die Burger u. Beysessen der St. M. *praesentes atque futuri* aller u. yeder Gnade u. Freyheit, so dem Stifft . . von unsern Vorfarn R. Kunigen oder Keysern gegeben wern, oder würden, in allen Fürstentumben, Graveschafften, Herschafften, Gebieten u. Gerichten, als annder des Stiffts Undertanen gebrauchen, und der geniessen on Inrede menigklichs; Und sunderlich mit fremb- *Cives & inquilini quibuscunque fruentur privilegiis, Ecclesiae Mog. ab Impp. concessis.*

frembden Gerichten nit angesucht, auch alle **Achte** gegen **inen** nit fürgezogen oder gebraucht; Wann wir die hiemit hindan und abstellen, und nit ufgerucft werden sollen - -

Ob auch unser Neve u. Curfürst, vorgenant, oder sein Nachkomen hernach uns ansuchen würden, disen Brief u. Verschung zu ernewern und verrer zu versorgen, das sollen u. wollen wir - - ungeweigert tun auf **ire** gesynnen, one verzugk und on ire beswerung.

Des zu urkund haben wir disen Brief mit unsrer eigen Hannd underschriben, und unser Kunigklich Insigel daran tun henncken. Der geben ist zu **Cöllen** am Reyne auf Dinstag nach Sannd
2. Maii. Philipp u. Sannd Jacobs tag der heyligen Zwelf boten. Nach Christi geburde im Viertzehen hundert und darnach im Sechs u. achzigisten; Unsers Reichs im ersten, Jaren.

NOS MAXIMILIANVS Romanorum Rex suprascripta recognoscimus per manpp.

NB. MOGVNTIAM, *ante tempus Diffidii* Dietherum *inter &* Adolfum *flagrantis, Civitatem fuisse liberam Imperioque immediate subiectam, vulgaris est opinio; Vtrum vero non falsis innixa sit ideis, ac erroneis suppositis,* [*propter argumenta, hic a* R. Rege, *superius* * *a* Summo Pontifice *allegata,*
** n. 207.* *cum statu immedietatis neutiquam compatibilia*] *cuivis diiudicandum relinquimus. Add.* T. I. *p.* 585. SYLLOGE *nostra p.* 477.

CCXXVI.

AEpiscopalis confirmatio Xenodochii in Sachsenhausen (*territorii* Waldeck.) *erecti a quondam Presbytero* IOANNE Rottenberger.

1488.

[*p.* 801. *n.* 13.]

BERTOLDVS *D. G.* S. Maguntine *Sedis Archiepiscopus,*

episcopus, — — — Ad perpetuam rei memoriam. Pietatis & misericordie gratissima Deo opera tunc maxime exequi speramus, dum Elemosinarum fundationibus pro Xpi pauperibus destinatis nostram auctoritatem favoremque impendimus.

Sane ad nos pervenit, quod *b. m.* quondam IOHANNES *Rottenberger*, dum in humanis ageret, presbyter, Canonicus ecclesie *SS. Apostolorum* civitatis *Coloniensis*, pro eius Parentum benefactorumque suorum salute, in laudem DEI, Gloriosissimeque Virginis MARIE, Hospitale in oppido *Sachsenhusen* nostre dioc. pro sustentatione Pauperum fundaverit, & certam summam, videlicet florenorum viginti quatuor annuos redditus donaverit, atque desuper Instrumenta & obligationum Litteras tradi mandaverit; Cui quidem fundationi, erectioni & Domus edificationi, Nobiles & Generosi, WALRAMVS pater, PHILIPPVSque eius filius, Comites *de Waldeck*, atque Consulatus dicti opidi, in perpetuum durature consenserunt, datis libertatibus, immunitatibus & privilegiis; prerogativis etiam, piis locis & personis miserabilibus de iure concessis ratificatis, prout in eorum Litteris plenius asseritur contineri, quarum Data est *Anno Domini MCCCCLXXII. feria quinta que fuit dies S. Ipoliti*, secundum copias coram nobis productas, & de manu ut apparebat IOHANNIS *Schickenberg* asserti Notarii subscriptas; fuitque pro parte prefatorum Comitum, Consulum, ac etiam Pauperum nomine supplicatum, ut dictam Elemosine & Hospitalis erectionem & fundationem, cum omnibus & singulis prerogativis, ordinationibus, immunitatibus in prefatis assertis Litteris contentis admittere, ratificare, auctorizare & confirmare dignaremur.

Nos ergo tam sancto operi manum apponere volentes, prefatam Donationem, fundationem & dotationem, pro pauperibus Xpi ut premittitur factam, ratam & gratam habentes, eam cum omnibus & singulis . . privilegiis, libertatibus & ordinationibus, auctoritate nostra ordinaria tenore presentium confirmamus, laudamus & approbamus. Recipiendo pauperes Xpi, qui p. t. ad domum Hospitalis predicti recepti fuerint,

rint, tamquam miserabiles personas sub speciali nostra & Successorum nostrorum protectione. Prohibentes omnes & singulos, ne eis quovis modo in persona & rebus iniuriam aut violentiam inferant, sed pietatis intuitu favorabiliter prosequantur, Omnipotentis DEI gratiam & retributionem merituri. Quod si quis honestatis misericordieque contemptor temere contravenire, iniuriamque inferre auserit, ultionem divinam, nostramque se noverit indignationem incursurum.

Date apud Arcem S. *Martini* in civitate nostra *Moguntina* sub Sigillo nostro. X. Iunii Anno Domini MCCCCLXXXVIII.

CCXXVII.

CONSTITVTIO INQVISITORVM, *ampla cum facultate procedendi adversus quoscunque de Hæresi diffamatos ac suspectos.*

1488.

[p. 801. n. 14.]

BERTHOLDVS - - - -. Honorabilibus & Religiosis, Devotis nobis dilectis, IOHANNI *Klugkrieme* Decano Ecclesie S. *Severi*, Vtr. Iuris: VDALRICO *Rispach* Canonico . . *B. M. V. Errford.* & IOHANNI *Pfaltz* Ord. S. *Augustini Heremitarum*; in Theologia Doctoribus salutem - - -

Cum baculum pastoralem in Ecclesia Xpi susceperimus, vigilanti cura innitendum nobis est, ut eos, qui lupino corde in ovium vestimento latentes, gregem dominicum nobis commissum satagentes inficere, diligentissimo studio nostro a tam perniciosis ausibus Deo auctore comprimamus.

Sane fide digna informatione percepimus, nonnullos heretice pravitatis Errores contra fidei Xpiane veritatem & Ecclesie Catholice sacramenta, sub diocesi nostra *Moguntina* clanculum invalescere, ac quosdam perniciosos homines falsas, erroneas

erroneas & periculofas doctrinas affeverare, eisque conftanter inherere, quibus, nifi quam citiffime occurratur, verifimiliter tanta rabies brevi tempore in maximam Ecclefie Dei perniciem prolabetur, adeoque defluet, ut dehinc graviffimos res pre fe ferat exitus.

Nos autem, etfi tanto negotio, ut tenemur, ipfi manum apponere fummopere defideremus, aliis tamen Ecclefie noftre, & prefertim hoc tempore, quam maximis rebus impliciti, atque ideo minus perfonaliter intendere valentes; Vobis omnibus & fingulis fupradictis, de quorum integritate & prudentia plurimum confidimus, in virtute fancte obedientie tenore prefentium diftricte precipimus, & per nomen Xpi, quod profitemur, requirimus, quatenus vos, aut alter veftrum contra quofcunque Hereticos credentes, eorumque fautores & receptores, aut de herefi diffamatos, notatos aut fufpectos, cuiuscunque ftatus aut ordinis exiftant, ad cuiuscunque aut quorumcunque accufationem, five etiam per viam inquifitionis legitime & ufque ad fententias & penas, aliaque prout iuris & rationis ordo in tali crimine procedendi, puniendi & faciendi expofcit, procedatis cum omnibus & fingulis emergentibus, incidentibus & connexis, & fine quibus premiffa expediri & exequi non poffent. Faciendo quod decreveritis, per ecclefiafticam cenfuram firmiter obfervari. Teftes etiam, fi qui forte producendi aut recipiendi fuerint, fi fe quovis colore fubtraxerint, aut fi qui forte impedimentum circa premiffa preftiterint, fimili Cenfura compellatis, & diftringatis veritati teftimonium perhibere, atque ab impediendo officio veftro ceffare.

Date apud Arcem S. *Martini* — — fub Secreto noftro. XI. menfis Iulii Anno . . MCCCCLXXXVIII.

PARERGVM.

Litteris, anno eodem die Galli *fignatis,* RVDOLFVS *de* Wazdorff, IOAN. *de* Lattorff, CONR. *de* Herbelftatt, FRIDER. Feske, & CONR. *de* Wazdorf, *ceu Tutores liberorum* ALBERTI *Comitis de* MANSFELD [unfers

Gnedigen Herrn seel. Kinder - - - *] *notum faciunt, quod vendiderint* ERASMO *Pincernæ ab* Erpach *Dynastiam* Bickenbacensem, † *pretio 7700. flor. auri.* [Rheinischer Churfürsten Müntz an Gold Meintzer Werung.]

† Conf. n. CCLXIII.

* *Nominantur:* GVNTHERVS. ERNESTVS. HOYERVS. Domicellæ (Freylen) ANNA & ELISABETH. *Matre* SVSANNA, *filia* CONRADI de BICKENBACH.

CCXXVIII.

Accessum ad Fœdus SVEVICVM *iussu Imperatoris factum nuntiat Clientibus, cunctisque suis subditis, ut Antifœderatos* (quod si Socios hostiliter invaderent) *omni modo persequantur.*

1489.

[*p. 503. n. 3.*]

WIr Berthold v. G. G. des H. St. zu Mentz Ertzbischoff, des H. R. R. durch Germanien Ertzcantzler u. Churfurst. Fügen Uch, den Wolgepornen, Edlen, Strengen, Vesten und Ersamen, Graven, Fryen, Herrn, Rittern, Knechten, Vitzthumen, Amptluten, Burgermeistern, Rethen, Schultheissen, Scheffen u. Gemeinden; Und allen andern unsern und unsers Stiffts underthanen und getreuen zu wissen, daſ wir uff ernstlich Gepott u. erfordern unsers allergnedigsten Herrn des Römischen Keysers, uns von wegen aller unser Landschafft, Gepiette und Herrschafften, auch aller unser Verwandten, oder die uns zu versprechen steen, mit den Hochgepornen Fürsten, unsern besundern lieben Oheymen u. Swegern, Hern Sigmunden Ertzhertzogen zu Osterrich, Hern Friderichen, u. Hern Sigmunden gepruder, Marggraven zu Brandenburgk, und Hern Eberharten dem eltern Graven zu Wirtembergk u. Mumpelgart; auch den Prelaten, Graven, Hern, Ritter und Knechten der

Confœderati.

Sigism. A. Austr.

MM.Brand.

Eb.C. Wirt.

Pral. Com.

der Gesellschafften S. **Jörgen** Schilts, und des H. Richs Stetten der Lantschafft zu **Swaben**, nemlich Augspurgk, Ulm, Eßlingen, Reutlingen, Lyndaw, Nördlingen, Hall, Memmingen, Ravenspurgk, Gemünden, Bibrach, Dinckelspühel, Wyl, Pfullendorff, Kauffburen, Uberlingen, Kempten, Ysny, Leutkirchen, Giengen, Wangen, Aalen, Bopfingen, Heyligpron, Wympfen, Werd, in die vereynigung u. Büntnus, so sie gegen uns miteynander fürgenomen u. uffgericht, getan, vereynigt u. vertragen; auch des halb verschrybung u. Brieve gegeben u. ubernommen haben, in welichen under andern begriffen ist, ob ymant were, der oder die weren, **die** gemelten Fürsten, Prelaten, Graven, Freyen, die vom Adel oder den Stetten, die **iren**, und die **inen** zu versprechen steen, gemeynlich, oder eynen oder mehr darinn in sunder, unerfolgt u. unerlangt Rechtens bekriegen, überziehen, belegern, angriffen oder beschedigen wurde; so sollen wir in allen unsern Slossen, Stetten, Landen u. Gepieten bestellen, schaffen u. darob sein, daß die unsern, so des gewar u. ermant werden, zu frischer tad nachylen, retten u. behalten sollen nach irem besten vermögen. Und ob solich Name wider erylet wurde, so soll die **dem**, des sie geweest ist, wie die erobert wurdet, wider geantwort werden.

Societas Eqq. S. Georgii. Civitates Imp. Sueviæ.

ITEM daß wir, die unsern, oder die uns zu versprechen steen, der obberürten Fursten, Prelaten, Graven, Fryen, der vom Adel, und der Stette, gemeynlich oder **ire** eyns insunder, Vheinde, so bald uns die verkundet, zu wissen gethan, oder selbs gewar werden, in allen u. iglichen unsern Slossen, Stetten, Marckten, Dörffern u. Gepieten, wissentlich nit enthalten, hausen noch hofen, essen, drencken, noch geverlich hinschieben; Hilff, fürderung noch bystant thun, noch inen fur sie keyn Geleyd geben, sonder **die** selbs anzunemen, bestellen, inen auch zu solichen iren Fynden, an welchen Enden die ergriffen wurden, on Intrag und verziehen Rechts gestatten, u. ergeen lassen sollen; getruelich u. ongeverlich.

 Darumb

Darumb wir uch allen, und yedem besunder solichs hiemit verkunden, und by den Pflichten damit ir uns verwant sindt ernstlich gepieten, ob künfftiger zyt über kurtz oder langk wider eynen oder mehr der vermelten Fursten, den von Adel oder Stetten, den iren oder dem iren in eynche wyse nach anzeige berürter Artickel fürgenommen, gehandelt oder understanden, und ir deshalb erfordert und angerufen, oder des für uch selbs geware werdent, daß ir alsdann nach allem ewern vermögen darzu thun, retten, nachylen, und gegen den Thettern iren Vheinden oder beschedigern, angezeigter wyse, trewelich und zum besten handeln wollet, in aller masß, als ob es uns, unsern Stift oder die unsern betreffende were; und des nit seumen, verwegern, noch verziehen. Daran thunt ir unser ernstlich meynung, und sunder gefallens.

Geben zu Bischofsheim an der Tauber, under unserm
31. Ian. uffgedrucktem Ingesiegel. Am Sampstag nach S. Paulus tag *Conversionis* Anno Domini MCCCCLXXXIX.

CCXXIX.

Monasterii FF. Minorum *a* IOANNE C. *de* NASSAV *auctoritate Summi Pontificis* Siegenæ *fundati confirmatio.*

1489.

[*p. 803. n. 5.*]

BERTOLDUS D. G. *sancte* Moguntine *Sedis Archiepiscopus* (*&c.*) Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter agri Dominici cultores familia *Fratrum Minorum de Observantia* non minimum teneat locum, qui, cum in re Xpiana verbo, tum exemplo uberrimos patrant fructus, summis semper favoribus & studiis a nobis merito prosequuntur.

Sane

Sane cum Nobilis & generosus, Consanguineus noster carissimus, IOHANNES Comes *de Nassawe* & in *Dietz*, spirituali accensus amore Domum & Ecclesiam, cum campanili humili, campana, cimiterio, dormitorio & refectorio, in opido *Sigen* nostre dioc. pro familia Fratrum *Minorum*, de *observantia* nuncupatorum, de speciali auctoritate & licentia Sanctissimi Domini nostri INNOCENTII Pape *VIII.* edificare, ac *Fratribus* Ordinis eiusdem acceptare impetraverit iuxta Litteras prefati SS. D. N. quarum Data est *Anno incarn. Dominice MCCCCLXXXVI*, *Idus Martii*, *Pontificatus* eius *anno tertio*; Vnde fuit pro parte Comitis & consanguinei nostri prefati nobis humiliter supplicatum, ut nostram etiam auctoritatem, admissionem & confirmationem adhibere dignaremur.

Nos igitur pietate rei, devotionisque zelo, quem ad Religionem prefatam gerimus, edificationem & erectionem Domus & Conventus *Fratrum* predictorum in opido *Sigen* predicto, tenore presentium auctorizamus, admittimus & confirmamus; atque, quantum possumus & debemus, robur nostre potestatis adiicimus. Reverentia, honore, iuribusque nobis & Ecclesie nostre *Moguntine* debitis, parochialibusque iuribus, salvis semper manentibus.

Data apud Arcem S. *Martini* - - - sub Sigillo nostro. XXV. Martii Anno . . MCCCCLXXXIX.

CCXXX.

REX & EL. Bohemiæ VLADISLAVS, *sibi a Collegis*, Moguntino, Trev. Col. *&c.* (*eo quod ipsum ad Electionem Regis Rom. 1486. non invitantes, pœnam hinc accersierint) in Ius vocatis, satisfactum esse profitetur: Omni actioni idcirco sibimet competere visæ renuntians declarat, se* Maximilianum *Regem legitime electum agnoscere, haud secus, acsi eo designando fuisset cooperatus.*

1489.

WIr WLADISLAVS v. G. g. König zu Behem, *ex Autogr.*

 Marg-

Marggrave zu Mehrern, Hertzog zu Lutzemburgk und in der Slesien, u. Marggrave zu Lausitz ꝛc. Bekennen mit diesem unsern Brive vor allermeniglich, für uns und alle unser nachkomende Kunig und die gantze Cron zu **Behem**; Als wir etliche zeit bißhere mit den Hochwirdigen und Hochgebornen Fürsten, Hern **Bertolden**, des heiligen Stuls zu **Meintz** Ertzbischove, und des H. R. R. durch Germanien Ertzcantzler, Curfürste; Herrn **Herman** Ertzb. zu **Cölen**, des H. R. R. durch Italien Ertzcantzler und Curfürste, Hertzog zu Westvalen u. zu Engern. Her **Johanns** Ertzbischove zu **Trier**, des H. R. R. Curfürste, und Ertzcantzler in Gallia. Herre **Philips** Pfaltzgrave **bey Rein**, des H. R. R. Ertzdruckses, Curfürste, und Hertzoge in Baiern. Hern **Fridrichen** Hertzogen zu **Sachsen**, des H. R. R. Ertzmarschalck u. Curfurste, Lantgrave in Doringen u. Marggrave zu Meyssen. Hern **Johanns** Marggraven zu **Brandenburg**, des H. R. R. Ertzcamerer u. Curfurste, zu Pomern, Stetin Hertzog, Burgrave zu Nurnberg und Furste zu Rugen; allen unsern lieben Mitbrüdern, Frunden, Ohem und Swegern, der **Wale** halbe iüngst zu **Francfurt** am Mayne, yme Sechs und achzigisten Jare, des Durchluchtigen Fürsten, Herrn **Maximilian** Ertzhertzogen zu Osterreich, Hertzogen zu Burgund u. Braband ꝛc. unsers lieben Herrn u. Ohems, zu Römischen Kunig in Irrung gestanden, und von **iren Liebden** der nicht Forderung halben **unserer** zu derselben **Wale**, etliche Pene gefordert haben; Daß wir mit denselben unsern lieben Mitbrüdern, - - - solicher irrung u. zuspruche mit unserm gutem wissen u. willen gantz und gar entscheiden, bericht und einig sein.

Der-

Derhalbe sagen wir ire Liebden alle, und ir ytzlichen insunderheit aller anspruch, die wir obgedachter Wale halben zu iren L. zu haben vermeint gehabt, und derselben nägst gescheen Wale halben hinfür haben oder gewynnen möchten, gantz ledig u. los; Und verzeihen unns derselben, für unns und unser nachkommende Kunig und gantze Crone zu Behem, also daß wir mit den genannten Curfürsten solicher obinbemelter Gebrechen gutlichen entricht und vertragen sein.

So verwilligen wir In soliche angezeigte und nägst gescheen Wale, in massen als wir persondlichen darzu gefordert, und entgegen wären gewesen, oder unser volmechtig Botschafft dabey gehabet hetten, in crafft und Macht ditzs brieffs, der wir Ir ytzlichenn der mehregedachten unsern lieben Mitbrüdern, Freunden, Ohem und Swegern gleichs lautis einen versigilten geben und obirantwurten haben lassen. Allis getreulich u. ongefärlich.

Mit urkund ditzs Brieffs, versigelt mit unserm Kuniglichen anhanngendem Insigl. Geben auf unserm Sloß zu Prag, am Dinstag nach S. Veits tag, nach Xpi unsers Herrn geburt Vierzehen hundert und im Newn u. achtzigistem, unnsers Reichs ime Achtzehennden, Jaren. 16. Iun.

Ad mandatum Domini Regis.

CCXXXI.

BERTHOLDVS, & WILHELMVS Hassiæ Landgr. *in bonum Comitatus* Nassovio Saræp. *ære alieno nimis oppressi, a) de Vidualitio* VERONICÆ Sayn., *secundæ* PHILIPPI *contboralis, b) provisione annua eidem Com. pendenda c) Tutoribus* LVDOVICI, *ipsius ex filio* IOANNE *defuncto nepotis, ordinant.*

1490.

[*p. 804. ante n. 12.*]

Von GOttes gnaden wir Berthold des H. St. zu Mentz Ertz-

Ertzbischove, des H. R. R. durch Germanien Ertzcantzler u. Kurfürst. Und wir Wilhelm Lantgrave zu Hessen, Grave zu Katzenelenbogen, zu Dietz, zu Ziegenhain u. zu Niede. Bekennen und thun kunt allermeniglich, als hievor zwischen den Wolgeborn, unsern lieben Vettern, Swegern und getruwen, Philipsen Graven zu Nassawe u. Sarbrucken, und

Introductio. Graven Johann sinem Sone seliger gedechtnis ordnung und satzung gemacht u. verfast worden sin, ire Herrschafft, auch Gulte, gefelle, Schult und Manngelt antreffend, wie es damit soll gehalten werden; Und aber Grave Johan vorgenant nach sinem Tode Graven Ludwigen sinen Sone im Leben verlassen hat; Und wo der Vordern ordnung nach die Herrschafft also geteilt, und wir den halben teil, so unserm Vettern u. Swagern, Graven Phi-

moles debitorum, lips vorgenant, zugeachtet was, daß die Last der Schulde u. Manngelts solt bezalt werden, daß solichs ime nit klein beswerungen geberen; Auch angesehen mergklichen Schaden so der Herrschafft entstünde, so die Pension u. Manngelt unbezalt ansteen und uffwachsen wurde; Zum andern, daß wir vor augen sehen, den genanten - - - Grav Philipsen und Gr. Ludwigen sinen Sone, auch irer Herrschafft, Mannen u. Underthanen nach irem Nutz zu versehen not ist; Haben wir als ire nechstgesipten, und den sie auch in ander wege zugethan u. verwant sin, mit verwilligung des genanten — — — Graven Philps, und Bete an uns von andern angelangt, ein Ordnung, Satzung u. bestellung nachgemelter Maß fürgenommen, die unzweyvelich zu Nutz und merung der Herrschafft dienen u. kommen solle.

Vidualitium Veronicæ S. Zum ersten wollen wir — — — Grave Philipsen obgemelt zu Eren darob sin, verfügen u. schaffen, daß die Wolgeborn unser liebe Swegerin und Nifftel, VERONICA von Seyne, Gräffin von Widchinstein sin eliche Gemahl, ires widems vergnügt u. versorget werde nach notdurfft, und also, daß sie des versorgt sy, und zu clagen kein ursach habe, und solichs uffs furderlichst

lichst, so sie des gesinnet, fertigen, enden, und nit verziehen. On geverde.

Non impedivit hæc ordinatio, quo minus inter Novercam & IOANNIS *privigni filium,* LVDOVICVM, *enatæ postea sint puncto Vidualitii discordiæ; Arbitrio tamen* BERTOLDI feliciter *compositæ* 1493. *Ceterum ipsius Veronicæ* [1511. *XI. Iul. vita defunctæ*] *cineres tenet Capella* B. V. *in metrop.* T. II. *p.* 856.

Und als - - - Grave **Philips** sin husslich wonung zu **Mentz** zu haben hat fürgenommen, daß wir auch **ime** am fuglichsten betrachten u. ansehen, solle man ime Jars von Dato dies Brieffs uß der Herrschafft in syne behusung an Gelde u. Profiande liebern und reichen, nemlich zweyhundert malter Korns und Weytz Mentzer Masse, Hundert malter Habers, Sechtzehen fuder Wyns, acht Ochsen, zwentzig Hemel, zweyhundert Hüner, hundert Genß, sechs Mastswyn, zehen Swyne in Essfleische. Dreihundert Gulden zu Kuchengelt, Sechs achtel Erbes. Sechs achtel Saltz. Funffzig Gulden für Würtz. Acht zentner Butter. Zweyhundert fl. für Kleydung, 40. fl. für Holtz, 100. fl. für Gesindlone. Und iglich Fronfasten hundert fl. Daruff **er**, mit sampt siner Gemahel - - ein redliche zale Personen gehalten mag, als wir das auch nach herkomen synes Stammens u. wesen billig achten, damit **er** zum vordersten, als der Herr u. Vatter der Herrschafft, on abgangk versorgt sye.

Annuum pro Philippo, Moguntiæ *habitare volente, Deputatum.*

So wollen wir Grave **Ludwigen** sinen Sone, als der noch in iungen iaren ist, auch mit eynem redlichen erbarn Manne versehen, der **ine** zu bevel habe zu underwysen redlicher guter Sitten u. wesens, auch schreiben u. lesen lere, und Lateynisch Sprach zu vernemen, so vil mit zymlicheit bescheen mag. Auch edle Knaben und Knechte zu geben, und versehen zu erlichem wesen nach siner notdurfft; und **den** an die Orte schaffen, da er tegelich by treffenlichen Luten wesen und handel habe, sich mogen desterbas in Kuntschafft und redelich wesen schicken u. richten.

Cura Ludovici *nepotis, & educatio*

Scribere discat & legere.

Tutores obstringuntur Und als vormals **Eberhart** Rübesame von Merenberg und **Eberhart** Stummel zu Vormunden sin angesehen u. gegeben worden, wollen wir, daß dieselben bede in der Herrschafft bevelhe haben, Sloß, Stett, Lute u. Gutere zu versehen und zu verampten, auch inname u. ussgabe zu thun, mit hilff der ienen die inen zu solichem noit sin; Und daß sie unserm Vettern u. Swager **Philips** u. Graven **Ludwigen** sinem Sone gewonliche pflicht und ierlich ime Rechnung ires handels thun in bywesen unser Rete, der yeder einen darzu geben soll, **der** der Herrschafft Manne sey. Doch sollen die genanten Amptlute nichts treffelichs fürnemen, on wissen unser beider Fürsten obgenant. *ad reddendas C. Philippo rationes.*

Protectionem in se suscipiunt bini Principes. Und daruff haben wir **bede** alle Sloss, Stete, Dörffer, auch Lute u. Güter der Herrschafft, zu Schirm angenommen, die Herrschafft zu schirmen, schuren und zu vertheidingen mit trewen, als wir den unsern theten. — — Ob auch zu Mentz Unfall mit sterben zufiele, daß unser Vetter . . von **Nassawe** nit wol da gesin mochte, und in andern sinen Sloss eynem wonen wolte, nicht deß mynder soll **ime** die vorbenant Summe gelts u. Prophiande on abgangk gereycht werden. Des zu urkunde haben wir . . Fürsten obgemelt unser ieder syn Ingesiegel an diesen brieff thun hencken.

So bekenne ich **Philips** Grave zu **Nassawe** u. zu Sarbrucken egedacht, daß diese ordnung, satzung u. bestellung mit mynem guten wissen u. willen gemacht ist, und han myn eygen Insiegel by der obgemelten myner gnedigsten und gnedigen Herren Ingesiegel auch an diesen brieff gehangen. Der geben ist zu **Mentz** uff Frytag nach S. Johans Baptisten tag Anno Domini MCCCCXC. *25. Jun.*

CCXXXII.

CCXXXII.

Difpenfatio in favorem CONRADI Heufsleri, *afpirantis ad ftatum Clericalem & facros ordines.*

1491.

VENERABILI in Xpo Patri, Dei gratia Epifcopo *ex Autogr.* *Brutonorienfi* ad prefens in Romana Curia refidenti, IVLIANVS *miferatione divina Epifcopus* OSTIENSIS, falutem & finceram in Domino caritatem.

Accedens ad Apoftolicam Sedem CONRADVS *Hufeler*, Scolaris *Mag.* dioc., nobis humiliter fupplicavit, vt cum eo, qui ficut afferitur afcribi defiderat milicie Clericali, fuper defectu natalium quem patitur de Presbitero genitus & foluta; quod huiusmodi non obftante defectu ad omnes, etiam facros & presbiteratus poffit Ordines promoveri, & Beneficium ecclefiafticum obtinere, etiam fi curam habeat animarum, Sedes ipfa difpenfare mifericorditer dignaretur. Nos igitur Scolarem ipfum, qui in dicta Curia certis de caufis habet aliquandiu refidere, & fufficientes probationes ad hoc fibi neceffarias afferit fe habere, in eadem remittentes; auctoritate Dni Pape, cuius Penitentiarie curam gerimus, et de eius fpeciali mandato fuper hoc vive vocis oraculo nobis facto, Paternitati Veftre committimus, quatenus confideratis diligenter circumftantiis univerfis que circa ydoneitatem perfone fuerint attendende; *fi paterne non eft incontinentie imitator*, fed bone converfationis & vite, fuper quibus veftram confcientiam oneramus, aliaque fibi merita fuffragantur, ad huiusmodi Difpenfationis gratiam obtinendam, cum eo fuper petitis mifericorditer difpenfetis. Ita tamen, quod idem Scolaris, prout requirit onus beneficii quod eum poft difpenfationem huiusmodi obtinere contigerit, fe faciat ftatutis anni temporibus ad dictos Ordines promoveri, & perfonaliter refideat in eodem, alioquin dicte difpenfationis gratia quoad ipfum beneficium nullius penitus fit momenti.

Datum *Rome* apud S. *Petrum*, sub sigillo officii *Penitentiarie*. IIII. Kal. Iulii. Pontificatus Dni INNOCENTII Pape
28. Iun. VIII. anno septimo.

In ora membrana notatum:
„ Iste Conradus *Huseler* factus est
„ Plebanus in Biel. *

* *Prope parthen.* Aldenburg. *Religione Veteri dudum illic abrogata.*

CCXXXIII.

De *Officio in die Commemor. omnium Fidelium defunctorum, hactenus in Collegiatis difformiter celebrato, deinceps iuxta ritum maioris Ecclesiæ peragendo.*

1491.

[*p. 504. n. 16.*]

BERTOLDVS — — — — Devotis nobis in Xpo dilectis, Prepositis, Decanis, ceterisque Collegiatarum ecclesiarum Prelatis, Canonicis, & in eisdem beneficiatis, earundemque ecclesiarum Capitulis, in & extra Civitatem nostram *Moguntinam* ubilibet constitutis, salutem in Domino sempiternam.

Cum ea, que nostri sunt officii, recta consideratione perpendimus, dignum, immo debitum arbitramur, pro voto divinas prosequi laudes, ad DEI honorem, Defunctorum memoriam Animarumque suffragium institutas, quo magis laborantium animarum studio miserationis memores esse videamur.

Sane cum laudabilis Ecclesie universalis institutio hoc habeat, ut singulis annis pro Animarum in Domino defunctorum salute, Exequie & officia pro mortuis, ad diem secundam mensis Novembris per Orbem Xpiane Religionis solemniter ce-

celebrentur, & presertim singulari quadam pietate in Ecclesia nostra *Moguntina* peragi consueverunt; in secundariis tamen . . Collegiatis, tam in Civitate . . predicta, quam extra eandem constitutis, circa Officia pro Defunctis . . non idem mos ritusque in talibus observetur; Nos autem Membra sive secundarias ecclesias ad conformitatem Matris, hoc est Ecclesie nostre *Moguntine*, reducere volentes, vos omnes & singulos . . in Domino hortamur, quinimo & - - districte precipiendo mandamus, ut deinceps in perpetuum ad diem secundam Novembris, dum memoria pro animabus Fidelium venit peragenda, Sacra, tam primarum quam secundarum Vesperarum, Matutinarum, Missarum, ac aliarum divinarum Horarum pro Defunctis Officia, in omnibus & per omnia, cantando, psallendo, legendo, imponendo, aliisque ceremoniis, ritu & ordine peragatis, sicut hactenus in Ecclesia - - - maiori predicta talia officia peragi consueverunt, quorum ordinem vobis cum presentibus transmittimus. Indignum enim nobis visum est, & decori ecclesiastico contrarium, in Civitate nostra, & extra eandem, maxime Collegiatis ecclesiis, quibus copia personarum non deest, in talibus tam vario esse more; ac longe decencius, si consuetudo Ecclesie nostre, que omnem pre se fert honestatem, servetur.

Nulli ergo omnino vestrum liceat huius nostre ordinationis, voluntatis & mandati fines negligere, aut quovis ausu vel colore, sub pena Divine ultionis contravenire, secus vero audentes divinam interminationem, nostramque intelligant se indignationem incurrisse.

Datum in castro nostro *Steynheim* sub Sigillo nostro. Die XVI. mensis Septembris. Anno Domini MCCCCLXXXXI.

 CCXXXIV.

CCXXXIV.

INSTITVTIO

Fraternitatis Equestris S. Georgii.

1492.

[p. 804. n. 18.]

BERTOLDVS — — — — *Ad perpetuam rei memoriam.* Pastorali officio etsi immerito presidentes, pia Xpi fidelium vota iuvare nos oportet; eorum presertim, qui glutino quodam divinitus inspirato, sese ad Dei Sanctorumque eius gloriam atque cultum, fraternalibus nexibus astringunt, ac veluti debitum religiose prosequuntur.

Sane cum Fideles & nobis dilecti, Comes & Rectores Arcis in *Fridberg*, Equites, & Equestris ordinis Viri, in DEI gloriosaeque Virginis *Marie* matris eius, SSque *Anthonii* Confessoris & *Georgii* Martiris laudem, animarumque salutem, Fraternitatem erigere, coire, & ad personas Equestris ordinis in dicta Arce ius communionis habentes & acceptare volentes, extendere, & nomini S. *Georgii* . . illam dicare, eiusque titulo & nomine appellare intendant, ac alia circa observantiam & decorem providere; Videlicet ut quevis persona dicte fraternitati incorporata auratam aut argenteam Torquem, prout dignitati & conditioni Persone deferentis equum est, marcam tamen argenti in pondere non excedentem, cum imagine S. *Georgii* illi impendenti collo suspensam, certis temporibus ab illis statuendis deferre possit; et ut annuis secundis feriis post festum Corporis Xpi proxime futuris in perpetuum, officia Vigiliarum & Missarum pro Defunctis, in parochiali loci predicti celebriter peragantur, convenientibus ibi Fratribus & oblationes pro defunctis, aliaque circa distributionem Elemosinarum pro Clericis facientibus, iuxta modum in eorum Litteris exprimendum.

Pre-

Preterea ut preſtationes & ſolutiones annue a ſingulis Fratribus in commune conferantur pro omnibus fraternitati ſufficiendis, ornatuque ac reliquis comparandis, eſt ulterius pro augmento cultus divini proviſum, ut ſingulis Annis, finitis Vigiliarum & Miſſarum officiis ſupradictis, ſolemnis Proceſſio fiat, in qua decem ſaltem Presbyteri, ſacerdotalibus ornamentis induti interveniant, quorum unus Corpus Dominicum ſolemniter, alii vero Reliquias Sanctorum publice deferant. Et ſi forte quisquam Sociorum in veniendo aut parendo ordinationibus negligens, contumax aut nolens fuerit, aut a fraternitate diſcedere volet, aut diſſenſiones, rixas aut ſcandala in eorum conventu ſuſcitaverit aut commiſerit, modus pene & cognitionis ſtatutus eſt, prout hec omnia in *minuta* producta ſunt. Fuitque nobis pro parte predictorum humiliter ſupplicatum, ut dictam Fraternitatem cum ordinationibus & proviſionibus predictis ordinaria auctoritate noſtra admittere, confirmare & auctorizare dignaremur.

Nos itaque devotionem Nobilium prefatorum digno favore proſequentes, pred. Fraternitatem cum omnibus & ſingulis ordinationibus proviſionibus & Capitulis . . , ordinaria auctoritate & poteſtate noſtra admiſimus, roboravimus - - - - - per preſentes; Ita tamen, ut novas ordinationes - - - circa predicta, & preſertim noſtram auctoritatem & ſuperioritatem minuentes, aut illi preiudicantes, nobis inconſultis non attentent, quibus etiam per preſentes non intendimus in aliquo preiudicium generari.

Volumus preterea, ut pro gloria & Corporis Domini cultu & reverentia duo ex dignioribus Fratribus Presbyterum, hoc venerabile Sacramentum deferentem, ſinguli ſingulis lateribus aſſocient; et ut baldachinum, hoc eſt pannum ſive *protectum* quod ſupra Sacr. in proceſſionibus ferri conſuevit, quatuor ex fratribus ipſis portent, quo magis d. Sacramenti delatio devotior, honeſtior, Deoque ſit acceptior.

Quo magis autem Xpi fideles devotionis cauſa ad dicta Officia & proceſſiones eo diligentius confluant, quo ſe ſentiant dono

dono Gracie ſpiritualis uberius refectos, omnibus & ſingulis - - vere confeſſis & contritis dicta - - viſitantibus, & intereſſentibus, de Omnip. Dei miſericordia, ac App. P. & P. Sque *Martini*, *Anthonii* & *Georgii* meritis confiſi, XL. dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Data apud Arcem S. Martini - - - ſub Sigillo noſtro. d. XXVI. Martii Anno . . MCCCCLXXXXII.

CCXXXV.

TESTIMONIALES *ſuper Ordinibus, Eidem (de quo n. 232) in Vrbe collatis.*

An. 1492.

ex Autogr. VNIVERSIS *preſentes Litteras inſpecturis.* RAPHAEL S. Georgii *ad Velum aureum S. S. R. E. diaconus* CARDINALIS, *Domini Pape Camerarius*, ſalutem in Domino. Vniverſitati veſtre notum facimus per preſentes, quod Reverendus in Xpo Pater, Dns PETRVS Dei gratia Epiſcopus S. *Agathe* in Romana Curia reſidens, Ordines celebrans generales in eccleſia B. *Marie* de *Regina Celi*, de mandato noſtro, & auctoritate mei Camerariatus officii ſibi facto, Dilectum nobis in Xpo CONRADVM *Huſeler* Vicarium in *Bilen* ad Altare S. *Margarete* in Capella S. *Vincentii* in oppido *Bilen* Magunt. dioc. die Sabbati ſexta menſis Maii, in feſto S. *Iohannis ante portam latinam* ad quatuor Minores, & Sabbato Quatuor temporum XVII. menſis Decembris ad Subdiaconatus: deinde Sabbato . . XVII . . Martii ad Diaconatus: poſtremo vero d. Sabbati VII. menſis Aprilis, in qua cantatur in Eccleſia Dei *Venite ſitientes*, quod fuit dies Dati preſentium, ad ſacros Preſbiteratus ordines infra Miſſarum ſolempnia in eccleſia B. M. de Regina Celi in Burgo S. *Petri* alme Vrbis rite promovit, & ſolenniter ordinavit, in * formam & conſuetudinem S. Rom. Eccleſie in talibus obſervari ſolitas.

* *ad*

In

In quorum fidem presentes fieri, Sigilloque nostri Camerariatus officii fecimus appensione muniri. Datum *Rome* in *Camera Apostolica.* Anno Domini MCCCCXCII, die vero VII. mensis Aprilis. Pontificatus SS. D. N. INNOCENTII divina providentia Pape OCTAVI anno octavo.

CCXXXVI.

VNIVERSITATI Moguntinæ *neo* PONTIFEX *Electionem* de se factam notificat.

1492.

ALEXANDER (VI.) *Episcopus Servus Servorum Dei.* *ex Autogr.* Dilectis filiis Doctoribus & Scolaribus universis *Maguntie* commorantibus salutem & Apostolicam benedictionem. Salvator noster Dominus IHS XPS, ut ab eterna morte liberaret humanum genus, mortalitatem nostre carnis assumpsit, sacrosanctamque universalem Ecclesiam sua passione fundatam, in terris usque ad consummationem seculi perpetuari voluit, ut gregis sui Oves pascendas per variam successionem Pastorum, qui eas verbo & opere ad eternam gloriam invitarent, disposuit.

Sane cum felicis record. INNOCENTIVS Papa VIII. predecessor noster, *septimo Kal. Augusti* sicut Domino placuit, ex hac mortali vita ad immortalem migrasset, post funeris ipsius, ac solennem exequiarum ut moris est celebrationem, Venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales, de quorum numero tunc eramus, *Rome* in palatio Apostolico apud basilicam beati *Petri* Apostolorum principis, in quo idem predecessor noster dum viveret habitabat & cursum presentis vite finierat, in Conclavi pro electione futuri Pontificis celebranda, modo & tempore congruis in virtute Altissimi convenerunt; Vbi variis consiliis & maturis deliberationibus prehabitis, facta celebratione Misse in honorem Spiritus sancti, post diligentem Tractatum, prout tante rei, qua nulla maior in terris agitur, gravitas exigebat,

bat, tandem predicti Fratres, eius qui invocatus fuit gratia cordibus eorum infusa, licet in alios maioribus meritis insignes convenire potuissent, certo tamen DEI iudicio, cuius consilia inscrutabilia sunt, Nos, tunc Episcopum *Portuensem* S. R. E. Vicecancellarium, in Sponsum Pastoremque Ecclesie sue sancte, *tertio Idus Augusti* unanimi voluntate & concordia elegerunt.

Quoniam vero sicut Domino placuit ita factum est, quamvis nostros humeros imbecilles ad perferendum tantum onus, quantum est universalis Ecclesie sarcina, sentiremus; tamen ne reluctari divine voluntati videremur, colla subiecimus iugo Apostolice servitutis; Sperantes in eo qui infirma eligit mundi, ut confundat fortia, [cum Romanus Pontifex, licet per ministerium hominum eligatur, ex celesti tamen inspiratione procedat] quod fragilitati nostre robur sue gratie inspirabit, & vires contra hostes Fidei suggeret, ut perfidi Turci non solum a suis ausibus retrahantur, sed ope divini auxilii, & presidio nostro & Catholicorum Regum & Principum penitus conculcentur.

Idcirco exhortamur in Domino vestram devotionem, ut solenni processione prehabita una cum celebratione Misse Sancti Spiritus porrigatis Altissimo vestras preces, humiliter supplicando, ut nobis uberem gratiam largiatur, que nos sufficientes reddat, ad regendam Ecclesiam suam sanctam. Spectat enim ad vos, qui Litterarum studiis estis dediti, recte in Domino sapere, & alios ad imitationem virtutis vestre incitare. Nos enim dispositi sumus, Vniversitatem vestram, quoniam studiosi litterarum lumen vere virtutis aliis prebere solent, habere in vera caritate specialius commendatam, & ea agere, per que docti viri de nostra assumptione letari & gaudere merito debeant.

Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarn. Dominice
26, Aug. MCCCCLXXXXII. vii. Kal. Septembris. Pontificatus nostri anno primo.

M. de *Magistris*.

Dilectis filiis, Doctoribus & Scolaribus universis *Maguntie* commorantibus.

CCXXXVII.

CCXXXVII.

MATER & *Sorores Pœnitentes sese motu proprio subdunt Regulæ Ordinis* S. Augustini.

1493.

[p. 805. n. 2.]

BERTOLDVS — — — — Cure pastorali, licet immerite presidentes, id nobis studii esse oportet, ut oves gregi Dominico olim abactas, divina tandem inspiratione Ovile penitentie requirentes, quantum possumus, auctoritate & sollicitudine nostra in sancto proposito conservemus.

Exhibita siquidem pro parte nobis in Xpo dilectarum, Matris & Sororum, *Penitentium* nuncupatarum, in Domo prope ripam Rheni inter civitatem nostram *Maguntinam* & villam *Weissenawe* simul commorancium, petitio continebat, quod etsi olim fragilitate profusiori decepte, corporis permissione Victum quesierint, Dei tamen miseratione ad cor reverse veteres sordes sanguine Agni diluere, commissaque conterere desiderent, dignos inde penitentie fructus religiositate & continentia Deo propitio exspectantes;

Verum cum earum propositum sine professione alicuius Regularis observantie, ac ordinationibus congruis, non satis tutum subsistere possit, fuit nobis pro parte predictarum Matris & Sororum humiliter supplicatum, ut dictam Domum, eis per fidelem nobis dilectum IOHANNEM *Heyl*, Civem nostrum *Maguntinum*, donatam & traditam, in locum perpetuo inhabitandum & possidendum assignare, et ut ibi Oratorium cum altaribus, campanili, cimiterio, claustro, refectorio & aliis officinis necessariis erigere, & in loco sacrato ibidem Corpus Dominicum & Oleum sanctum honeste ut decet tenere & servare, ac professionem expressam Regule Ordinis Fratrum Heremitarum S. *Augustini* facere possent, gratiose permittere, autorizare & confirmare, atque alia circa sacramentorum admini-

ſtrationem & Verbi Dei predicationem, viſitationem, & correctionem, providere & ordinare dignaremur.

Nos igitur piis prefatarum Mulierum votis, quantum poſſumus, auctore Domino ſuffragari cupientes, predictam earum congregationem & Conventum admittimus, approbamus & confirmamus; Ita videlicet - ut poſſint & debeant expreſſe profiteri Regulam - - S. *Auguſtini*, * & in communi vivere ſub ordinationibus & ſtatutis Ordinis predicti; et pro firmiori ſubſiſtentia ut Domum d. perpetuo inhabitare, Oratorium ibi cum altaribus habere, Miſſas audire, Corpus Dominicum ac Oleum ſanctum decenter & reverenter tenere & ſervare, campanile cum humili campana ponere; cimiterium, Clauſtrum, Refectorium aliasque officinas neceſſarias ſtruere, ac in cimiterio ſepulturas habere poſſint & valeant, tenore preſentium concedimus. Ius & facultatem viſitandi, corrigendi, ordinandi, inſtituendi & deſtituendi - - nobis & noſtris Succeſſoribus in perpetuum reſervantes. Circa Confeſſionum vero audientiam, ſacramentorum adminiſtrationem, & verbi Dei predicationem, per Commiſſionem ſpecialem pro tempore futuro proviſuri.

* *Hodie Conventus Tert. Ord. S. Franciſci.*

Preterea ſtatuimus & ordinamus, ut deinceps imperpetuum ad d. Congregationem — dicte Domus - - non recipiantur niſi mulieres paris conditionis, que fragilia corporum dolentes acture penitentiam, ad dictum locum tamquam Portum penitentie tutum recurrent; ne, ſi ſecus fiat, locus ipſe, Luctui deputatus, tandem in aliam profeſſionis ſpeciem transferatur, aut habitantium conditionis diſparitas ſeminarium diſcordie pariat.

Volumus etiam, ut d. Domus, Sororesque p. t. inibi habitantes iuribus gaudeant & fori privilegio, quibus cetere Clauſurarum domus in civitate . . *Mogunt.* de iure potiuntur & gaudent. Conſtitutionibus & ordinationibus a Predeceſſoribus noſtris editis minime obſtantibus. Noſtris & Eccleſie noſtre ſuperioritatibus, aliorumque iuribus, preſertim parochialibus, & ceteris ſalvis ſemper manentibus.

Date

Date in Castro nostro *Brotselden* sub Sigillo nostro maiori. XXIII. Augusti Anno a nativitate Domini MCCCCXCIII.

CCXXXVIII.

LITTERA *investituræ Imperialis de castro* Randeck.

1494.

Wir Maximilian von Gots genaden Romischer Kunig, zu allennzeiten Merer des Reichs. Zu Hunngern Dallmatien Croatien ꝛc. Kunig. Ertzhertzog zu Osterreich, Hertzog zu Burgunndi, zu Brabannt, zu Geldern ꝛc. Grave zu Flanndern, zu Tyrol ꝛc. Bekennen offennlich mit disem Brieve unnd tun kunnd allermenigklich, Daß Unns unnser und des Reichs lieber getrewer, Gotfrid von Ranndegk, diemuetigklich hat anruffen unnd bitten lassen, daß wir ime und anndern seinen Gemeinern die Vesten Ranndegkh mit irer zugehorunng, so von unns und dem Heiligen Reiche zu Lehen rueren, unnd sy vormalen von weylennd unnserm lieben Herren unnd Vatter dem Romischen Keyser ꝛc. loblicher gedechtnuss zu Lehen emphanngen und ynngehabt hetten, zu Lehen zu verleihen genedigklich geruehten; *ex Autogr.*

Des haben wir angesehen solich sein diemuetig zymlich bete, auch die getrewen diennste, so die genannten von Ranndegk unns und dem Reiche oft u. dick getan haben, und hinfur in kunnftig Zeit tun sollen u. mugen. Unnd darumb mit wolbedachtem mute unnd rechter wissen demselben Godfrieden von Ranndegk und seinen Gemeinern, die obgeschriben Vessten Ranndegk mit irer zugehorung zu Lehen genedigklich verlihen. Leyhen ime die auch also von Romischer Kunigklicher Macht wissentlich in craft diss briefs was wir ine von pillicheit und rechts wegen daran zu verleyhen haben; Die nw furbasser von unns und dem Heil. Reiche in Lehennsweyse ynnzuhaben, zu nutzen unnd zu nyessen, von allermenigklich unverhynndert. Doch Unns u. dem Reiche, an unnsern und sonnst me-

nigklich an seinen Rechten unvergriffenlich und unschedlich. Der vorgenannt Gotfrid von Ranndegk hat unns auch darauf von sein selbs, und der genannten Gemeiner von Ranndegk wegen gewöndlich Glubd und Eyde getan, unns u. dem Reiche davon getrew gehorsam und gewertig zu sein, zu dienen u. zuthunnd als sich von solcher Lehen wegen . . geburd ungeverlich.

Mit urkunnd diss briefs. Besigelt mit unnserm Kunigklichen anhanngenndem Innsigel. Geben zu **Meintz** am zweintzigisten tag des Monets Iunii. Nach Christi geburde **Viertzehennhunndert** unnd im **Vierundnewntzigstenn**. Unnserr Reiche des Romischen im Newnden, und des Hunngrischen im funfften Jarenn.

Ad Mandatum Domini Regis in Consilio.

Exterius Rta SIXTVS *Olhafen.*

CCXXXIX.

INSTRVMENTVM SOLENNE PVBLICVM, *quo* RICHARDVS . . *omnia Iura & Actiones, sibi in Regnum* Angliæ, Francorum &c. *prætense competentia, cedit* MAXIMILIANO Rom. Regi.

1495.

ex Autogr. NOS RICHARDVS *Dei gratia Anglie Francorumque Rex, Dux Eboracensis, Dominus Hibernie & Princeps Gallie; et in predictis Regnis, Ducatu, Dominio & principatu, quondam Serenissimi Principis, Domini* EDVARDI QVARTI *Regnorum predictorum Regis, Ducis & Domini Ducatus & Dominiorum unicus* FILIVS *& legitimus Heres.* Omnibus & singulis has nostras Litteras inspecturis aut audituris salutem.

Etsi

Etsi humana conditio, fortune mutabilitati subiecta, variis quatiatur ictibus, eiusdemque ceca iniuria vim suam cum infimo, tum etiam Regio, sanguini inferre consueverit; Divina tamen clementia iustissime decernens, cum omnia providentia quadam previderit, quos iniqua fortuna, aut aliena detorserint errata, tandem non deserit, sed patientie merito ad gradus dignitatum reponere, altiusque extollere consuevit.

Sane prefato Domino ac Genitore nostro, Domino EDVARDO, *Anglie & Francorum Rege*, *Duce Eboracense*, *Hibernie domino ac Gallie principe alias diem functo*, prefatisque Regnis Ducatu dominio ac principatu ad nos, tanquam heredem & successorem, legitimo iure devolutis; fortuna tamen adversa volente dicta Regna, Ducatus *Eboracensis* dominiumque *Hibernie* & principatus *Gallie* per alios occupati fuerunt, prout hodie occupati detinentur, in preiuditium & ad iniuriam nostram gravissimam;

Cumque beneficiis & munificentia Serenissimi Principis & Domini, D. MAXIMILIANI *Romanorum Regis*, Domini nostri unice dilecti, plurimum sustentemur, apudque Serenitatem suam assequende hereditatis nostre quam maxima nobis spes supersit; tamen, cum pro humane sortis fluxibilitate ante assequutionem predicte hereditatis nostre, fatalis nobis dies contingere potest; ne ergo iniustis detentoribus & occupatoribus admisse iniurie gravis conscientie stimulus prosit, nobisque grati desint successores; Quare ob ingentem beneficentiam a Serenissimo Domino nostro MAXIMILIANO Romanorumque Rege susceptam, & etiam quia Maiestas sua pro se, & Illustrissimo Domino PHILIPPO Archiduce filio suo, nec non aliis suis heredibus, per alias Litteras suas in debita forma expeditas liberaliter nobis, & Liberis nostris masculis ex legitimo matrimonio procreatis cessit, transtulit, remisit & donavit quicquid iuris & Actionis ipsis, seu cuilibet ipsorum tamquam veris heredibus Domus *Lancastrie*, & ab eadem descendentibus, in supra dictis Regnis Dominiis & ipsorum quolibet competit & spectat, seu competere & spectare potest aut poterit in futurum

rum

rum; Et propter alias multas causas nos ad hoc moventes, magna desuper habita deliberatione, certificati prius de magnitudine Donationis infrascripte, omnia tandem Iura & Actiones nobis in Regnis *Anglie* & *Francorum*, Ducatu *Eboracensi*, Dominio *Hibernie* & principatu *Gallie*, & ad ea quovis modo vel titulo competentia vel deinceps competitura, omnibus melioribus modo via iure & causa quibus melius & efficacius id fieri potest, prefato Serenissimo Domino MAXIMILIANO Romanorum Regi pro se, & post ipsius decessum pro dicto Domino Archiduce PHILIPPO filio suo, eiusque liberis masculis legitimis, & ipsis deficientibus pro aliis liberis masculis ex legitimo matrimonio de dicto Domino Rege procreandis, sub infrascripta conditione donavimus, cessimus, in eosque transtulimus, eisdemque donamus, cedimus & transferimus per presentes; hac videlicet forma, ut, dum vitam presentem sine liberis masculis ex corpore nostro legitime natis excesserimus, aut, si Filium vel Filios masculos susceperimus, & ipsi sine filiis masculis decesserint, quod divine clementie relinquimus, ut ex tunc prefatus Serenissimus Dominus noster MAXIMILIANVS Rom. Rex, eiusque liberi masculi, *Anglie* & *Francorum* Regna, Ducatum *Eboracensem*, dominium *Hibernie* ac principatum *Gallie*, cum omnibus & singulis Dignitatibus, eminentiis, iuribus, Bonis & attinentiis ad eos spectantibus vendicare, acquirere, apprehendere, consequi & possidere possint & valeant; & esse veri perpetui legitimique Donatarii, successores, sive causam & iura a nobis habentes. Et quo magis hec nostra Donatio, cessio, translatio sive quocunque nomine censeri possit & debeat, sine dubitatione imperpetuum firma dispositione subsistat, promisimus prefato Domino nostro Seren^mo^ MAXIMILIANO Rom. Regi, stipulanti & recipienti pro se eiusque liberis, huiusmodi donationem & translationem nunquam revocare, infringere, aut contraria voluntate ei contravenire, sed ratam firmamque fore imperpetuum.

Adhibito solemni iuramento per nos tactis sacris Scripturis corporaliter prestito, de non contraveniendo, quinymo de observando omnia & singula suprascripta; et presertim de non petendo

petendo aliquam absolutionem a Sanctissimo Domino nostro Papa, vel eius successoribus a dicto iuramento, aut dispensationem a premissis, neque utendo impetratis, proprio motu quovis modo concessis. Renuntiantes omni Iuri & legum auxilio, nobis pretextu minoris etatis, lesionis, metus aut reverentie, quomodolibet competentibus; veluti vana & inania, & veritati contraria, quibus omnia supradicta, quia vere non obstant, volumus non obstare. *Datum* MECHLINIE, *nostro sub chyrographo, & proprio Sigillo.*

TYPI, *cera miniata impressi, tamque recentis adhuc, ut oculos novitate sua perstringat, hec est inscriptio:* SECRETVM SIGILLVM RICARDI QVARTI REGIS ANGLIE ET FRANCIE ET DOMINI HIBERNIE. *Scuto utitur quadripartito; Quadrans 1. & 4. exhibet Lilia Francica, 2. & 3. tres Leopardos Corona tegitur Regali, iuxta morem hodiernum clausa, cuius circulo h. i. lilii flores insistunt.* ATLANTES *habet Leones (f. Leopardos) coronatos, qui plumas Struthionis in altum protensas tenent.*

Et pro ampliore omnium premissorum verificationis attestatione celebratus fuit huiuscemodi spontanee Donationis actus coram subscripto Notario, in presentia Reverendissimi in Christo Patris ac Illustrissimi Principis Domini BERTHOLDI Archiepiscopi *Moguntini*, S. R. I. Electoris; nec non Illustrissime Domine MARGARETE de ANGLIA, Ducis *Burgundie Brabantie* &c. quondam nobilis memorie Ducis KAROLI Relicte; advocatis etiam Dnis, LADRONE de *Ghevara* & THOMA de *Planies* * Militibus & Consiliariis Excellentissimi Principis prefati Domini Archiducis PHILIPPI, testibus requisitis & rogatis. Die vicesima quarta mensis Ianuarii, Anno a nativitate Christi *Millesimo Quadringentesimo nonagesimo quinto.*

** Cum signo abbrev.*

RYCHARDVS ANGLETERRE
manu propria.

Et quoniam ego FRANCISCVS de BVSLEIDEN Decretorum Doctor, Prepositus *Leodiensis*, Imperiali auctoritate Notarius † premissis omnibus, cum prenominatis Principibus & testibus interfui, eaque, veluti prescribuntur, omnia & singula sic fieri vidi & audivi;

in veritatis robur, ab eodem *Illustrissimo Principe Domino* RICHARDO principali rogatus, has propria manu scripsi, & solito chyrographo, die & anno quibus supra, subnotavi.

F. *Busleiden.*

† *Ad summos idem emersit honores, factus* 1498 AEpiscopus Bisuntinus, *porro* Philippi [*cui in Hispan. proficiscenti comitem se iunxerat*] *commendatione*, Cardinalis.

HÜBNER Kurtze Fragen P. 8. p. 348. *Veruntamen modico sub Purpura resplendens tempore, eam cum vita deposuit* Toleti 1502. *Ipsius mortem* Petrus Martyr ANGLERIUS Ep. CCL. *ad Cardin. S.* Crucis *his transcribit verbis:*

„Est (PHILIPPUS *Archidux*) adamante adamantior, discessum (*in* „*Flandriam*) parat. Adducit etiam in medium suorum familiarium inte„ritum. Maior namque pars eorum, ex aeris a septentrione ad meridiem „mutatione, atque ex vini & ciborum varia substantia, febribus con„sumpta est. Ast illum acerrime BISONTINI ARCHIEPISCOPI, „*sui ab unguiculis nutritoris*, mors perterruit. Intra quintum namque „diem, ab initio morbi, cessit naturæ. Vivit igitur attonitus *Philippus*, „idem, ne sibi accidat, horrescit. *cet. Toleti* XII. Cal. Octobr. MDII.

Diploma dedimus, si quid unquam curiosum, Pseudo RICHARDI *illius, quem* MARGARETHA Eboracensis, EDVARDI IV. *Regis Angliæ soror*, CAROLI *Audacis, Burgundiæ Ducis Relicta (superius mentionata) pro Filio d.* R. Eduardi *ventilarat in odium* Henrici VII. *Quem tamen Hic mox detexit natum Iudæo in Christianum converso patre, vulgo* Petrum, *in diminutivo* PERKIN Waerbeck *appellatum. Ex Angliæ historia patescit, hunc* Pseudo Richardum *comparuisse in ipsa Anglia anno* 1495, *nec initio sine successu armatum, & publice a* Iacobo VI, *Rege* Scotiæ *suffultum. Nec latet quidem huius Historiæ Scriptores, commercium quoddam inter* Maximilianum *&* Richardum *intercessisse.*

Qua de re E. G. Franciscus *Baco de* Verulamio *in Hist. regni* Henrici VII. *p.* 250. „Hoc etiam ipso tempore, tam *Maxi*„*milianus* . . quam *Carolus* cœperunt a R. *Henrico* averso animo „esse.

„ esse. Alter in malam partem accipiens prohibitionem Com-
„ mercii cum Flandria, alter, Regi iam diffidens propter Fœdus
„ nuper ictum cum Italis; itaque præter auxilia aperta Ducissæ
„ Burgundiæ, quæ tamquam velis & remis contenderat, ut
„ *Perkini* conatus promoverentur, non deerant secreti quidam
„ favores a *Maximiliano* & *Carolo*; adeo, ut occultis litteris &
„ nunciis res eius Regi Scotiæ commendasse putentur.

HVIVS *vero, quod hic producitur, Diplomatis contenta, nec Anglico, nec alteri cuidam Scriptori, quantum nobis constat, in notitiam venerunt. Exitus ceterum* Perkini *nostri, sive Pseudo Regis* Richardi, *admodum fatalis fuit. Victus nempe, captus demum, omnique auxilio destitutus,* Henrici VII *iussu* 1499. *Nov. 16. vitam laqueo finivit.*

Conf. POLYD. VIRGIL. Angl. hist. *p* 581. BVCHAN. Rer. Scot. *L.* 13. *in Opp. T. I. p.* 243. LARREY H. d'Anglett. *T. I. p.* 32 *sq. p.* 60. *Et librum singularem sub titulo:* Perkin faux Duc d'Yorck sous Henri VII. R. d. A. Nouvelle historique par le Sieur La *Paix* de *Lizancour.* à *Paris* 1732. 8.

CCXL.

Apostolicarum EXECVTOR *Litterarum* [*quibus hic insertis plena habetur notitia de transmutatione Cœnobii* Bleidenstadensis *in Ecclesiam Canonicorum Secularium*] *prætensam cobibet superioritatem* WILHELMI, *Abbatis* B. M. V. Luxemb., *ceu eiusd. S. Bened. Ordinis ac Regulæ.*

1496.

[*v. p.* 807. *n.* 9. *fin.*]

IOHANNES IACOBVS Leyst *Decr. Doctor, Sedis Apostolice Prothonotarius, Decanus Ecclesie* B. Marie *ad gradus Mogunt.* & Executor ad infra scripta ab Apostolica sede specialiter deputatus.

[*Refert se ad Commissionem Papalem, seq. tenoris.*]

[CCXLI.]

1495.

ALEXANDER *Episcopus Servus Servorum* DEI, *omisso introitu.* Sane pro parte Venerabilis . . BERTOLDI AEpiscopi *Moguntini*, - - ac dilectorum filiorum ECKHARDI *Klüppel* de *Elckershausen* Abbatis, & Conventus monasterii S. *Ferrucii* in *Blydenstat* Ordinis S. *Benedicti* Mag. diocesis . . petitio continebat, quod licet Monasterium ipsum, quod dicto Archiepiscopo in spiritualibus & temporalibus subiectum est, ab eius primeva institutione decenter constructum & edificatum, ac annuis redditibus dotatum, in eoque honestus Monachorum, Prebendatorum nuncupatorum, numerus fuerit, quorum quilibet propriam habitationem & mensam tenuit, prout de presenti quilibet eorum tenet; quique etiam in eorum habitu extra monasterium parum a Sacerdotibus secularibus differunt, & a memoria hominum citra professionem regularem emittere minime consueverunt; sed solus Abbas p. t. electus — — — professionem regularem in alterius Abbatis, electioni huiusmodi interessentis, manibus tantum emittere consueverit, quemadmodum dictus *Eckhardus* Abbas post electionem de eius persona in Abbatem - - emisit; quodque etiam habitus Novitiorum, sicuti in aliis Monasteriis sancti Ord. *Benedicti* observatur, cuiquam dari non consueverit; sed vacante monachali portione dicti monasterii, *prebenda* nuncupata, per obitum unius ex Monachis, Abbas & Conventus ad petitionem Nobilium earundem partium, eandem portionem seu prebendam Clerico seculari contulerunt, qui solutis statutis pro admissione fieri solitis, & effluxis aliquot annis post collationem sibi factam, habitum gestari solitum sine ceremoniis solus induerit, & se tonsurari fecerit; ac tandem, tanquam d. monasterii Prebendatus, ad sacros ordines sine ulla professione regulari promoveri consueverit, atque de fructibus portionis seu prebende sue, quemadmodum Secularis sacerdos vixerit, ita quod Regularis observantia in d. monasterio hactenus minime viguerit;

Causan-

Causantibus tamen nonnullis perturbationem & molestationem dictis Abbati & Conventui per nonnullos Nobiles & plebeios illarum partium illatis, qui plerumque . . monasterium, cum eorum complicibus adeo gravarunt, & indies nituntur gravare, quod preter *Eckhardum* solum Abbatem, quinque Monachi prebendati, & duo Accoliti etiam prebendati in d. monasterio in presentiarum morantur & resident, qui & in Bonis ac iuribus & iurisdictionibus suis temporalibus plurimum diminuti sunt; timentque, in futurum plus gravari & diminui posse, adeo quod cultum divinum - - sufficienter peragere, ac monasterium ipsum in debita structura tenere non posse formidant.

Verum ut eadem petitio subiungebat, si Monasterium ipsum, in quo propter concursum Nobilium, & aliorum qui indies ad illud confluunt, regularis observantia institui & observari verisimiliter nunquam poterit, suppressis & extinctis penitus in eo Abbatiali dignitate & Ordine huiusmodi ac officiis, in Secularem & Collegiatam Ecclesiam erigeretur - - -, profecto ex hoc Statui & indemnitati d. monasterii oportune consuleretur, Divinusque cultus inibi - - - non modicum susciperet incrementum, & Fidelium devotio, ad ipsam tunc erectam Ecclesiam confluentium non parum augeretur, - - - ac, Dignitates Canonicatus & Prebendas nec non Vicarias huiusmodi obtinentes, melius & commodius, quam pauci Monachi, necessitatibus ipsius sic erecte ecclesie subvenire, illiusque privilegia & bona ab adversantium calumniis & insultibus tutius defendere possent;

Quare pro parte AEpiscopi, nec non Abbatis & Conventus predictorum, asserentium, Monasterium ipsum alia via a gravaminibus & molestationibus liberari non posse, nobis fuit humiliter supplicatum, ut in d. monasterio Abbatialem dignitatem, Prioratum & monachalem statum, conventualitatem ac Ordinem huiusmodi, perpetuo penitus supprimere & extinguere; ipsumque monast. in Secularem & Collegiatam ecclesiam - - - erigere, nec non ECKHARDVM Abbatem, PHILIPPVM *Hilchin* Priorem, SIFRIDVM de *Irmtraut*, FRIDERICVM *Donner* de *Larheim*, ALEXIVM de *Trabe*, ADAMVM de *Schonborn*, monachos: WILDERICVM *Hilchin* de *Lorch* & WENDELINVM

de *Vilbel* Accolitos prebendatos - - ab ipsius monasterii religione, & eius habitus gestatione, ac statu Monachali absolvere, & in Clericos sive Canonicos seculares creare & recipere - -, ac *quatuor* Dignitates - - - -, *Octo* Canonicatus & prebendas, cum *decem* Vicariis perpetuis instituere - - - dignaremur.

Nos igitur, qui in Ecclesiis singulis divinum augeri cultum, illarumque bona a noxiis preservari & manuteneri - - intensis desideriis affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati - - -, Nomen ac titulum, nec non Abbatialem dignitatem, Prioratum, Conventualitatemque & Ordinem, ac omnia alia & singula in d. monasterio officia, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo penitus supprimimus & extinguimus; ac ad laudem omnipotentis DEI, - - - monast. ipsum in secularem & Collegiatam ecclesiam - - ad instar aliarum . . Collegiatarum secularium civitatis *Moguntine;* ac in ipsa Ecclesia quatuor Dignitates, quarum una sine cura, *Prepositura* que inibi principalis existat, secunda *Decanatus*, tertia *Scolasteria*, & quarta *Cantoria* appellentur, quodque PREPOSITVS ut Caput inibi existat, & - - - ceteris presit & primarium locum obtineat, DECANVS vero secundum locum obtineat, ac curam Animarum, coercitionem & correctionem - - - habeat. SCOLASTICVS autem organum Capituli esse debeat, & CANTOR in summis Festivitatibus in medio Choro cum suo capellano cantum teneat, - - - nec non VIII. Canonicatus & totidem prebendas pro octo Canonicis - - -, nec non X. perpetuas sine Cura Vicarias pro decem perpetuis Vicariis - - - erigimus; ac ECKHARDVM olim Abbatem - - -, & . . Monachos . . a delatione habitus - - -, ac statu monachali, tribus substantialibus Votis firmis remanentibus si qua emiserint; etiam ab omnibus iuramentis - - - penitus & omnino absolvimus; ac deinceps cum ipsis, ut in habitu Secularium clericorum incedere - -, illique se omnibus conformare - - - - -, dispensamus. (*)

(*) *Quantopere hac metamorphosis displicuerit Abbati* TRITHEMIO, sequentibus in Chron. Hirsaug. notavit ille verbis:

„His etiam temporibus Eckardus Abbas et Monachi S. Ferrucii „in Bleidenstatt, Ordinis nostri, - - dispensatione Romani „Pon-

„Pontificis Alexandri falsis narrationibus impetrata, a sancta „Religione Monastica recesserunt, votum Deo factum simul et „ordinem cum habitu abiicientes, nullam translationis suæ „causam habentes aliam, quam omnino depravatam sceleribus „voluntatem, et odium pertinax disciplinæ regularis, facti ex „Monachis dissolutis Clerici, quales ex similibus fieri solent „semet ipsis turpiores. Si æthiops lavando fit albus, et Apo-„stata Monachus erit Canonicus bonus. Chron. Hirsaug. *T. II. p.* 570. ad *A. MCCCCXCVIII.*

Preterea ut circa Habitum - - - p. t. in dicta Ecclesia modus conveniens & honestus observetur - - -, ordinamus, quod in habitu superpelliceorum & almutiorum, & capparum, & aliis moribus & ritibus maioris Eccl. *Mog.* in Divinis se conformare debeant & teneantur; quodque nullus in Prelatum vel Canonicum - - - assumi, aut habilis censeri possit, *nisi ex utroque parente de militari genere procreatus* - - - - - Et insuper, quod infeudatio Vasallorum & subditorum - -, ac receptio subditorum - - -, nec non collatio, provisio, & omnimoda dispositio Parochialium ecclesiarum, & aliorum Beneficiorum - - - que olim ad collationem Abbatis & Conventus - - spectabant, nunc ad Prepositum duntaxat, Canonicatuum vero - - ac singularum Vicariarum ad Decanum & Capitulum simul: Electio vero PREPOSITI ad Capitulum: & eius confirmatio ad AEpiscopum *Moguntinum* - - -; DECANI vero, SCOLASTICI & CANTORIS electiones, hac prima vice duntaxat excepta, ad Prepositum & Capitulum, & eorum confirmationes - - - ad Prepositum - - perpetuo pertineant. — — — —

Et si contingat, quod Bona feudalia . . ad eandem Ecclesiam devolvantur; quod - - nulli alteri conferantur, neque aliquis de illis investiatur; sed quod pro una ad *Prepositum*, & pro reliquis duabus partibus sive portionibus ad *Decanum, Scolasticum, Cantorem* & *Canonicos* - - devoluta esse censeantur, ita ut . . fructus - - - inde provenientes pro rata sua hinc inde percipere libere & licite possint & debeant, iisdem auctoritate & scientia decernimus. - - -

Et

Et insuper - - - - Prepofituram - - pred. ECKHARDO, Decanatum PHILIPPO, Scolafteriam SIFRIDO, Cantoriam vero FRIDERICO . ., & cuilibet eorundem - - unum ex . . VIII. Canonicatibus & unam ex Prebendis - - - obtinendam; fingulis vero ex *Alexio*, *Adamo*, *Wilderico* & *Wendelino*, & *Andrea Klüppel* - - fingulos alios quinque Canonicatus & prebendas: nec non fingulis ex IOHANNE *Huttich*, IOHANNE *Forft*, IOHANNE de *Hagenberg*, IOHANNE *Hayn*, IOHANNE *Piftoris*, IOHANNE *Fliether*, NICOLAO *Raforis*, TILMANNO *Carnificis*, IOHANNE *Beftenheyt*, & PETRO *Sculteti* . . fingula perpetua beneficia, *Vicarias* nuncupata, - - - conferimus, & de illis etiam providemus.

Et ne in eadem Ecclefia perfone diverfi habitus fortientur, *Eckhardo* olim Abbati, quod Prepofituram, & Philippo quod Decanatum - - - prefentium vigore recipere, & titulum quoad vixerint retinere, & tam in Choro quam Capitulo - - -, excepto fcapulari, fub habitu Clericis fecularibus convenienti, fervata tamen alias profeffione regulari, fi quam emiferint, incedere libere & licite poffint & valeant, - - - concedimus, & cum eisdem difpenfamus.

Quocirca cupientes, ut prefentium Litterarum * votivus fuccedat effectus, - - - Epifcopo *Wormatienfi*, & . . . B. *Marie* ad gradus *Mogunt.* & S. *Florini Confluentie* - - Decanis - - - [*Commiffio predicta exequendi, & poffeffionem dandi.*]

* DATÆ *funt* Romæ, MCCCCXCV. *quarto Idus Ianuarii, pontificatus tertio.*

Harum fiquidem - - Litterarum Apoftolicarum vigore expofito nobis pro parte prefatorum . . ECKARDI *Klüppel* Prepofiti - - & totius Capituli Collegiate ecclefie S. *Ferrutii* in *Blidenftat* - -, quod licet prefatus Sanctiffimus Dominus nofter - - - [*relative ad præinferta*] Nichilominus tamen quidam WILHELMVS, Monafterii B. M. V. *Luxemburgenfis*, Ordinis S. *Benedicti Trever.* dioc. affertus Abbas, & iam dicti monafterii ac Ordinis in fpiritualibus & temporalibus Reformator, Vifitator, Corrector ac Iudex pretenfus, fub temerario aufu

auſu contra prelibatos Dominos *Eckhardum* Prepoſitum, *Philippum* Decanum & Capitulum, ſuam pretenſam iurisdictionem ac ſuperioritatem, quam tamen revera non habeat, in eosdem - -, ac alios, olim Monachos nunc vero Canonicos - -, de facto - - exercere, & tales quales Proceſſus contra ipſos inſtituere & decernere, ſua preſumptuoſa temeritate attemptaverit & attemptet, pretactas Litteras Apoſtolicas & in eisdem contenta infringendo, ac eisdem contraeundo in Sedis Apoſt. contemptum, prefatorum Dnor. — preiudicium & - - iniuriam; fuerimusque propterea requiſiti, - - quatenus ſibi in premiſſis - - efficaci defenſionis auxilio aſſiſtere dignaremur; Nos igitur IOHANNES IACOBVS - - * Executor - - - attendens, requiſitionem huiusmodi fore iuſtam, (*&c.*) * *

* NB. *Idem ipſe ad negotium hocce promovendum,* Romam *fuerat miſſus.*

* * *Inhibet, ne quispiam contra hanc ſuppreſſionem & extinctionem aliquid præſumat &c. id declarans pro invalido atque nullo.*

Actum Anno Domini MCCCCLXXXXVI, die XIV. menſis Martii.

CCXLII.

Qua Princeps Elector *Cœnobium FF. S.* Crucis *prope* Welſchbillich, *ſub patrocinio S.* Helenæ *noviter excitatum a* Ludolfo *de* Enſchringen, *in protectionem ſpecialem ſuſcipit.*

1495.

[*p. 806. n. 4.*]

Wir Berthold — — — — Thun kunt allen den, die dieſen .. Brieff ſehen oder hören werden, und bekennen, daſ wir, als Churfürſt des H. Reichs, unnd annemige getruwe Dienſt, die uns u. unſerm Stifft gethan hat, und hinfür thun mag u. will, der Wirdige, Hochgelert, U. L. A. Meiſter Ludolf von Enſchringen, beyder Rechten Doctor, Probſt S. Simeons Kir-

Kirchen bynnen **Trier**, und des H. **Creutz** buyssent - - - **Mentz**; auch uß sunderlicher Gotlicher liebde, andacht und neygunge, unser frien guten warlichen Willen u. Consens gegeben haben, und geben zu allen u. yeglichen Privilegien, Freyheiten, Gnaden u. Gaben, so von Römischen Bäbsten, Keysern u. Königen, Ertzbischoven, Bischoven, Fürsten, Graven, Freyen, Herrn, Prelaten, Collegien, Gemeinden, oder andern, S. **Helenen Closter** bey **Welschbillich**, zum **Spital** genant, des H. **Creutz** ordens Trierisch Aresems, von dem obgenanten Dr. **Ludolf** gestifft, desselben Closters Priorn und Convent, iren nachkomen Brüder, . . Luten, Gütern, Gülten, Renthen, Rechten oder Zugehörungen, zu sunder oder gemein gegeben oder bescheen weren, oder würden; bekräfftigen auch **die**, - - - -. Und nemen die obgeschrieben **Prior** und Convent - - - - in unser - - - Schutz, Schirm u. Versprechen. **Ernstlich** gebietend unsern Amptluten, Vitzthum, Pflegern, Dienern, verwanten u. underthan, daß sie bey unser ungnade obgedachtes Closter bey - - - getrulich hanthaben u. lassen.

Zu urkund (*&c.*) Geben zu **Worms**, uff Mitwoch nach *29. Iulii.* S. **Jacobs des H. Apostels** tag. Anno Domini MCCCCLXXXXV.

PARERGUM.

APOCHA, qua Philippus Princ. Anhalt. testatur, sibi satisfactum a Bertoldo ratione caballi, in via deperditi, cum a R. R. & Conventu Wormat. legaretur ad Helvetos.

WIr Philips v. G. G. Fürst zu **Anhalt**, Grave zu Aschkanien, und Herre zu Berneburg bekennen offentlich, daß der Erwirdigst in GOt Vater, Her **Bertold** Ertzb. zu M. u. Churfurst, . . . uns Sechzig Gulden Reynisch fur ein Pferd, das wir auf der Reyß, darinnen wir iüngst von wegen Röm. Kön. Maiestät und der gemeinen Versamlung des gehalten Tags zu **Worms** zu den **Eydgenossen** geschickt gewest seind, verderbt haben, itz gütlich uffgericht u. bezalt hat. Solicher Sum . . sagen wir Sein Lieb von wegen Königl. M. u. gantzer Versamlung quidt ledig u. loß. (*rc.*) Geben zu **Worms** am Montag nach Jacobi Ap. 1495.

CCLXIII.

CCXLIII.

Ad *exequendum ea, queis* Archidux *sese obstrinxit* Alberto *D.* Saxoniæ *in transactione* Lindaviensi, Bertoldus *delegat* Ottonem *de* Langen.

1496.

[*Add. Litera credent. p. 808. cc. med.*]

BERTHOLDVS — — — — Omnibus & singulis presentes . . Litteras inspecturis notum facimus, Cum Serenissimi Principis & Domini, D. MAXIMILIANI Romanorum Regis iussu, ac etiam voluntate Illustrissimorum Principum & Dominorum, Dni PHILIPPI *Archiducis* AVSTRIE, *Burgundie Brabantie Lutzenburgie &c. Ducis, Comitis Flandrie, Tyrolis &c.* deindeque Domini ALBERTI, Ducis SAXONIE, *Lantgravii Thuringie & Marchionis Misnie* Compositionem, pretextu certorum debitorum inter Dominos & Principes prefatos, post multos habitos tractatus tandem ad conclusionem perduxerimus, prout capitula dicte compositionis & concordie, in Litteris & munimentis desuper confectis, & prefate Regie Maiestatis nostroque Sigillo sigillatis plenius continetur, quarum Data est in opido *Lindau* die XVIII. Novembris - - 1496; Cumque inter alia dicte Compositionis & conventionis continetur, ut possessio certorum Locorum, cum suis obventionibus, vectigalibus seu theloneis per prefatum D. Archiducem *Philippum* nobis, Capituloque nostro tradi debeant, huiusmodi conditionibus & pactis tenenda, ut in casibus more, sive neglecte solutionis, dicto D. Duci *Alberto* eiusque heredibus & Instrumentorum possessoribus fiende, possessionem eorundem locorum eidem Duci *Alberto*, heredibus eius, aut - - possessoribus tradamus, una cum Litteris venditionis per dictum . . Archiducem . . facte de summa annua *octo millium sexcentorum quinquaginta trium florenorum Renensium & XXII stufferorum*; omnia iuxta vim & formam litterarum predictarum;

Nos ergo officium, iuſſu Sereniſſimi . . Rom. Regis Domini noſtri, ac etiam Principum prefatorum ad inſtantiam aſſumptum, pro bono concordie & compoſitionis volentes proſequi, pro nunc tamen Reipublice Regalium perceptorum cauſa perſonaliter intendere non valentes; quare pro executione eorum que nobis circa premiſſa nunc facienda incumbunt, Honorabilem, devotum fidelem, & Conſiliarium noſtrum nobis dilectum, OTTONEM de *Langen*, Eccleſie . . *Moguntine* Canonicum, & ad premiſſa vice ac nomine noſtro exequenda Procuratorem & mandatarium noſtrum - - tenore preſentium conſtituimus & ordinamus. Dantes eidem poteſtatem, - - - omnia & ſingula, nobis circa premiſſa incumbentia exequendi, poſſeſſionem accipiendi, ingrediendi & tenendi, ac Litteras & inſtrumenta venditionis predicte tradendas acceptandi, & nobis preſentandi; aliaque - - - faciendi, ſine quibus predicta expediri non poſſunt, queque fuerint pro negotii confirmatione neceſſaria ſive oportuna.

Date in Oppido *Lindau*, ſub Secreto noſtro preſentibus appenſo. Die XX. Novembris, Anno a nativitate Domini MCCCCLXXXXVI.

CCXLIV.

Documentum reſuſcitatæ FRATERNITATIS *S.* MARTINI; *una cum inſertis ipſius AEpiſcopi* BERTOLDI *litteris.*

1498. 1496. * 1497.

[* *p. 807. n. 4.*]

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI AMEN.

Quoniam IACOBVS in ſua Canonica nos admonet, dicens *Orate pro invicem ut ſalvemini, multum etenim valet deprecatio Iuſti aſſidua.* Et alibi verba beati Apoſtoli habentur, hec videlicet, *Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, receptu-*

recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum. Proinde oportebit nos diem messionis extreme, misericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu in terris seminare, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis. - - - Qui parce etenim seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam eternam.

Hinc Reverendissimus in Christo Pater, Illustris Princeps & Dominus, D. BERTHOLDVS, ex familia Illustrium *de Hennebergk* natus, S. Sedis *Maguntine* Archiepiscopus, S.R.I. per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector, ac *sancte Sedis Apostolice Legatus natus*, premissa iugi meditatione sepius animo revolvens, laudabilem sanctamque *Fraternitatem* S. MARTINI, insignis Ecclesie Maguntine Patroni, alias per felicis record. GERHARDVM, sue R^me^ Paternitatis in archipresulatu dicte Sedis predecessorem institutam, * innovavit, Indulgentias concessit, nec non pro Nobilibus, deque militari genere ex quatuor Avis suis procreatis, ad honorem & gloriam Summe & individue Trinitatis, beatissime Virginis Marie genitricis D. N. I. C. omniumque Civium supernorum, & presertim prefati S. *Martini* novam Fraternitatem, vulgariter Gesellschafft der Ritterschafft appellatam, certis statutis modo & forma, ad perpetuam rei memoriam instituit, Venerabilium Nobiliumque & Generosorum Dominorum, IACOBI de *Liebenstein* in Decretis Licentiati, Decani, & RVPERTI, ex Comitibus *de* SOLMS, Custodis, totiusque Capituli Ecclesie *Magunt.* predicte consensu expresso interveniente, iuxta binarum desuper confectarum inferius registratarum Litterarum tenores; Volens prefatus Reverendissimus - - -, ut Fratres de militari genere, extrinsecus quoddam Signum interioris affectionis & amoris representativum, inferius apud litteram de eadem fraternitate depictum, in pectoribus eorum deferant. Volens etiam omnium & singulorum Fratrum & Sororum nomina & cognomina, ordine quodam, Ecclesiasticis secularibus personis antepositis, presenti Registro inseri & describi. Actum Anno a nativitate Domini MCCCCLXXXXVII.

* *an.* 1194. *v. T. I p.* 879.

„ Tenores Litterarum de quibus facta est mentio - -, „ sequuntur, & sunt tales.

[CCXLV.]

1496.

BERTHOLDVS — — — — Venerabilibus - - - nobis in Christo dilectis - - - Fratribus - - - salutem in Domino sempiternam. Pro parte vestra expositum nobis extitit, quod licet d. Fraternitas per *b. m.* GERHARDVM - - Archiepiscopum, cum deputatione Indulgentiarum XL. dierum pro animarum salute laudabiliter cepta fuerit. & sit instituta, posteaque pro eiusdem conservatione quedam Ordinationes edite, eedem tamen in certis capitulis sint & fuerint Fratribus tam difficiles & onerose, ita ut eos ab ipsius Fraternitatis affectione retrahant, aliasque Personas, ne se recipi faciant, absterreant; ac propterea, nisi huiusmodi ordinationes mitigentur, inque modum personis tolerabilem reformentur, eandem Fratern. cum tempore defecturam verisimiliter suspicemini; nobisque, quatenus huiusmodi ordinationes in modum & statum congruentem & tolerabilem reformaremus, ac alias in premissis oportuno provideremus remedio, supplicari fecistis.

Nos . . vestris laudabilibus votis inclinati, revolventes etiam animo, quam sanctum, quamque salubre sit pro invicem orare, quodque assumptione huius fraternitatis quisque perpetuos, etiam post mortem, sibi apud DEVM . . pro anima sua constituisse videatur intercessores; et propterea rem tam sanctam, & tam vivis quam defunctis salutarem, quinymmo animarum ipsorum defunctorum singularem consolationem, non deficere, sed magis, veluti divinam late propagari affectantes, habito desuper cum - - - Decano & Capitulo - - - tractatu, deque eorundem consensu & consilio, memoratas antiquas ordinationes onerosas resecando; sequentes novas pro incremento & conservatione pretacte Fraternitatis, quibus inantea utamini, edidimus . .

IN

In primis itaque ordinamus, quod ad hanc Fratern. recipi possint Clerici, & utriusque sexus Laici, laudabilis vite & conversationis.

Item Clericus in Ecclesia *Moguntina* beneficiatus ad eandem . . recipiendus, pro eiusdem conservatione - - *tres flor.* contribuet; preterea unam libram cere, & *anglicum* pro Fraternitatis famulo & nuncio. In eventum autem, quo eundem Clericum, beneficium quod in ecclesia *Mog.* possidet, simpliciter, vel ex causa permutationis dimittere, seu idem beneficium ab eodem evinci contingeret; si inantea . . Fraternitatis commoditatibus gaudere, atque in eadem numerari voluerit, *quatuor* alios *flor.* superaddet.

Item aliarum ecclesiarum Clerici, quicunque etiam Laici, ad d. Fraternitatem recipi, eademque gaudere volentes, - - - - quilibet *septem flor.* solvet & contribuet, preterea libram cere, & unum *anglicum*, - - nuncio & famulo.

Item volumus & ordinamus, quod inantea quilibet in . . ecclesia *Mog.* in Prelatum, Canonicum, Vicarium vel Altaristam recipiendus, - - - fraternitatem - - acceptet.

Item quod eadem Fraternitas in anno sexies, videlicet qualibet sexta feria *Quatuor temporum*, & duabus sextis feriis in duabus hebdomadis *Ieiuniorum bannitorum*, si Festum aliquod non impediat, alioquin die aliquo convenienti propinquo, cum decantatione Missarum, Fratribus presentibus celebretur. Quarum Missarum *prima* de S. Martino *Patrono*, post Penthecosten, II. *Salva sancta parens* de *B. Virgine*, III. *Salus populi* pro Vivis, IVta pro Defunctis. V. de S. Trinitate. VI. *Si iniquitates* pro peccatis.

Item Magister fraternitatis . . Nomina Confratrum, tam Vivorum quam Mortuorum, Plebano Ecclesie *Moguntine* conscripta presentabit; qui, eosdem commendando populo, simul diem celebrationis Misse fraternit. & concessas Indulgentias de ambone publicabit. Occasione cuius Magister . . singulis sex temporibus predictis eidem plebano unum *thuronum* prestabit. — — —

Item

ITEM - - ordinamus, quod Fratres . . decantationi . . Misse intersint, & offerant. Quibus peracto Misse officio Magister . . panem & vinum, more hactenus observato distribuet. Quod si Fratrum vel Sororum aliquis vel aliqua, adversa valetudine forte detineretur, oblationem ad Altare transmittat; alioquin vino & pane fratribus eo tempore distribui solitis careat; quibus etiam absentes extra *Moguntiam* FF. & SS. carere volumus.

EIUSDEM, *adversus Concubinarios.*

1511.

[p. 821. n. 20.]

VRIEL - - - - Venerabili nostro in Spiritualibus Vicario, ac omnibus & singulis aliis nostris Iudicibus generalibus Statutorum provincialium executoribus, atque Commissariis nostris generalibus quibuscunque per Civitatem & diocesim nostras *Mogunt.* ubilibet constitutis salutem in Domino.

Etsi non solum SS. Patrum institutis, sed etiam nostris synodalibus constitutionibus salubriter caveatur, ne Clerici aut Sacerdotes, in Domini sortem electi, Concubinas, aut alias suspectas de incontinentia apud se detineant personas; His tamen minime attentis sunt nonnulli, proprii honoris & fame prodigi, qui huiusmodi impudicas mulieres, & quandoque cum prolibus, palam & notorie, in dehonestationem totius ordinis Clericalis apud se detinent, nutriunt & fovent: quantum id sacris Canonibus, viteque & honestati Clericorum sit contrarium, nemo sane mentis ignorat.

Cum autem ad archipresulatus apicem superna simus dispositione provecti, libenter in votis gerimus, sicut ex nostro pastorali officio obligamur, ut status sacerdotalis, nostris temporibus maxime, a carnalibus inquinamentis arceatur, continentior sanctiorque reddatur, ne, ut plerumque fit, illud nobis inproperetur, DEI ministris dissimulanter concedi, quod ir. Laicis quidem admittitur. Vnde vobis omnibus & singulis districte mandamus, quatenus de Sacerdotibus concubinariis & fornicariis diligenter inquiratis, eosdemque inventos legitime moneatis sub Censurarum comminatione, Concubinas, aut alias de incontinentia suspectas feminas (quas Iura non admittunt) a se infra certum tempus, per vos moderandum, removeant,

moveant, ab eisque remotis abſtineant omnino. Si qui vero fuerint, huiusmodi veſtris monitis inobedientes, aut contumaces reperti, volumus per vos & quemlibet veſtrum contra tales, prout moris eſt, procedi, omni impedimento & mora ceſſantibus.

Date *Aſchaffenburgi* ſub Secreto noſtro. Die prima menſis Ianuarii Anno - - MDXI.

CCLXXVII.

Reſcribit ad petitionem Civitatis Mühlhauſen, vt Funera, morte licet ſubitanea decedentium, eccleſiaſtica ſepulturæ absque ulla exactione, ſalvis Stolæ iuribus, tradantur.

1511.

[p. 511. n. 11.]

ORIEL - - - - circumſpectis Magiſtris Civium, & Conſulibus opidi imperialis *Mühlhuſen* noſtre dioc. ſalutem in Domino. Non inferiorem ſollicitudinis noſtre partem exequi videmur, dum ſubditorum noſtrorum commodis ſine uniuscuiusque preiudicio conſulimus.

Sane pro parte veſtra nobis ſignificatum extitit, nonnullos Chriſti fideles, dicti Opidi utriusque ſexus incolas, inibi ſubitanea ſeu repentina morte, quam plures etiam inopinate ac alias caſualiter, Altiſſimo diſponente, ac preterea propria incuria vitam cum morte quandoque commutare; quorum funera Divinorum Rectores eccleſiaſtice ſepulture, ſeu humo tradi quandoque recuſent, in preiudicium eorundem mortuorum, ac incolarum eiusdem Opidi non modicum terrorem. Vnde fuit nobis humiliter ſupplicatum, quatenus circa ea paterne conſulere dignaremur.

Iuſte ergo huic petitioni, quantum poſſumus, annuere volentes, Plebanis & divinorum Rectoribus dicti opidi *Miiblbuſen*, ut Chriſticolarum cadavera modo premiſſo decedentium ſine aliqua exactione (iuribus parochialibus, funeralibus ſcilicet, exceptis) eccleſiaſtice ſepulture tradi faciant, preſentium tenore plenam concedimus auctoritatem & facultatem. Conſtituto tamen, quod ſic morientes in fide orthodoxa deceſſerint, & peccatorum contritio, aut evidentia penitentie ſigna in eis apparuerint; ac ad minus ſemel in anno confeſſi fuerint euchariſtieque ſacramentum perceperint, & excommunicati non fuerint; nec aliud canonicum obſiſtat. Super quibus omnibus & ſingulis dictorum Plebanorum & divinorum Rectorum conſcientiam oneramus. Preſentibus hinc ad decem annos duntaxat, & non ultra duraturis.

Datum *Miltenberg* die ſeptima Ianuarii Anno Domini MDXI.

CCLXXVIII.

HEBRAEVM Beyfus *medicum, denominat Rabby, ſeu Correctorem utriusque ſexus Iudaici per univerſam provinciam* Mogunt. *Tribuens eidem ſalvum conductum una cum ampliſſima exemptione a Vectigalibus.*

1513.

[*p. 822. ante n. 5.*]

Wir URIEL v. G. G. des H. Stuls zu Mentz Ertzbiſchove, des H. R. R. durch Germanien Ertzcantzler und Churfürſt. Bekennen u. thun kundt offentlich mit dieſem Brief, daſ wir aus guten redlichen Urſachen, und ſonderlich, damit die Judenſchafft, unter u. in unſerm Criſam und Stifft wonendt, ſo weit der reicht, in beſſer reformation u. ordnunge

ordnunge dann bisher beschehen, leben mögen, Beyfusen Juden artzt zum Rabi, Hofmeister und Corrigirern aller und yeder Juden, beyd Mann u. Frauen, in unserm . . Stifft - - - wonendt oder gesessen, bis uff unser widerruffen ufgenomen, geordnet und gesatzt haben - - -, also, das gemelter Beyfus von uns als dem Ertzbischove . . zu Mentz volkommen macht u. Gewalt haben soll — — —, alle u. yede Juden - - - - zu visitiren, zu examiniren, umb ire Excess und übertretunge nach irem Gesatz zu corrigiren, zu straffen, zu bussen ꝛc. nach irer iudischer ordnunge Recht zu sprechen, Vermehlunge zu machen und die wider abe zu thun; auch alle Juden wie obsteet zu penen - - u. zu bannen, wie sich das - - - gepürt u. eygnet. Und sunst alles das zu thun, das iudische Rabi u. Hofmeister zu thun - - - fug oder Recht haben, alles ungeverlich.

Auch soll der gemelt Beyfus - - - seine anwesenlich wonunge nirgent anders wo, dan in unserm Stifft und zu Weissenawe haben; doch uff wucher oder Schaden unsern underthanen nichts leyhen, oder von inen kauffen. Auch unser frey sicherheit u. Geleidt durch unser Fürstenthum, Landt und Gepiete zu wasser u. zu landt, nach seiner notdurfft zu webern u. zu wandern haben, one einiche Zoll, geleithsgelt u. andere beschwerunge; der Er, unser und der unsern halber, gantz frey und unbeschwert sein soll in allen unsern Schlossen, Stetten, Flecken, Landen u. Gepieten. *Weissenavia domicilium figere tenetur. Mutuo non dabit pecuniam.*

Es soll auch dem gem. Rabi und Hofmeister Leib Hab u. Güter - - - nymants bekomern, ufhalten, greiffen oder fhahen, mit noch one Gericht oder Recht, Geistlich oder weltlich. Sonder wer zu ime zu sprechen vermeint, der soll solichs vor uns, oder unserm Vitzthumb - - - suchen - -, und nirgent anderwo; wan wir den gem. Juden sein Leib Hab und Gut in unsern - - - sondern Schutz, Schirm u. Verspruch genommen u. entpfangen haben. - - - . Der gemelt Beyfus Jude hat auch hierüber gelobt u. geswörn, solich sein Rabi und hofmeister-ambt nach seiner *Coram Vicedomino Mog. conveniendus.* *Iuram. fidelitatis praestitum.*

iudischen ordnunge u. gesatz getrewlich u. uffrichtichlich außzurichten u. zu halten sonder alle Geverde. Und wan wir den gem. Beysus Juden in unserm Stifft nit lenger leiden oder gedulten wollen, das sollen wir **ime** einen Monat zuvor verkhunden; sich darnach mit seinen Hab u. Gütern zu richten haben möge.

Dimissio tempestive insinuanda.

Gebieten demnach allen u. yeden unsern Vitzthumben, Amptleuthen, Pflegern, Zentgraven, Schultheisen, Richtern, Schöpffen u. Gerichten geistlichen und weltlichen; Burgermeistern, Räthen, Communen; auch Zollschreibern, Zöllern, und allen anderen unseren Underthanen u. verwanten, bey den pflichten damit sie uns zugethan sein; darzu vermeydunge unser schweren ungnade, dem Juden **Rabi** u. Hofmeister dyse unser begnadigunge, Freyheit, geleidt, Schutze u. Schirm zu halten; **ine** dabey von unsern wegen pleiben zu lassen u. zu hanthaben, und darwider nit zu beschweren, durch sich selbst oder yemandts zu thun zu gestatten. Alle geverde herin außgeschlossen.

Nemo huic privilegio contravenire præsumat.

Des zu urkunde haben wir unser Insiegel an diesen Brief thun hencken. Der geben ist zu **Wormbs**, uf Dinstag nach dem Sontag *Exaudi.* MDXIII.

Data Wormatiæ.

Et *hic Princeps vix sesqui anno diutius quam Decessor ad Clavum sedit: Mortem sibimet præcipiti excandescentis animi motu accelerans. Dum nempe insolita noctis hora,* 1514. Aschaffenburgi, *Cellariorum suorum quendam e cella vinum suffurantem deprehendens, vietorio, qui forte fortuna ad manum erat, tudite, vi tanta Sontis caput percussit, ut illico corruerit extinctus. Quo facto (Annalista subdit)* Archiepiscopus „ nimio terrore perterritus, *Moguntiam* centum & quinque satellitibus festinavit. Veniens autem ad *Castell*, tertio ante „ *Hypapantes* festivitatem *, inter densissimam nebulam, glaciemque, quæ pridie resoluta erat, magno timore solus Rhenum traiecit, ceteris ea vice traiicere nolentibus. Altera autem *Dorothee* ** Archipræsul surgere volens e lecto, tactus „ fuit, mansitque sine loquela in quintam usque feriam. † Quo „ fato spiritum (*anno ætatis suæ XLV.*) reddidit, ac sequenti Do-„ minica,

* *purif. B. V.*
** *6. Febr.*
† *9. Febr.*

„ minica, quæ fuit *Septuagesima*, †† sepulturæ traditur in am- †† *11. d.*
„ bitu ecclesiæ. „

V. Epit. T. II. *p.* 907. *Add. p.* 817.

Successoris, die 9. Martii postulati, præcelsus natalium splendor, Titulique summarum, quibus in Hierarchia ecclesiastica iam tum effulsit, Dignitatum, patescunt ex seq. ipsius diplomate primordiali.

* * *

CCLXXIX.

DESVMTVM *ex Protocollo Venerabilis Cleri Secundarii* Mogunt. p. 259, *ad Annum* 1514.

DIE *vero* Sabbati, qui erat dies *Marie Magdalene*, indicta fuit convocatio - - - ad instantiam Magnifici & nobilis viri IOHANNIS *Genzaga*, Greci civis *Constantinopolitani*: in eadem gravi cum querela proposuit, cum ex *Candia* civitate Grecorum proficiscens una cum vxore, filiis, filiabus, fratre & familia, per Turcos in mari fuerint invasi & superati, ac in Turciam captivi ducti, in qua per aliquot menses tentus, & iuxta eorum leges summa quadringentorum floren. pro qualibet persona, causa redemptionis fuerit imposita. In cautionem & securitatem, Vxorem filios filias & fratrem in manibus Turcorum dimiserit; & nisi in spatio quatuor annorum summam sibi impositam apportaverit, filii & filie ad fidem Turcorum convertere se deberent, vxor & frater carnalis in perpetua sua servitute remanere. Et quia Talliam sibi gravem impositam non nisi cum Christi fidelium adiutorio & subsidio expromere possit; rogavit Clerum, quatenus manus porrigere vellent adiutrices, ne anime DEO acquisite in manus diri Pharaonis deveniant.

DOMINI aliqua deliberatione habita - - - obtulerunt eidem *Iohanni* septem florenos auri, quos Magister RICHARDVS Collector statim numeravit.

CCLXXX.

CCLXXX.

De *novella plantatione Monasterii FF. Ordinis S.* Augustini *prope* Islebiam, *Fundatore* Alberto *Comite* de Mansfeld.

1515.

[*p. 825. n. 12.*]

Albertus *D. G. sancte* Moguntine *Sedis*, *&* Magdeburgensis *Ecclesie Archiepiscopus*, *Princeps Elector*, *S. R. I. per Germaniam Archicancellarius & Primas. Administrator Halberstadensis*, Marchio Brandenb. *Stetin. Pomeran. Cassubor. Sclavorumque Dux*, *Burggravius Norimbergensis ac Rugie Princeps.* Ad perpetuam rei memoriam.

Cum inter agri Dominici cultores familia Ordinis Fratrum Heremitarum S. *Augustini* non infimum teneat locum; qui, cum in re christiana verbo & exemplo vberrimos afferant fructus, summis semper favoribus & studiis a nobis merito prosequuntur.

Sane pro parte Generosi, Alberti Comitis *in Mansfeld*, Consiliarii nostri ac fidelis nostri dilecti, oblata petitio continebat, qualiter apud se sepe numero cogitaverit pro conservatione & propagatione Religionis nostre christiane, quas summo desiderio affectaret, nihil satius conducibiliusque fore, quam Verbi Dei in ecclesiis & Monasteriis, tempore congregationis christiane plebis explanatione & expositione; Cum autem in dominio suo penuria existat ecclesiarum, & maxime Monasteriorum, quibus Evangeliorum ac sacrarum scripturarum concinnatores inhabitent, peculiari ac pio devotionis zelo secum statuerit, in honorem omnip. Dei, Genetricis eiusdem Marie ac S. Anne matris eius, nec non pro Christi fidelium animarum salute, Cenobium sive monasterium prope *Eysleben* apud ecclesiam S. *Anne*, nostre Mogunt. diocesis fundare

dare atque erigere; Fratresque Ord. *Heremitarum* S. *Augustini*, qui populo christiano & in Verbi Dei propositione ac bono exemplo preesse valeant, inibi collocare; quocirca fuit nobis pro parte sua humiliter supplicatum, quatenus id auctoritate nostra ordinaria gratiose admittere, auctoritate ac indulgentiarum elargitione atque privilegiis consuetis decorare dignaremur.

Nos igitur ALBERTVS Archiep[s] supradictus, volentes tam pio devotoque operi favorem nostrum impendere, prefato *Alberto* Comiti in *Mansfeld* - - -, ut in prementionato loco Monasterium cum altaribus & cimiterio edificari, Campanile humili campana poni, Missas inibi celebrari, verbum Dei seminari, sacramentum Eucharistie ac oleum sanctum decenter & reverenter teneri & servari facere, Claustrum, refectorium, aliasque officinas necessarias struere possit & valeat, tenore presentium concedimus ius & facultatem. Visitandi, corrigendi, ordinandi, instituendi & destituendi potestate nobis & successoribus nostris in perpetuum reservata.

Volumus etiam, ut dictum monasterium sic erigendum atque fundandum, fratresque illud inhabitantes . ., iuribus gaudeant & fori privilegio, quibus cetera monasteria in diocesi nostra *Moguntina* de iure potiuntur & gaudent. Constitutionibus & ordinationibus a predecessoribus nostris editis minime obstantibus; Nostris tamen & Ecclesie *Mogunt.* superioritatibus, aliorumque Iuribus, prefertim parochialibus - - salvis semper manentibus.

Ceterum ut Christicole ad dictum monasterium sic ut premittitur - - construendum eo devotius confluant, orationes suas devotas ibidem dicant, verbum DEI attenta aure & diligentia speciali audiant; quo sese cibo celesti uberius sentiant refectos, omnibus ac singulis Christi fidelibus vere confessis & contritis, qui annuo dedicationis festo dicti monasterii, ac singulis diebus, quibus sermo divinus inibi populo christiano proponitur, interfuerint, de omnip. DEI misericordia,

ac beatorum *P.* & *P.* Apoſtolorum, SS. *Martini* Conf. ac *Mauricii* & *Stephani* Martyrum Patronorum noſtrorum meritis confiſi, tociens quociens *C.* & *XL.* dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus appendi fecimus. Date apud Arcem S. *Martini* in civitate noſtra *Moguntina* XVIII. menſis Iunii. Anno Domini MDXV.

PARERGA.

ad Annum 1516.

a) Frobenius ab Hutten *Aulæ* Mogunt. *Marſchallus (de quo n.) 50 florenos in defalcationem 200 illorum, quos Elector* Albertus *nepoti eiusdem*, VDALRICO Hutteno, *ad abſolvenda in Academiis ſtudia promiſerat, eo tempore, quo dictus nepos in Italiam proficiſcebatur, acceptos ſubſcribit.*

Ich Frowin von Hutten Mayntziſcher Marſchall bekenne - - - als (*Albertus*) dem Veſten Ulrichen von Hutten meinem Vetter - - - zugeſagt hat, ime zu Volnfürung ſeines angefangenen Studirens in hoher Schul zwey hundert Gulden zur Steuer zu geben; Daſ demnach der Erſame Her Conrad Rucker (*Can. Aſcb.*) in abweſen des Cammerſchreibers mir an denſelben 200. fl. uff meine bitt 50. fl. gericht hat. Die ich auch furter gedachtem meinem Vetter, als er in Welſchland gezogen iſt, überliefert han ꝛc. *d. Marie Magd.*

De vita & obitu famoſi huius Equiti vid. Biographi.

b) Albertus GEORGIVM de Emershofen, *ſupremum Cæſarei Stabuli Præfectum, ſtipendio 100. fl. ſibi a Conſiliis devincit.*

„ Daſ wir den Strengen, unſern L. G. Georg von Emershofen,
„ Ritter, R. Kayſ. May. Oberſten Stallmeiſter, zu unſerm Raht
„ und

„ und Diener, die nechsten drey Jahr nachnander folgend, auff u.
„ angenommen haben ꝛc.

c) *Qui sedi* Moguntinæ *sita consiliis, quoad negotia penes Regem & Status* Bohemiæ *tractanda*, determinatur Ioannes PFLVG:
„ Herr zu Rabenstein, auff Petschau u. Königswart - - -,
„ Also daß ER uns mit dienst innerhalb der Cron zu Behem
„ gewertig: Und uns in unsern Anliegend u. Geschefften bey Königl.
„ Würd und den Stenden zu Behem getreulich raten sol ꝛc.

CCLXXXI.

Nomine tam proprio, quam GVARDIANI Ord. Minorum *Conventus* Mogunt. *ceu Collegæ sui*, ALBERTVS *vigore mandati Papalis intimat Subcommissariis, ne Gazophylacia, in Archiepiscopatu &* Moguntino *&* Magdeb. *pro custodia pecuniæ ex indulgentiis collectæ posita, reserentur, nisi coram Iacobo* FVCKER *aut eius Procuratore, Notario & testibus, æs vero in iisdem repertum (deductis prius expensis) inter S. Pontificem &* Iacobum *dividatur, conficianturque desuper tria Instrumenta publica.*

1517.

[*p. 826. n. 16.*]

WIr ALBRECHT — — — — Thun allen und iglichen unsern Subcommissarien u. iren Mitdeputirten, durch uns und unsern lieben andechtigen, den Guardian unsers Barfüser Closters in unser Statt Mentz unsern Mitcollegen in der durch unsern allerheiligsten Vatter den Bapst iüngst gegeben u. gelegten Gnade u. Ablaß in unser Ertzbistumb zu Mentz und Magdeburg und derselben Provincien gesatzt, geordent u. gemacht, zu wissen; Daß gedachter unser heiliger Vater — — uns kurtz verschiener tage ein Breve zugeschickt, und darinn uns u. unsern Subcommissarien by Pene des Banns ernstlich bevolhen hat,

einiche Truhen oder Kisten, so zu erhaltung des Ablasgelts in gemelten . . Ertzbistumben und derselben Provincien gesatzt sein, one bysein der **Fucker**, oder irer Procurator u. Bevelhaber nit zu öffnen, sonder inen zu iglicher Kisten ein Slüssel geben, und den halben teil des gefallen Ablasgelts, doch zuvor allen uncosten abgezogen, von wegen Bebstl. Heil. volgen zu lassen ꝛc. wie dan solichs Bepstlicher bevelche wyther inhelt und begrifft.

So bevelhen wir **euch** allen, sambt u. besondern, so mit diesem unserm offen brieff oder desselben glaubwirdigen copey ersucht werdet; hiemit ernstlich gepietend, und wollen, das **ir** auf ansuchen und begern des Ersamen unsers lieben besondern **Jacob Fuckers**, oder seiner volmechtigen Anwelde, **ime** oder **inen** zu einer iglichen Truhen oder Kisten darin das Ablasgelt liegend ist, ein Slüssel geben u. zustellen wollet; auch dieselben Kisten nit anders dann in irem bysein öffnen, oder etwas daruß nemen oder entpfahen; sonder dieselben Kisten, uff ire begeren, und in bysein eins glaubhafftigen Notarien u. Gezeugen uffschlysset; und nach abzug des uffgangen Costens den halben theil solicher gefelle des Ablasgelts von gemelt unsers Heil. Vatter des Bapsts, und den andern halben theil in bezalung der Summa Gelts, so wir **ime** dem **Fucker** zuthun sein, gebent, und one Eintrag volgen lasset; Und was ir also handelt, darüber wollent dry gleichförmig offen Instrument durch einen glaubhafftigen **Notarien** machen, und darin, was nach dem Abzug des Costens, so in vollenfürung u. uffrichtung solichs Ablas darauf gangen ist, überig sein wirdet, sonderlich anzeigen u. uffschreiben; und dieselben Instrumenta, eins dem **Fucker** oder seinem volmechtigen Anwalt, und die andern zwey **uns**, eigentlich u. gewislich überliebert, und dem also one alle einrede u. verhinderung mit allem vleyß, und one einiches hinder sich sehen nachkommet u. vollenziehung thut. Daran geschicht unser ernstlich Bevelhe und meinung, Bebstlicher Heiligkeit getrwte Pene in obgenantem Breve bestimpt, und unsere swere Straff u. Ungnade zu vermeyden. Und

Und des zu urkund haben wir unser Siegel zuruck des briefs thun hencken. Der geben ist zu Aschaffenburg, uff Dornstag nach dem Sontag *Exaudi.* Anno Domini MDXVII. *28. Maii.*

NB. Ablegati cum petitoriis (vulgo sic dictis) ad ecclesias vel de novo struendas, vel collapsas reparandas, olim universas fere mundi partes circumambularunt, Indulgentiarum publicatione Christi fidelium animos excitando. Vt autem negotium respectu Basilicæ S. PETRI *App. Principis in Vrbe (de quo hic agitur) eo felicius succederet, omnes aliæ id genus Collectæ, præcluso simul Indulgentiarum thesauro, a* Leone X. *per integrum suspendebantur octennium.*

CCLXXXII.

Librorum Censores constituuntur, & hæreticæ pravitatis Inquisitores.

1517.

[*p. 826. n. 17.*]

ALBERTVS — — — — Reverendo & Honorabili nobis in Christo dilecto, PAVLO Episcopo *Ascalonensi*, nostro in Pontificalibus Vicario, Decretorum: & M. IODOCO *Trutsetter*, sacre pagine Doctoribus, Canonico ecclesie B. M. V. opidi nostri *Erffordensis*, salutem in Domino sempiternam.

Humeris nostris onus impositum nos impellit, ut his que fidei Catholice sunt conformia, intendamus, & his que eidem sunt contraria, pro viribus resistamus. Cum autem experientia, que rerum magistra est, docente, ex arte Impressoria complura sub specie boni in lucem prodeunt, que fidei catholice & bonis moribus contraria sunt, saluti etiam animarum noxia, & personis, sepe dignitate etiam fulgentibus, iniuriosa; unde volentes salubri in his, ut tenemur, remedio

providere, Te *Paulum* Episcopum in nostrum ad examen Librorum & scripturarum imprimendarum Commissarium creamus & deputamus; & tam tibi *Paulo*, quam tibi *Iodoco* - - -, de quorum etate & consilii maturitate sufficienter sumus edocti, de vestris quoque legalitatibus & peritia in Domino plurimum confidimus, & cuilibet vestrum in solidum, in negotiis quarumcunque hereticarum pravitatum, per Diocesin nostram *Moguntinam* ortarum vel oriendarum, committimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas.

Vos exhortantes, vobis atque mandantes, quatenus per totam nostram diocesin contra quoscunque, cuiuscunque dignitatis, status, gradus vel preeminentie fuerint, de heretica pravitate solerter inquiratis, eamque pravitatem & eius negotia secundum eorum naturam, etiam per torturam si expedire videritis, examinetis, & secundum Iuris formam determinetis, pravitatem illam extirpetis, evellatis; ex ea quoque commaculatos corrigatis, penasque contra hereticos tam seculares quam spirituales, etiam qualiscunque fuerint status, eosque qui sub Inquisitore talis pravitatis qualitercunque iurisdictionaliter cadere possunt, de quibus etiam vobis vices nostras committimus, cuiuscunque generis vel speciei pene ipse fuerint, tam in personis quam rebus eorum infligatis, librosque & scripturas imprimendas examinetis; & quos admittendos inveneritis, admittatis & subscribatis, reiiciendosque reiiciatis & prohibeatis, et generaliter omnia & singula, que Inquisitoribus heretice pravitatis ex Iure aut Statutis provincialibus, & alias qualitercunque incumbunt, statuatis, decernatis & exerceatis; facientes quod decreveritis per Censuram ecclesiasticam aliasque penas in hac parte a sacris Canonibus latas, tam quoad personas quam etiam eorum res, iura & bona, firmiter observari; ipsumque sic per vos decretum, formis & modo per Iura qualitercunque statutis, penitus exequentes, & in effectum producentes. Si quid etiam Librorum aut scripturarum impressorum inveneritis, quod Fidei aut bonis moribus contrarium sit, aut malorum qualitercunque imminentium,

tium, hoc vendi, emi aut haberi prohibeatis; Contradictores in his aut aliis premissis per censuram Secularem, mulctamque & alia iuris remedia compescendo. Testes etiam qui necessarii sunt, qui se odio, amore, gratia vel favore subtraxerint, per censuram Ecclesiasticam - - - veritati compellatis testimonium perhibere.

Datum apud Arcem S. *Martini* - - - sub Secreto nostro. Die XVII. mensis Maii Anno . . MDXVII.

CCLXXXIII.

INSTRVM. NOTARIALE, *super pecunia in Gazophilacio* Francofurti *reperta, numerata, & transportata.** ** v. n. 281.*

1517.

[*p. 826. n. 16.*]

IN NOMINE DOMINI AMEN.

ANNO a nativitate eiusdem MDXVII, Indict. V. *ex autogr.* die vero Lune XV mensis Iunii, pontificatus SSmi in Christo Patris & D. N. Dni LEONIS, divina providentia Pape X. anno V^to, in Collegiata ecclesia S. *Bartholomei Franckfurdensi*, - - in mei Notarii publici - - - presentia constituti Venerabiles - - - Domini - -, THEODERICVS *Wenck*, Decanus - - S. *Victoris*, BALTHASAR *Geyer* Dr. Canonicus - - S. *Petri* extra muros *Mogunt.* vice ac nomine Reverendissimi D. N. D. ALBERTI Archiepiscopi *Moguntini* &c. ac IACOBI *Fucker* mercatoris Romanam curiam sequentis ut asseruerunt, habentes unam clavem ciste sacratissimarum indulgentiarum, a prefato SSo. D. N. Papa in favorem *fabrice Basilice* S. PETRI *de Vrbe* ad dioceses & provincias, *Moguntin. Magdeburg.* & *Halberstad.* concessarum, in opido *Franckfurdensi* predicto erecte, alias Reverendo Patri Dno THEODERICO *Zobel*, V. I. D.

V. I. D. Canonico eccl. Mogunt. ac prefati R^{mi} - - AEpiſcopi - - in Spiritualibus Vicario generali aſſignatam; & FRIDERICVS *Martorff.* in Decr. Lic. Decanus prediƈte eccl. S. *Barth.* - - - Vicecommiſſarius, ac IOANNES *Pauli* Cantor eccleſ. Colleg. SS. *Marie* & *Georgii*, alias S. *Leonhardi* - - -, ex ſpeciali commiſſione prefati - - - Archiepiſcopi, & GWARDIANI *Ordinis Minorum de Obſervantia* Conventus *Moguntini* COLLEGE ſui, alias duas claves reſpeƈtive habentes, animo & intentione aperiendi ciſtam ſive capſam, in qua pecunie Indulgentiarum prediƈtarum per Chriſti fideles in eadem eccleſia S. *Bartholomei* - - repoſite fuerunt, primitus & ante omnia proteſtati fuerunt & proteſtabantur expreſſe, quod ciſta ſive capſa pred. fuerit & ſit clauſa & ſerata, ac tribus ſeris iunƈta; prout apparebat, fuit & erat bene clauſa.

Qua proteſtatione premiſſa eandem aperuerunt, & pecuniam in eadem repertam in quendam ſacculum repoſuerunt, preſentibus - - - Dnis IOHANNE *Holtzhuſen* & IOHANNE *Pleycker* presbyteris ac CONRADO *Ancklaw* . ., teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis. Quem quidem ſacculum una cum pecunia incluſa ad cameram Decanatus pre^{de} eccleſie S. *Barthol.* deportarunt, eundemque ibidem clauſerunt, et annulo d. Dni *Theod. Wenck* Decani muniverunt & ſignarunt, tradentes eundem ſacculum una cum pecunia incluſa pred^{o} D. *Frid. Martorff* Decano, usque mane fideliter cuſtodiendum. Preſentibus - - - IOH. *Pleycker* presbytero & IOHANNE *Gram* Clerico - -, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Inſuper Anno, indiƈt. - - - quibus ſupra, die vero Martis XVI menſis Iunii ſuprad. in curia Decanatus . . S. *Bartholomei* - - - in mei Notarii — — — preſentia perſonaliter conſtituti prefati *Frid. Martorff* Decanus, *Balth. Geyer* Dr. & *Ioh. Pauli* Cantor, nominibus quibus ſupra ſacculum prementionatum, adhuc bene clauſum & munitum, aperuerunt, peccuniamque in eodem clauſam ſcrutando numerantes, invenerunt prout ſequitur.

In

In primis item LXIII. florenos in moneta Franckfurdensi & denariis Moguntinis, 27. albos pro floreno computatis. Item XVIII. flor. in *Rollebatzen* & cruciferis tanti valoris, 15 pro floreno computatis. Item XXXV. flor. in antiquis Thuronis, 27 albos pro fl. computatis. Item V. fl. *Schreckenberger*, 7 pro fl. computatis. Item VII. flor. in Grossis Mysenensibus, 22 pro fl. computatis. Item LXII. flor. in auro, boni & iusti ponderis. Item III. fl. in moneta Franckonie. Item III. fl. in solidis Wirtzpurgensibus. Item III. fl. in mediis Grossis Mysenens. Item XXI. fl. in Albis rotatis, 26. pro fl. computatis. Item XXIX. fl. in mediis Albis rotatis, 26 albos pro fl. computatis. Item IV fl. in Hallensibus, Pingensis monete, 27 albos pro fl. computatis. Item IX. fl. in auro, sed non iusti ponderis. Item II. fl. Renenses. Item III. fl. in auro ex partibus inferioribus & prohibitis. Item unum florenum falsum. Item XIII plapperi monete Argentinensis. Item certa moneta varia & peregrina, ad summam IV. fl. auri & duorum antiq. Thuronorum Franckf. estimata.

Quam quidem pecuniam numeratam in eundem sacculum denuo recluserunt, & Sigillo prefati D. *Balthasaris* Dri. consignarunt, tradentes eundem - - una cum pecunia inclusa dicto Dno *Frid. Martorff* Decano, fideliter custodiendum. Presentibus ibidem - - - *Iohanne Holtzhusen* & *Eucbario Wyss* presbyteris — —, testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Deinde Anno — — — quibus supra, die vero Mercurii XVII mensis Iunii - - prefatus - - *Balth. Geyer* D. nomine quo supra sacculum prescriptum per prenominatum D. *Frid. Martorff* Decanum clausum atque bene munitum - - aperuit, & monetam in eodem - - pro parte scrutatus fuit; eundemque denuo annulo prefati D. *Theod. Wenck* Decani, quem protinus apud se habuit, clausum & signatum, de mandato - - Domini Archiepiscopi *Moguntini* ut asseruit, ad se recepit, & absportavit. Super quibus omnibus & singulis premissis dicti Domini — — — a me Notario publico infra scripto - - - fieri atque confici petierunt — — — Instrumentum — — —

Acta fuerunt hec in Regali opido *Franckenfurdensi* - - - ut supra. Presentibus ibidem - - - Dnis, EVCHARIO *Wyss* presbytero & IOHANNE Gram Clerico Mog^e diocesis, testibus — — —

Et ego HENRICVS *Sylonis* - - - Notarius, quia dicte Ciste aperitioni, pecunie repositioni, sacculi signationi, pecunie scrutationi, eiusdemque numerationi, traditioni & absportationi — — — presens interfui, — — — — idcirco hoc presens publicum Instrumentum, manu mea propria scriptum, exinde confeci, — — — — requisitus.

CCLXXXIV. *a)*

DE *Claustro* Trumbach, *ex fundatione Nobilium* a Sickingen.

1518.

[*p. 826. n. 20.*]

ALBERTVS *D. G. sancte* Moguntine *Sedis &* Magdeburgensis *Ecclesie Archiepiscopus* (&c.) Cum pontificali cure licet immeriti prefecti sumus, opere pretium necessarium arbitramur, ea que in laudem DEI pro animarum salute religiosissime destinata roborataque sunt, nostra etiam auctoritate firmemus, & salutaribus nostre diocesis sancte institutis, circumspectionis oculum adhibeamus.

Pro parte siquidem nobis Dilecti, FRANCISCI de *Sickingen* nuper nobis exhibita petitio continebat; quod cum quondam SCHWEICKER de *Sickingen* * Eques auratus, & MARGARETHA de *Hoenberg*, genitores sui, singulari devotionis zelo accensi, in honorem DEI omnipotentis, intemerate Virginis MARIE, & totius celestis curie, quandam Capellam seu Clusam, die Trumbach vulgariter nuncupatam, que elapsis annis ignis incendio consumpta, ac aliis infortuniis penitus devastata sit, a novo reedificare, dotare, eandemque Religiosis quibusdam personis instituere destinaverint; morte tamen preventi

* Maximiliani C. *iussu securi percussus.* Brow. *Ann. Trev.* T. II. p. 337.

venti Inſtitutum ad effectum deductum non extitiſſe; Vt autem huiusmodi laudabile devotumque ſuorum genitorum propoſitum ad effectum deſtinatum deducatur, ipſe † cum vxore † ſua HEDEWIG de *Flersheim* opus ceptum continuarint, capellamque ſeu cluſam huiusmodi, Cenſibus & redditibus pro ſeptem Perſonis religioſis, *Beguttis* videlicet Ordinis S. *Auguſtini*, ac pro earundem familia dotarint & fundaverint, prout in Litteris fundationis - -, his noſtris transfixis, latius continetur; Nobisque humiliter ſupplicari fecit, quatenus dicte erectioni & fundationi, noſtre auctoritatis robur adiicere dignaremur.

Nos ergo piis ſupplicium votis in rem divinam ſemper annuere cupientes, pred. fundationem & erectionem ratam habentes, eandem auctoritate noſtra ordinaria laudamus, approbamus, tenoreque preſentium confirmamus, — — —, Et quo magis inantea boni religioſique mores & obſervantia debita in dicto loco per perſonas ibidem exiſtentes cuſtodiantur, volumus, ut, cum d. locus & perſone viſitande fuerint, noſter - - - Sigillifer — — —, una cum Priore monaſterii in *Schwabenheim* Ord. Canonicorum regularium de obſervantia S. *Auguſtini* noſtre dioc. viſitationem faciat, corrigenda & emendanda emendet, atque ſecundum DEVM ordinet; idemque Prior eis de Confeſſore provideat, ac ipſis ſacramenta — — — miniſtret.

Indulgemus inſuper — — —, ut ſacramentum .. Viatici & extreme unctionis in pred. congregatione, ne vagandi aut exeundi occaſio detur, in loco ibidem ſecreto venerabiliter, ſub clauſura Prioris - -, ſeu presbiteri Confeſſoris eisdem deputati habere poſſint & valeant; ac locum decentem & aptum, ubi ſepeliantur, in cemiterium conſecrari faciant.

Et ut Chriſti fideles pro conſervatione eiusdem fundationis eo promptius manus porrigant adiutrices, nos — — — — omnibus & ſingulis - - vere confeſſis & contritis, qui d. Capellam devotionis cauſa viſitaverint — — —, peculiari Sedis

† FRANCISCVS *ſcil.* Swiggeri *fil.*, *hoſtilis AEpiſcopi* Trev. *aggreſſor, toto notiſſ. Orbe. Miſerabili fato vitæ ſcenam peregit* 1523. *Id* Brow. *p.* 348.

Apoſtolice indulto *centum*, & noſtra auctoritate *quadraginta* dies indulgentiarum, de iniunctis eis penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat (*&c.*) In premiſſis tamen — —, noſtris — — —, ac Plebani, ſub cuius parochia prefata Capella — — ſita eſt, ſuperiotatibus & iuribus ſemper ſalvis & illeſis manentibus.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum maius preſentibus appendi fecimus. Date apud Arcem S. *Martini* — — — die ſecunda menſis Ianuarii, Anno Domini MDXVIII.

CCLXXXIV. *b)*

A. *renuntiatur Cardinalis.*

Leo PP. X.

DILECTE *fili noſter ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Fraternitatem tuam, quæ ex illuſtri *Brandenburgenſi* proſapia, & in Germania vetuſtiſſima magnique ponderis familia ortum ducit; quæque clariſſimorum progenitorum ſuorum ſancta veſtigia ſecuta, de nobis ſanctaque Apoſtolica ſede bene mereri ſemper ſtuduit, ad ſummum *Cardinalatus* honorem, quo nullus maior a Chriſti Vicario concedi poteſt, & ipſam per ſe dignam, & a Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Maximiliano, electo Imperatore, nobis per litteras ipſius & Nuntios ſæpe ac vehementer commendatam, promovere ſtatuentes; id ut nacta temporis atque rerum opportunitate faceremus, ex quo noſtro deſiderio, & tuæ Fraternitatis dignitati atque decori magis conſultum videretur, ea nunc nobis viſa eſt huius temporis non ſolum commoda & honeſta, ſed etiam laudabilis occaſio, in qua de expeditione ſanctiſſima contra ſalutiferæ crucis hoſtes agendum eſt; ut Fraternitas tua, tanto honore ornata, magis de nobis Chriſtianaque religione propaganda bene mereri poſſit. Itaque hæc noſtra nunc de

de te promotio non solum grata, sed etiam periucunda tibi longe magis esse debet, quod Circumspectionis tuæ fide, religione, & devotione erga nos & dictam Sedem, exigentibus tuis meritis, & præclaris virtutibus, te solum non in magno numero Cardinalem creavimus. Nos quoque in bonorum omnium operum satore in te spem locavimus, quod si ante hac de nobis, sancta Apostolica sede, & republica Christiana bene mereri studuisti, iamiam eo maiore, alacrioreve animo, tuo officio atque nostris piis desideriis satisfacere poteris, quo hoc sacratissimo, dignissimo munere ornatus sis.

Te igitur ad Omnipotentis Dei, & totius curiæ celestis laudem & gloriam, personæque tuæ ornamentum, clarissimaque Marchionum *Brandenburgensium* prosapiæ perpetuum decus & amplitudinem, hac die XXIV. Martii, in Consistorio nostro secreto, de aliorum Venerabilium fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium, consilio pariter & assensu in CARDINALEM creavimus.

Superest, ut tu, qui ex *Moguntinensi* Elector Imperii, & *Magdeburgensi* Ecclesiis Germaniæ Primas, in Ecclesia & agro Domini magnus & dives eras atque es, nunc Cardinalatus onere atque honore decoratus, quid dignitas ea sibi velit, quid Deus abs te postulet, intelligas, & sedulo mediteris quid te deceat: atque etiam Dilectum filium nostrum, THOMAM, tit. S. *Sixti* presbyterum Cardinalem, Legatum nostrum, de sanctissima & pernecessaria contra perfidissimos fidei nostræ hostes, & Christianorum sanguinem deletionemque sitientes, pertractaturum, & nostro nomine curaturum, eiusque pias & optimas persuasiones & sana consilia, quæ nostra sunt, audias: ea quoque executioni debitæ mandes; ut quæ pulchrior totius orbis Europæ pars nunc parva conspicitur, non solum diebus nostris ab impiorum manibus servetur, sed illorum imperium sævaque potestas vel ad sanctam fidem convertatur, vel eruatur. Qui vero nos & sancta piaque vota nostra sequentur, rectam viam ingressi, promissa felicitatis æternæ præmia consequentur.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* ſub annulo Piſcatoris, die VIII. Maii MDXVIII. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

CCLXXXV.

Eccleſia parochialis in Nicklashauſen *(iuſſu AEpiſcopi* Dietheri *olim funditus diruta, atque per eum ſuppreſſa *) promovente* Alberto *reædificatur.*

* v. n. 202.

1518.

[p. 827. n. 24.]

ALBERTUS — — — — Omnibus & ſingulis Plebanis, Viceplebanis ac Divinorum rectoribus per diœceſin noſtram *Moguntinam* ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum, ſicut fide digna relatione accepimus, Imago glorioſiſſime Virginis MARIE, Salvatoris N. I. C. Genitricis, in parochiali eccleſia ville *Niclausbauſen* - - -, dudum miraculis coruſcaverit non mediocribus, eaque propter Chriſti fideles ad eandem frequenter & devote in honorem ſuprad^{e} intemerate Virginis & Matris *Marie* aſſidue confluere, ac devotionis zelum explere ardenter conſueverint; Unde populus dicte ville in gloriam & decorem d. beatiſſime Virginis Eccleſiam parochialem inibi, que antiquitate quaſi perierit & deſolata fuerit, accenſus, de conſenſu noſtro nominatam eccleſiam conſtruere & edificare conſtituerit, ac de preſenti fieri ſive conſtrui mandaverit, licet ſufficientibus ſumptibus & impenſis ad dictum opus perficiendum minus proviſus exiſtat; Quapropter nobis pro parte d. populi humiliter ſupplicatum extitit, ut d. opus, iam inceptum, noſtris etiam favoribus iuvaremus.

Nos autem piis Chriſti fidelium deſideriis ac votis, & precipue illis que in laudem & gloriam intemerate Virginis

nis

nis .... ferventiffime deftinantur five cedunt, libenter annuentes, favoremque accedere noftrum volentes; Vobis diftricte precipiendo mandamus, ut, dum populus tempore Divinorum apud veftras ecclefias confluxerit, Opus inceptum prefatum ac neceffitates dicte ecclefie exponatis, & pro poffibilitate veftra promoveatis, ut Chrifti fideles pro reparatione - - ac augmentatione ornamentorum eiusdem, manus porrigant adiutrices.

Vt autem inde fe uberius gratia & indulgentia fentiant refectos, omnibus & fingulis Chrifti fidelibus — — — — — de indulto Apoftolico nobis fpecialiter conceffo *Centum* & auctoritate - - ordinaria *XL.* dies indulgentiarum — — — — relaxamus — — — — . Prefentibus a data earundem ad biennium duntaxat valituris.

Datum fub Sigillo noftro, in Civitate *Auguftenfi* XXVI die menfis Iulii Anno Domini MDXVIII.

CCLXXXVI.

Qualiter C. MAXIMILIANVS *proprio, fimulque tutorio* LVDOVICI Bohemiæ R. *nomine, cum Electoribus intus mentionatis convenerit, de* CAROLO R. Hifpan. *in Regem Romanorum eligendo.*

1518.

Wir Maximilian v. G. G. Erwelter Römischer Kayser, zu allen Zeitten Merer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Dalmacien, Croacien ꝛc. Kunig. Ertzhertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundi, zu Brabannt, unnd Phallenntzgrave ꝛc. Bekennen offennlich mit disem brief und thun kundt allermenigclich; Als wir, *Aut.*
in

in namen unnd an stat als Tutor unnd Vormünder des Durch-leuwchtigen Fürsten, Hern **Ludwigs**, zu Hunngern u. Behaim ꝛc. Kunig, unnsers lieben Suns, Brueder unnd Churfürsten; desglei-chen der Hochwirdig in Got Vater, Herrn **Albrecht**, der Rö-

El. Mogunt. mischen **Kirchen Cardinal**, zu **Maintz** u. **Maidburg** Ertzbischof, unnd Administrator des Stiffts **Halberstat**, unnser

Colonien. lieber Frewnd; und der Erwirdig **Herman** Ertzbischof zu **Coln**, baid des H. R. R. in Germanien unnd Ytalien Ertzcanntzler, unn-ser lieb Neven und Churfürsten; desgleichen die Erwirdig u. Edel,

Legati SIGISM. R. Pol. *ceu Contutoris* R. Boh. LVDOVICI. **Erasmus** Bischof zu **Plocen**, und RAPHAEL de **Leschno**, Hawbtman zu **Lannden**, als Rete u. als vollmechtig Gewalthaber des Durchlewchtigisten Fürsten, Herrn **Sigmunds** Kunig zu **Po-lan** ꝛc. als unnsers Mittutors unnd Vormundes des gemelten Kunig **Ludwigs**; Unnd dartzue die Hochgebornnen, **Ludwig Phal-**

Palatinus. **lentzgrave bey Rein** und Hertzog in **Bayern**, Und **Joa-**

Brandenb. **chim** Marggrave zu **Branndemburg**, zu **Stettin**, **Po-mern**, der **Cassuben** unnd **Wenden Hertzog**, **Burggrave zu Nuremberg** unnd **Fürst zu Rugen**, beid des H. R. R. Ertztruchsess u. Ertzchamerer, unnser lieb Sweger, Oheim, Chur-fürsten unnd Rete, aus beweglichen treffenlichen ursachen, auch auf unnsern sonnderlichen willen, ansuechen u. Begern, der heiligen

ad desiderium Cæsaris, ob bonum Reip. Christiana concordant in electionem R. Caroli. Cristennheit, dem Röm. Reiche und Dewtscher Nation zu Eer, nutz, unnd gutem u. pesten bedacht und zugesagt haben, den Durch-leuchtigesten Fürsten Herrn **Karlen**, zu **Hispani**, **Jherusa-lem**, **Granaten** unnd **Cecilien** ꝛc. **Kunig**, **Ertzhertzogen zu Osterreich** unnd **Hertzogen zu Burgundi** ꝛc. Unnsern lie-ben Sun u. Brueder, so vil an unns allenn ist, als gebornnen Ertzhertzogen zu **Oesterreich** zu Römischen Kunig zu erwelen,

Decretique expeditionem. unnd das Decret wie sich gebürt darüber außzerichten;

Datz wir unns dagegen unnd darumb für unns und den ob-genannten unnsern lieben Sun Kunig **Karlen** unnser Erben unnd nachkomen verphlicht, versprochen u. zugesagt haben, verphlichten, verspre-

verſprechen und ſagen zue, bey unnſern Keyſerlichen worten unnd der warheit, wiſſenntlich in crafft ditz briefs, daz wir, unnd gemelter unnſer lieber Sun Kunig **Karl**, der vorgedachten unnſer lieben Frewnd, Sweger u. Oheim, der Churfürſten von **Mayntz**, **Cöllen**, **Beheim**, **Phallenntz** u. **Brandemburg** gnedigſt Hern ſein u. bleiben. Unnd ob gegen **iren Lieben**, iren Stifften, Lannden, Lewten unnd Churfürſtentum, beyſamentlich oder ſonnderlich, dieſer Election halben von **Bebſtlicher Heiligkeit**, dem Kunig von **Franckreich**, oder **Churfürſten** unnd Fürſten, oder yemands annderem, wer der ſein möcht, mit rechtfertigung oder in annder weg ainich widerwertigkeit fürgenomen, ſy übertzogen, oder iren Stifften, Lannden u. lewten gewaltſam unnd beſchedigung zugefügt würden, in was ſchein das beſchehe, nichts auſgenomen; ſollen u. wellen wir **ir Lieb**, ire Stifft, lannd lewt u. Churfürſtentumb deshalben in alweeg vertretten, enntledigen, ſchadlos halten, ſchützen u. ſchermen; unnd **inen** darynn nach unnſer baider höchſten vermugen, genedig, freündlich u. ſtatlich Hilf unnd beyſtanndt thun, u. beweyſen in allermaſſen als ob es unns, unnſerm lieben Sun, unnſern Lannden u. lewten beſchehe, unnd die ſelbs betreff. Und wir ſollen u. wellen auch von unnſerm lieben Sun Kunig **Karlen**, des gleicher weyſe ain verſchreibung aufs furderlichſt erlanngen, unnd **iren Lieben** vor kunfftiger Election zu hannden ſtellen, getrewlich u. ungeverlich.

Max. fide Imperiali pro ſe & Carolo, præfatos Electores, Omnes ac ſingulos contra PP. R. Franciæ vel quempiam Electorum &c. quomodolibet infeſtantes non ſolum tueri, ſed & pariformes a Carolo reverſales procurare, & ad manus tradere ſpondet.

Mit urkundt ditz briefs, beſigelt mit unnſerem Kayſerlichen anhanngendem Innſigel. Geben in unnſer und des Reichs Statt Awgſpurg, am erſten tag des monets Septembris nach Criſti geburt **Funffzehennhundert** unnd im **achtzehennden**. Unnſer Reiche des **Romiſchen** im **drey und dreiſſigſten**, unnd des **Hungriſchen** im **Newn und zwantzigſten** Jarenn.

MAXIMILIANVS

Ad mandatum Domini Imperatoris proprium

N. *Ziegler*.

CCLXXXVII.

Pacta conventa Maximilianum *inter ac Septemviros super electione sui in Rom. Regem, inviolabiliter servare spondet.*

1518.

ex aut. CAROLVS D. G. *Rex Castelle* [*tot. tit.*] Recognoscimus, & notum facimus tenore presentium universis; cum Sacra Cesarea Maiestas Serenissimi & Invictissimi Principis ac Domini, D. MAXIMILIANI Romanorum Imperatoris semper Augusti, Domini & patris nostri colendissimi, cum R^mis^ in Christo Patribus, Dno ALBERTO, *tit.* S. *Chrisogoni* presbitero Cardinali, ac *Moguntino* — — Archiepiscopo, — — — nec non D. HERMANNO Archiepiscopo *Coloniensi*, — — — ac Ill^mis^ Principibus . . LVDOVICO *Comite Palatino Rheni* — — & IOACHIMO Marchione *Brandenburgensi*, — — — Amicis & consanguineis nostris charissimis & Principibus Electoribus tractaverit, & cum eisdem super electione Romanorum Regis in personam nostram facienda concluserit; et in quasdam conditiones, iuxta prolocuta & obligationes Literarum que unicuique eorum secundum vigorem tractatorum tradite sunt, convenerit; Et etiam deinde cum ipsis, ac Consiliariis & Oratoribus Serenissimi Principis & D. D. SIGISMVNDI Regis *Polonie* — — — — Contutoris S^mi^ Principis, Sororii, Fratris & consanguinei nostri charissimi, LVDOVICI Regis *Hungarie* & *Bohemie*, nec non cum prefatis quatuor principibus Electoribus iuxta eorum necessitatem hinc inde alie quedam actiones seu conventiones nostro nomine per Cesaream Maiestatem facte, & desuper opportune h. i. literarum obligationes & constrictiones erecte & facte fuerint;

Decernimus & volumus, quod istiusmodi posterius emanate obligationes, prioribus tractatibus huiusmodi obligationum

num & conventorum in quantum nos concernunt & attinent, ſive eorum in poſterioribus mentio facta fuerit ſive non, minime leſionem afferant, aut preiudiciales exiſtant. Quin immo omnes noſtre promiſſiones & obligationes, prolocutiones & conditiones convente & promiſſe, ac etiam Tractatus, & quilibet eorum ſeorſim prout iacent & tenor eorum ſe habet, ac etiam ſi de verbo ad verbum in preſentibus expreſſus eſſet, in ſua efficacia & robore firmiter permanere & eſſe; & a nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris, quatenus nos & eos contingunt, inviolabiliter obſervari & exequi debent. Que omnia etiam nos, tam pro nobis quam eisdem heredibus & ſucceſſoribus noſtris, tenore preſentium renovamus, eisque ſtare, vivere, & exequi ea prout tenor ipſe exprimit, ex certa ſcientia promittimus, & pollicemur in verbo noſtro Regio & veritatis. Dolo & fraude ſemotis quibuscunque.

Harum teſtimonio Literarum, manu noſtra ſubſcriptarum & Sigilli noſtri munimine roboratarum. Datum in Civitate noſtra *Ceſaraugusta* die (24.) menſis Decembris Anno Domini (1518.) Regnorum noſtrorum anno tertio.

CHARLES.

per Regem

Hannart.

CCLXXXVIII.

Eorum, quæ n. complectitur antecedens, proſecutio.

1518.

CAROLVS *Dei gratia* REX *Caſtelle, Arragonum,* *ex aut.* *Legionis, utriusque Sicilie, Hieruſalem, Navarre, Granate, Toleti, Valentie, Gallicie, Maioricarum, Hyſpalis, Sardinie, Corſice, Murcie, Giennis, Algarbii, Algezire, Gybraltaris ac Inſularum Canarie, nec non Inſularum Indiarum & Terre ferme, Maris Oceani &c. Archidux Auſtrie.* DVX *Burgundie, Lotharingie, Brabantie, Styrie, Carinthie, Carniole,*

le, Limburgie, Lucemburgie, Geldrie, Calabrie, Athenarum, Neopatrie &c. COMES *Flandrie, Hapsburgi, Tyrolis, Barchinone, Arthesii, Burgundie.* PALATINUS *Hanonie, Holandie, Seelandie, Ferretis, Kyburgi, Namurci, Rosilionis, Ceritanie & Zutphanie.* LANTGRAVIUS *Alsatie.* MARCHIO *Burgovie, Oristanni & Goceani ac Sacri Imperii.* PRINCEPS *Cathalonie, Asturie &c.* DOMINUS *Frysie, Biscaie, Moline, Salinarum, Tripoli & Mechlinie &c.*

Recognoscimus, & notum facimus tenore presentium universis; Cum, sicut accepimus, Sacri Imperii principes Electores ex matura summaque deliberatione, ac importantibus urgentibusque de causis rationabilibus constituerint, mentique habeant, in vita ex requisitione, assensu & consensu pariter accedente Sacre Cesaree Maiestatis, Serenissimi & Invictissimi Principis & Domini MAXIMILIANI Romanorum Imperatoris semper Augusti &c. Domini & patris nostri colendissimi, nos tanquam Archiducem Austrie, eligere & creare Romanorum Regem; quod nos sic electus & creatus Rom. Rex, postquam prefata Cesarea Maiestas ex hac vita migraverit, quod tamen DEUS omnipotens quam longissime avertere dignetur; sive Ipsa motu & deliberatione propria ab administratione & ulteriori regimine se extrahere & liberare voluerit, & nos eo tempore extra sacrum Romanum Imperium, in Hispaniis vel aliis nostris Regnis & provinciis degeremus, ex quibus tanta celeritate nos conferre in ipsius Imperii loca, aut in eisdem diutius morari non possemus; Quod nos promisimus & polliciti sumus, promittimus & pollicemur tenore presentium eisdem S. Imperii principibus Electoribus, quod nos prolocuta, conventa & determinata super regimine sive gubernatione S. Imperii in pretactis casibus, difficillimisque dubiis ambiguis negotiis, & aliis necessitatibus incidentibus, per prefatam Cesaream Maiestatem Principesque Electores & Mandatarios nostros idoneo & sufficiente nostro mandato suffultos, quos circa tempus electionis missuri sumus, observabimus & exequemur, ac observari & exequi mandabimus & faciemus, sine preiudicio tamen *Auree Bulle*, ac uniuscuiusque

Carolus, licet absens, ad omnia se obligat conventa;

A. tamen B. Electorumque iuribus ac privil. salvis.

cuiusque Electoris iurium, iurisdictionum, ſuperioritatum & privilegiorum.

Et ſpecialiter ac expreſſe promittimus & pollicemur per preſentes, quod ad huiusmodi gubernium ſive regimen nullus alius, quam qui ex vera Germanica natione prodiit & generatus eſt, et quaſi in medio ſive umbilico ipſius nationis domicilium habet, ſuper expenſis noſtris propriis, & absque omni - - Electorum & ceterorum Principum & Statuum S. Imperii damno & gravamine aſſumi, interteneri; & ſimiliter Magiſter Curie, Cancellarius, Mareſchallus, & omnia alia officia ex naturalibus Germanis ſucceſſive conſtitui & provideri debent; quodque, quantum unquam poterimus, pro maiori parte degere & reſidentiam noſtram habere in Germaniis. Et inſuper quicquid a S. Imperio impignoratum, diſtractum, alienatum & abſtractum fuerit, iuxta poſſibilitatem noſtram maiorem recuperare, & absque omni heredum & ſucceſſorum noſtrorum, ac quarumcunque aliarum cauſarum reſpectu & impedimento apud ipſum S. Imperium perpetuo permanere; Ac etiam tam per nos ipſos, quam per Gubernatores & Regentes noſtros, cum - - Electoribus ceterisque Principibus Membris & Statibus Germanice nationis, tam in ſuis propriis, quam ipſius Imperii negotiis & tractationibus, tam loquendo quam ſcribendo, non alia preterquam lingua germanica uti; nec non omnia & ſingula premiſſa inviolabiliter obſervare, & eisdem efficaciter absque omni adminiculo ſatisfieri & etiam poſt celebratam electionem denuo renovare, debemus & volumus in verbo noſtro Regio & vero, doloque & fraude in his penitus ſecluſis.

Nullum, niſi natione Germanum,

regimini admovere pollicetur; uti etiam officia primaria nativis conferre Germanis.

Reſidentia.

Alienatorum recuperatio.

Uſus linguæ Vernaculæ

Harum teſtimonio Literarum, manu noſtra ſubſcriptarum & Sigilli noſtri munimine roboratarum. Datum in Civitate noſtra *Cæſarauguſta* XXIIII Decembris. Anno Domini MDXVIII. Regnorum noſtrorum III°

CHARLES

per Regem.
Hannart.

CCLXXXIX.

CCLXXXIX.

Oblatio erga Moguntinum *&* Brandenb.

1518.

ex autogr. CAROLUS *Dei gratia Rex Castellæ, Arragonum, Legionis* (pl. tit.) Recognoscimus & profitemur tenore præsentium, pro nobis, hæredibus ac successoribus nostris, & aliis quibuscunque; Cum Reverendissimus in Christo Pater, Dominus ALBERTUS, *Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbiter Cardinalis, ac sanctæ sedis* Maguntinæ *&* Magdeburgensis *Ecclesiæ Archiepiscopus*, Halberstadensis *Administrator, Primas, & Archicancellarius per Germaniam*; ac Illustrissimus Princeps IOACHIM, *S. Imperii Archicamerarius*, Marchiones *Brandenburgenses*, *Stetin. Pomeraniæ, Cassubiorum & Vandalorum* Duces, *Burggravii Nurembergenses & Principes Rugorum* fratres, Principes Electores, Amici & consanguinei nostri charissimi, ex rationabilibus & urgentibus causis atque motivis, ad salutem & beneficium universæ Xpianitatis, conservationem dignitatis Imperialis, & quietem ac tranquillitatem sacri Imperii quorumcunque subditorum, ac augmentum inclytæ nationis Germanicæ, eiusque splendorem, decus, ac denique accessionem omnis boni & posteritatis cogitaverint, consideraverint & decreverint, nos erigere & evehere ad apicem & Thronum Sacrosancti Regis Romanorum; quod nos, tam pro nobis quam dictis nostris hæredibus atque successoribus promisimus, polliciti sumus atque obligavimus; sicut ex certa scientia per tenorem præsentium promittimus, pollicemur atque obligamus, per dignitatem nostram regalem, ac in verbis Principis optimi & veracissimi, quod nos præfatis principibus Electoribus consanguineis nostris charissimis semper in gratiosum Dominum erimus & permanebimus eosque peculiariter semper omni gratia, favore & commendatione nostra prosecuturi & amplexuri: eos in eorum antiquissimis consuetudinibus, suprematibus & dominiis, immunitatibus, prærogativis ac privilegiis quibuscunque

que

que manutenturi, defensuri; & potius in eis incrementum, quam decrementum iugiter facturi sumus. Et amplius, casu quo Dilectionibus eorum, Ecclesiisque & ditionibus ac provinciis, populis eorundem, & specialiter propter Electionem in nostram personam factam, vel a Beatitudine Pontificis, sive Rege Franciæ, vel aliis quibuscunque Principibus & Electoribus, iure vel sine iure, ac quavis alia via seu colore quæsito, perturbatio adversitas violentia & aggressio fieret, iacturamve ac damnum acciperent, tunc nos debemus & volumus præfatis nostris Consanguineis in omnem modum adesse, eosque adiuvare, defendere, protegere, et ab omni actione & iniuria vendicare & liberare, non aliter, acsi nobis ipsis, & propriis nostris provinciis & subditis, huiusmodi molestiæ & iniuriæ factæ illatæve fuissent. Dolo fraudeque in his penitus seclusis.

Harum testimonio Literarum, manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri munimine roboratarum. Datum in civitate nostra *Cæsaraugusta* die *vicesima quarta Decembris*, * Anno Domini *Millesimo Quingentesimo decimo octavo.* Regnorum nostrorum tertio.

CHARLES.

per Regem.

Hannart.

* *Est igitur tertia hæc, eadem die, in substrato Electionis negotio Littera a Carolo scripta.*

CCXC.

Epistola ad ALBERTVM *in particulari.*

1519.

CAROLVS *Dei gratia Rex Hispaniarum, utriusque Sicilie, & Hierusalem &c. Archidux Austrie, Dux Burgundie &c.* Reverendissime & Illustrissime Princeps & Consanguinee noster charissime, salutem & omnis boni incrementum. *ex aut.*

Ex

Ex omnibus que nobis ex Germania ſcribuntur, ſemper intelligimus, qua benevolentia & conſtantia Rma Dominatio veſtra continue res noſtras cordi habeat, et quod rem electionis Noſtri, conſilio auxilio & opera iuvare, ac ad optatum & felicem exitum deducere cupiat; pro quibus optimis officiis eidem nos plurimum debere fatemur.

Et ſi, DEo imprimis, a quo omnia procedunt, & poſtea Rma Dominatione veſtra, ac aliis principibus Electoribus faventibus, ad hanc dignitatem pervenerimus, nos, gratia & auctoritate noſtra res omnes eiusdem ita cordi habituri ſumus, ut cognoſcat, operam ſuam gratiſſimo Principi navaſſe. Et curabimus ante omnia efficere, ut Sanctiſſimus Dominus noſter eandem Legatum in Germania faciat, & quod ei facultatem prebeat, ut adhuc alium Epiſcopatum obtinere & poſſidere poſſit. Et nos quoque erimus contenti, ut Rma D. V. Cancellariam Sacri Romani Imperii per Germaniam, quemadmodum par eſt, teneat & regat, ac per locumtenentem ſeu ſubſtitutum ſuum exercere poſſit. Nec omittemus etiam omni ſtudio curare, ut in re civitatis ſue *Erfordie* ei nulla prorſus iniuria fiat; immo in eo, quod ad Rmam D. V. iure ſpectat, conſervetur & manuteneatur. Idem quoque ſumus facturi ſuper vectigale, quo ſubditos Rme D. V. a Lantgraviis *de Heſſen* indebite vexari intelligimus; & preſertim cum effectu operam dabimus, ut ea in re ſtetur declarationi, quam proxime Ceſarea Maieſtas *cl. mem.* ſuper illa differentia fecit; ac reliquorum omnium negotiorum & Eccleſiarum Rme D. V. protectionem ſuſcipiemus, & in adminiſtratione S. R. Imperii & rerum Germanicarum, eiusdem precipue conſilio uti decrevimus; ac omnia alia, re nulla prorſus excepta, integre adimplebimus, que in ultimo Conventu *Auguſtenſi* eidem promiſſa fuerunt.

Prærogativa & commoda, Alberto deſtinata.

Quam ob rem Rmam D. V. magnopere rogamus, ut rem electionis noſtri ea prudentia & induſtria moderetur & dirigat, ut feliciter pro nobis expediri poſſit; nam quicquid dignitatis & honoris nobis acceſſerit, id omne eidem quoque nobiſcum commune futurum eſt. Et Rme D. V. nos ex toto animo etiam atque etiam offerimus.

Datum

Datum in nostra civitate *Barcbinona* die XII. Marcii Anno Domini MDXIX.

Vester Consanguineus

CHARLES.

Hannart.

Rmo in Christo Patri & Illmo Domino ALBERTO, tit. S. *Crysogoni* S. R. E. presbytero Cardinali & Archiepiscopo *Maguntino*, S. R. I. per Germaniam Archicancellario, Principi Electori. Consanguineo & Amico nostro charissimo.

NB. *Plures huiusmodi Litteras Oblationum, immo & realium, plenas,* Carolus *dedit ad* Albertum. *Ex quibus ultro satis elucescit, quam avide Coronam Cesaream appetierit. Ter centum mille Ioachimicos hunc in scopum impendisse, Biographi tradunt. Vt eo magis igitur demirandum sit, & pro arte politica reputandum, quod Conventiones, a* Maximiliano, *interea temporis mortuo, cum Electoribus* Augustæ *initas, [Epistola immediate sq.] tollat, abroget penitus, omnique obligationis vinculo dissoluto, liberrimam ipsis suffragandi relinquat facultatem.*

CCXCI.

1519.

Karl, v. G. G. Kunig zu Hispanien, zu baiden Sicilien und Hierusalem ꝛc. Erzhertzog zu Oesterreich ꝛc. *ex Autog.* Hochwirdiger in Got Vatter, Hochgeborner Fürst, lieber Ohem u. Frundt. Unnser lieb u. frundtschafft zuvor. Nachdeme der Allerdurchleuchtigst Grosmechtigst Fürst, Herr Maximilian, Römischer Kayser, unnser lieber Herr und Altvatter löbl. gedechtnus, mit Ewer. Lieb und andern des H. Reichs Churfürsten viel Red u. Handlung, unns zu ainem Römischen Kunig zu erwellen und zu machen gehebt, und deshalben von E. L. und etlichen andern, zusagen u. verpflichtnus emphangen, die nach seiner

Kays. Mayst. absterben auf uns gewachsen sein möcht. Fügen wir E. L. zu wissen, dass uns soliche Handlung dermassen anzunemen nit gelegen ist.

Darumb wir uns auch derselben wissentlich in crafft dies briefs entschlagen, und euch der ledig gesagt haben; und wellen euch in ewer freyen Wall fürfarn lassen, ungezweyffeldt, E. L. und die andern Churfürsten wissen u. werden darin des Heil. Reichs Teutscher Nation und gemayner Christenhayt noturfft u. wolfart wol bedencken. Soliches wolten wir E. L. fruntlicher maynung nit verhalten.

Geben in unser Stadt Barselona, am XXI. tag Aprilis Anno Domini &c. im XIX.

Ewer gutter Vetter

CHARLES.

Hannart.

CCXCII.

Diploma, *reapse tenoris eiusdem, ad IV Septemviros, cum quibus Imp.* Max. *in Comitiis* Augustanis *tractabat.*

1519.

ex Autog. Wir Carl von Gots gnaden König zu Hispanien, zu baiden Cicilien unnd zu Iherusalem. Ertzhertzog zu Osterreich, Hertzog zu Burgundi unnd zu Brabannt. Grave zu Habspurg, zu Flanndern, u. zu Tirol ꝛc.

* ☉ MAX. II. (alii 12.) Ian. 1518. Bekennen offentlich mit disem Brief, unnd thun kunt allermenigclich; als zwischen weylennd * Kayserlicher Mayestat unserm lieben Herren u. Anherrn hochlöbl. gedechtnus, unnd den Hochwirdigen, Erwirdigen und Hochgepornen Fürsten, Herrn Albrechten, Car-

Cardinal und Ertzbischoffen zu Mentz ꝛc. Herrn Herman Ertzbischoffen zu Cöln, und Herrn Ludwigen Phaltzgraven bey Rein und Hertzogen in Bayrn, allen dreyen Churfürsten, unnsern lieben Ohemen; unnd des Durchleuchtigen Fürsten, Herrn Sigmunds König zu Polan, unsers lieben Oheim unnd Bruders Oratorn, als Tutor König Ludwigs von Hungern unnd Beheim, auch als Churfürsten des Heiligen Reichs, allerlay auff dem iüngst gehaltenen Reichstag zu Augspurg gehanndelt worden ist;

Wo nu unnder solcher Hanndlung ichts begriffen were, das die Wal ains künfftigen Römischen Königs berürte, in was Schein das beschehen sein möchte, schrifftlich oder muntlich, nichts ausgenomen; daß demnach wir, so ferre es vonnöten ist, solchs alles auffheben, cassiern und abtun; unnd ir Lieb, auch den gemelten König von Polan, sein Orator, oder wer das zu tun hat, aller phlicht und zusagenus, wo deßhalben ichts beschehen were, frey stellen und ledig zelen; unnd thun das alles gegenwertigclich u. in crafft diß briefs, also daß solchs die gemelten Churfürsten nit pinden; sonnder sollen u. mugen ir Lieben ainen kunfftigen Römischen König Gott dem Allmechtigen und der H. Cristennlichen Kirchen, dem Röm. Reich und gemeiner Teutschen Nation zu lob, Er, nutz u. gutem, zu erwelen Macht haben. Alles getrewlich unnd ungeverlich.

Mit urkhundt diß briefs, besigelt mit unnserm Königl anhangenden Innsigel. Geben in unnser Statt Barselona am zwaintzigisten tag des monets May, nach Cristi gepurt Fünffzehennhundert und im Newnzehennden. Unnser Reiche im vierten Jar.

CHARLES.

per Regem

Hannart.

 CCXCIII.

CCXCIII.

Litteræ secretæ Nicolai Ziegler *ad* Albertum, *circa dispositionem Electorum*, Carolo *favorabilium.*

1519.

Gnedigster Herr. Die sachen steen gannß recht; dann Beheim hat entlich beschlossen, auch sein Potschaft darauf abgefertigt, sein Stymm Kunig **Karln** zu geben. So ist an Cölln und Pfalß gannß kein zweifel, damit haben wir yß vier Stymmen, Ew. Fürstl. Gn. Stymm darein gerechnet. Ich hoff auch zu GOtt, wir wollen under den zwayen, Trier und Sachsen, noch ein Stymm erlangen. Es hat auch der Babst bewilligt, des Kunigreichs Neapels halben mit Kunig **Karln** zu dispensiern auf den Vertrag, darinn er yß mit seiner Heiligkeit steet. Darumb sey Ew. Fürstl. Gn. wol getrost, und laß sich von nyemands abwenden; und bedenck gnedigklich, was nachteils sunst E. F. G. daraus erwachsen werde.

Ich rat in allweg, das E. F. G. erforder Herrn **Jacoben Villinger**, und von allen Sachen gnedigklich u. vertrewlich für allen Menschen mit ime rede u. handle; der ist gannß E. F. G. parthey, auch verschwigen, und kan E. F. G. vil guter underricht geben, und in vil weg dienen. Des will ich E. F. G. muntlich gut ursachen anzeigen. Ich were yß selbs auch komen, so richt ich mein Sachen genntzlich darnach den hendlen aufszuwarten.

In getrewem rat ich, so E. F. G. ersucht wirdet, sich meinen gnedigsten Herrn, **Marggraf Joachim**, nit abwenden zu lassen; das E. F. G. allein guten trost gebe, und doch darinn auf mein zukunfft waiger; dann ich verhoff, E. F. G. noch einen diennst zu tun, als ob E. - - darinn meiner zukunft erwarten wolle; aber E. F. G. melden das gegen nyemands, dann es brecht mir sonnst

sonnst grossen nachteil ꝛc. Augspurg am XXVII. tag May. Anno XIX.

Ew. Churf. Gn.

Underteniger getreuer Diener
Niclas Ziegler.

NB. Hunc Zieglerum *a* Carolo *(d. 28. Iunii tandem electo) mox in Vicecancellarium Imperii fuisse adscitum, perhibet* Mallinckr. * *Antea Advocatus* Sueviæ, *& Consiliarius omnium* Austriæ *Provinciarum existens. Ita namque in quodam istius Dicasterii Rescripto anni 1520, post* Mathæum *Cardinalem* S. Angeli, *AEpiscopum Salisb. & Petrum Ep.* Tergestinum, *ponuntur, & audiunt:*

* de Canc. p. 123.

Maximilian von Bergen, Herr zu Siebenbergen, Römischer Kay. May. obrister *Orator* in Teutschen Landen. Johann Renner, und „ Niclaus Ziegler, zu Baar, Landvogt in Schwaben „ K. M. Statthalter und Rhäte aller Osterreichischen Landen.

CCXCIV.

De *quondam Cœnobio* S. Wolffgangi, *Ordinis* Servorum S. Mariæ, *prope Hanoviam.*

1520.

[*p. 818. n. 4.*]

Albertus *miseratione divina tit. S. Crysogoni presbyter Cardinalis* — — — — Super gregem dominicum, licet immeriti, divina dispositione constituti, sub humilitatis & religionis habitu Deo dicatis personis, ut eo liberius Domino famulentur, ac earum votum cum maiori valeant adimplere devotione, libenter, & ipsarum, quantum possumus, commoditatibus consulimus.

Sane pro parte Religiosorum, nobis in Christo dilectorum, Prioris & Conventus Fratrum Ordinis Servorum *B. Marie V.* secundum regulam B. *Augustini* viventium, Monasterii S. *Wolffgangi* prope *Hanau* siti, nostre *Mogunt.* dioc. nobis expositum extitit, quo pacto Fratres & Sorores ordinis predicti, variis & amplissimis per Sedem Apostolicam sint indultis seu privilegiis quam largissime dotati, decorati atque communiti; ita quod inter alia in omnibus & per omnia possint & debeant potiri & gaudere omnibus ac singulis privilegiis & indulgentiis, gratiis, favoribus ac indultis, tam spiritualibus quam temporalibus, quibus *Predicatorum*, *Minorum*, *Heremitarum S. Augustini*, & *B. Marie de Monte Carmeli* ordinis professores a Romanis Pontificibus, aut aliis auctoritatem habentibus potiuntur & gaudent sine ulla diminutione.

Cum autem ipsorum Monasterium in solitudine quasi sit constitutum, nullis omnino dotatum vel provisum annuis censibus, redditibus, aut bonis laboriosis, nihilque habeant unde vivant, nisi quotidianam elemosinam;

Quare nobis pro parte ipsorum humiliter supplicatum extitit, quatenus pro solidiore eorum subsistentia, & quo devotiorem Domino reddere valeant famulatum, ipsis gratiose indulgere dignaremur, ut huiusmodi Sedis Apostolice privilegiis, libertatibus & indultis per nostram diocesin uberius frui & potiri valeant.

Nos igitur de predictis - - privilegiis rationabilibus, Ordini ipsorum in latiori forma elargitis, & prefatorum Prioris & Conventus - - S. *Wolffgangi* summa inedia & paupertate, relatione plenaria & fideli clarius informati; volentesque *Servos* gloriosissime Dei genitricis *Marie* in agro dominico constitutos, quantum possumus, favore prosequi gratioso; dictis Priori & Fratribus professis & eorundem successoribus, ut huiusmodi S. Apostolice gratiis - - - in & per nostram diocesin *Moguntinam* potiri & gaudere possint - -, presentium tenore concedimus & indulgemus. Volentes, ut in his haud secus

reci-

recipiantur, admittantur, foveantur ac promoveantur, quam Fratres professi pretactorum quatuor Ordinum Mendicantium.

Quocirca omnes & singulos Abbates, Prepositos, Decanos, Plebanos Viceplebanos Capellanos presbyteros & Clericos — — — gratiose adhortamur, presentiumque tenore districte precipiendo mandamus, quatenus dictos Priorem & Fratres per nos sic admissos, cum ad vos venerint, benigne admittatis, foveatis, & diligenter in eorum negotio promoveatis; in eo mandato nostro satisfacturi. Ordinatione, moderatione & revocatione, aliisque iuribus nostris — — —, & presertim in subsidio, Biennalibus prestandis &c. nobis & successoribus nostris, in his semper salvis manentibus.

Datum sub Sigillo nostro presentibus appenso. XI. Februarii Anno Domini MDXX.

Alias de primævo huius Loci Cultore ac Instauratore faciunt sequentia, ex Litteris RAYMUNDI, *tit.* S. Mariæ Novæ *Cardinalis* Pairanti *decerpta, sub dato 1502.*

ERASMUS *Hasesus* laicus - - - Sacellum in honorem S. *Wolffgangi* in nemoribus, ad distantiam medii miliaris ab opido *Hanaue* construxit; quod quidem sacellum paulatim in ecclesiam, per nonnullorum Xpi fidelium — — — elemosinarum erogationem pro structure complemento porrecte successu temporis in tantum excrevit, quod sibi nomen Monasterii, licet nullius reputationis, usurpaverit: In quo quidem monasterio quatuor duntaxat Fratres Religiosi, *Servi Marie* nuncupati, existunt; & nisi - - - elemosinis - - - eis suffragantibus vite sustentationem haberent, neque in eodem perseverare possent. Et, ut idem locus Monasterii titulum sortiatur plenarium, non sit verisimile, — — — — eo quod in loco nemoroso atque deserto constituatur; & quod ad ipsum monasterium, presertim Dedicationis tempore, magna diversorum — — hominum copia, & innumerabilis pene lenonum & lenarum — — — — multitudo congregatur (*&c.*)

CCXCV.

CCXCV.

Dispositio quoad Cancellariatum Imperii.

1521.

ex Aut. CAROLVS *divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germanie, Hispaniarum, utriusque Sicilie, Hierusalem, Hungarie, Dalmatie, Croatie Rex. Archidux Austrie, Dux Burgundie, Brabantie, & Comes Habspurgi, Flandrie, & Tirolis &c.*

Ad culmen Imperialis dignitatis evecti, summa ope incumbere debemus, ut onus tanti muneris suscepti ad laudem Omnipotentis DEI, commodum universe Christiane Reipublice, & fidelium dilectorum subditorum nostrorum conservationem, precipue in his que Iustitiam concernunt, legitime & debite administremus; quo nihil magis exoptamus, ad idque continue mentis nostre aciem intendimus, studiumque totum nostrum dirigimus.

Cum igitur Reverendissimus in Christo Pater, Dominus ALBERTVS, tit. S. *Chrysogoni* presbiter Cardinalis *Moguntinus*, princeps Elector, Consanguineus noster charissimus, tam ex antiqua consuetudine & Constitutione imperiali, quam electione nostra, per Germaniam Archicancellarius existat; de cuius industria, prudentia, rerum experientia, integritate, iustitia, summisque aliis virtutibus confisi, eidem, in partem sollicitudinis nostre vocato (sicuti debuimus) rerum imperialium omnium curam, administrationem & expeditionem demandaverimus; non dubitantes quod iniustum aliquid, impium aut indecorum, vel cuipiam preiudiciale emanare possit ubi tanti Principis nostri solertia intercessit; propterea non indignum duximus, expressius etiam dicte Cancellarie regimen demandare; ad hoc etiam, ut expeditiones omnes eiusmodi, ab uno duntaxat emisse, magnis confusionibus ac fraudibus viam precludant.

Motu

Motu igitur proprio, & ex certa noſtra ſcientia ac animo deliberato ſtatuimus & ordinamus, et hoc preſenti noſtro indulto ſancimus, quod in Archicancellariatu eiusdem R^mi *Moguntini* nullus, cuiuscunque conditionis, ſtatus, gradus, dignitatis vel preeminentie exiſtat, ſive Secretarius, ſive Conſiliarius aut Referendarius, Magiſter Requeſtarum, vel Audientiarius, vel alius quispiam Privilegia ſive Literas quascunque, cuiuscunque generis ſint, vel quocunque nomine cenſeantur, ad Imperium noſtrum concernentes, ex quibus aliqua ſpectet ſeu ſpectare & pertinere poſſit utilitas & emolumentum, prefato archicancellariatus officio per Germaniam, ſive etiam ſint Preces regales, vel nominationes Imperiales, audeat nobis ad ſignandum offerre, ſubſcribere, ſecretariare, aliquo Sigillo ſigillare, edere, vel partibus dare aut diſtribuere, niſi prius per eundem R^mum Principem ALBERTUM *Archicancellarium* viſe, approbate aut ſubſcripte fuerint: Et tunc, cum per nos ſignate, & per Regiſtratorem ad id deputatum regiſtrate, & de more inſcripte fuerint, eidem Archicancellario ſignande conſignentur, ac per eum, vel Taxatorem eiusdem Cancellarie, partibus vel cui ſpectaverint, conſignentur, & per nullum alium.

In abſentia vero Paternitatis ſue Reverendiſſime predicta omnia ſervari volumus in perſona Magnifici, fidelis noſtri dilecti, MERCURII de *Gattinara*, noſtre Curie magni Cancellarii, qui Sigillorum cuſtodiam dicta abſentia durante obtinebit, & expeditiones Latinas viſitabit, et, ſi libuerit, ſignabit, ſicuti ei alias per privilegium conceſſimus, cui ac ceteris ipſius magni Cancellarii iuribus nequaquam derogare intendimus. Alius autem Secretarius quispiam ex noſtra Imperiali cancellaria, cui R^mus Archicancellarius, *quantum ad ſignaturam attinet*, locumtenentem dederit, vice & nomine ipſius ſubſcribet. *Cancellarius ſubſtitutus.*

Si quis autem aliter, quam preſenti Edicto ſtatuimus, auſu temerario preſumpſerit quicquam attentare, ipſo facto officio & dignitate qua preditus ſit in Curia noſtra, & omni proviſione, ſeu ſtipendio & ſalario, cenſeatur & ſit privatus,

& tanquam falſarius perpetuo infamis exiſtat, plectetúrque pena falſi. Si vero fuerit quiſpiam alius; infamiam, penam falſi ac alias, arbitrio noſtro imponendas, ſe noverit incurriſſe.

Privilegia vero ſeu literas huiusmodi, ut ſuperius diximus, alio quam propoſito ordine privatim extortas vel impetratas, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, ex eadem certa noſtra ſcientia & animo deliberato ſubrepticias & obrepticias fore & eſſe declaramus; ac, tanquam perperam & male impetratas, nullius roboris vel momenti eſſe decernimus, nihilque impetrantibus ſuffragari, ac pro nullis, & perinde acſi impetrate non fuiſſent, tam in Iudicio quam extra, haberi & teneri debent.

Et ne quis preſentis noſtri Edicti ignorantiam pretendere valeat, per has noſtras mandamus, quod copia eius deſcribatur, & manu eiusdem Archicancellarii ſubſcripta, & Sigillo noſtro ſigillata, in domo vel in Cancellaria eiusdem Archicancellarii, in loco publico ab omnibus conſpicienda apponatur, & cuicunque eius copiam petenti, ſub Sigillo noſtro vel fide publica ſemper detur, ut poſſint eam contra huiusmodi falſas impetrationes ubique producere, & eas impugnare, quo ſit ſemper in perpetua obſervantia hoc Edictum noſtrum, cui per aliquas Literas noſtras nullatenus derogari poſſe volumus,

Harum teſtimonio Literarum, manu noſtra, ac ſubſignati Secretarii noſtri ſubſcriptarum, & Sigillo noſtro munitarum. Datum in Civitate noſtra Imperiali *Wormatia* XX. menſis Februarii. Anno Domini MDXXI. Regnorum noſtrorum, Romani ſecundo, aliorum vero omnium ſexto.

CAROLVS.

Ad mandatum Sereniſſimi Domini
Imperatoris proprium.

PH. *Nicola.*

PARER-

PARERGVM.

Brevis extractus Relationis, de successu rerum in Comitiis, Norimbergæ *habitis.*

Anno 1522.

In hoc Conventu Oratio per Rev. in Christo Patrem, D. FRANCISCVM *Iosephit*, Ordinis *Minorum* S. *Francisci* de *Observantia* Episcopum *Seguiensem*, Oratorem Regis Hungariæ, edita fuit, & cum gratia peracta; tribulationum Hungarorum deplorativa, et pro expeditione contra Turcas implorativa & animativa.

CCXCVI.

Ex MS. Coævo.

ANNO 1527. die 9. Maii Venerabilis Generosus ac Nobilis D. HENRICVS, ex familia Baronum (*Reuss*) de PLAVEN, Decanus *Colon.* & Canonicus *Mogunt.* completis 45 annis possessionis Prebende sue, pro *Iubilario* admissus est, et ordo talis observatus: Pulsatum ad Horas diurnas & ad Missam, sicuti in Festis Dominorum, demptis Vesperis. Sub decantatione Primarum predictus Dominus, absque Crinili & serto venit, stetitque in supremo latere Cantoris. Missa vero celebrata & cantata per Canonicos, de Sanctissima Trinitate in ornatu antiquo blavio samathino, presentibus Caduceatoribus. Altare . . mansit in suo feriali vestito ac ornatu. Finitis Missarum sollemniis, & *Nona* cantata, exivit Iubilarius inter duos supremos Prelatos ad *Locum Memorie* * & ad aulam Capitularem, in qua brevis Oratio habita per Concionatorem D. FRIDERICVM *Nauseam*. † Ad prandium autem soli Capitulares erant invitati, exclusis omnibus aliis. Cuilibet vero persone, inclusis famulis Campanatorum, Sacristarum, Rectore, Choralibus, panis magnus & integrum quartale vini datum est.

* *T. II. p.* 860.

† Hic

† Hic *in principe ecclesia cathedram, magno auditorum fructu, suaque ipsius laude annos tenens aliquot, ad idem in Aula* R. R. Ferdinandi *fungendum munus accersitus, se tam praclarum exhibuit, ut* Viennensis *Episcopatus infula meruerit condecorari.*

Ipse Henr, *Iubilarius* ꝏ 1530. *T. II. p.* 845. *Epitaph.*

CCXCVII.

Instrumentum Publicum,
quo Collegium Electorale protestatur contra Tractatus Bononiæ *ab Imp.* Carolo *cum PP.* Clemente *& Principibus* Italis *cusos, nec non illic susceptum Diadema.*

1530.

[*p.* 840. *n.* 5.]

In Gottes nahmen Amen. Khunt und offenbar sey alermeniglich so dis offen Instrument sehen, lesen, oder hören lesen, das im Jar --- MDXXX uff Freitag den XXIX tag des monats Iulii umb drei uhr nach mittentag, Indict. III. *Pontificatus* -- Clementis *Papæ VII. anno VII*, die (*tit.*) Herr Albrecht, der H. R. R. --- Cardinal — — zu Meinz, Herman zu Cölln, — — Johan Hertzog zu Sachsen — — —, Joachim Marggrave zu Brandenburg — — — Auch die --, Her Johan von Metzenhausen Dumprobst zu Trier, Dieterich von Stein, Her Schenck Valentin von Erpach, und Ludwig von Fleckenstein, Pfaltzgräfflicher Hofmeister, der (*tit.*) — — — Fürsten, Hern Reichards zu Trier, und Ludwigs Pfaltzgrafen bey Rhein — — —, beeder Churfürsten, zu diesem ausgeschriebenen Reichstag gen Augspurg geschickten Pottschafft, inn gegenwart mein hieunden geschrieben Notarien und der Reichs Hendel Secretarien, durch den -- Hern Caspar von Westhausen

El. I. 4. præsentes, & absentium Legati,

per Cancell. Mogunt. *Notario P. manifestant,*

sen, der Rechten Doctor und Meintzischen Cantzler, von irer aller Churfürstl. Gnaden, und der gemelten Bottschafften wegen nachvolgend anzeig u. eröffnung thun lassen, wie der Allerdurch- leuchtigst — — — Her Karl der Fünfft, Römischer Kay- ser — — — — Irer Churf. Gn. — — disse meinung zu erken- nen geben lassen hab, nemlich: *sibi ab Imp. CAROLO insinuata:*

Wie ire Kayserl. May. sich aus irem Hispanischen König- reich inn Ytalien gethan, des nemblichen fürsatz und gemüts, ir Kay- serliche Crönung zu Rome zu entphahen, und dann ire Mayestät solichs meinen gnedigsten Hern den Churfürsten aus Genua inn Schriff- ten zu erkennen geben, und angezeugt sich darnach wüsten zu richten; und sich darauff von Genua gen Placentz gefügt, daselbst allerley ob- liegende der Ytalischen geschefft u. Hendel ausgericht; Inn dem hab ir May. vernomen, das sich der Thurck mit einem merglichen Heer- zugh auf Hungern gethan, iren Bruder Ferdinandum und das Oe- sterreichisch Ertzhertzogthumb überzogen, und die Statt Wien bele- gert; davon ir May. bewegt, alle Sachen zuruck geslagen, und sich mit allein irem vermögen darzu geschickt, willens, in eigner Per- son irem Bruder Ferdinand zu Hilf zu ziehen; *a) traiectum ex Hisp. in Italiam, ut Romæ corona-naretur.* *b) Invasionem Turcicam,* *c) Vrbis Vienn. obsidionem, Ferdo. personaliter succurrere paratus,*

In des were irer May. khuntschafft zukommen, wie der Thurck widderumb auffgeprochen, und zuruck gezogen sein sollt; hab ir May. sich geyn Bononien zu Babstlicher Heiligkeit (die dann auf irer May. bewegen der zeit daselbst gewesst) gethan, und mit irer H. des Reichs u. Cristenheit Sachen halber Underrede gehapt, auch da- selbs die Ytalische Lannde (Gott lob) zu fride u. aynigkeit gebracht, doch one nachtheil des Römischen Reichs, welches ir May. inn allen Verträgen ausgenommen hetten; mit erpieten, wo man es haben wolt, dieselbig Vertrege anzuzeugen; Und weren alle Sachen inn Ytalien dahin gericht gewest, das ir May. on alle gefhar und unverhindert mennigliches ir Crönung wol hett mögen entphahen; Aber inn Beden- cken und Erwegen, so ir May. gen Rome gezogen, das das Kö- nigreich Neapolis (von dem ir May. hievor aufs vleissigst gepetten worden were sie zu besuchen) hett bey ir M. weither u. hefftiger ange- halten; Eam vero solutam audiens, Contulerit se Bononiam, varia cum Pont. tractandi causa; res solum Ital. tangentia, illis Imperii exceptis, cum oblatione, communicandi ea,

Romæ se faciliter inaugurari potuisse, nisi rogatus, iter Neapolim *aggressus; Hinc præter spem distentus, diadema suscepisset* Bononiæ. *Negotiis tam arduis obrutus, Septemviros illuc evocare sibi temperaverit, ad parcendum itineris incommodis, ac sumptibus. Gesta quæcunque sint, tendere in bonum publicum; Iuribus ELL. &c. omnino salvis. Contra hæc insinuata,* signanter Conventiones se inscijs factas,

halten; Dieweil dan ir M. in demselben irem Königreich zuvor nit gewest, und die notturfft das wol erfordert, het ir M. das mit Fugen nit wol abslagen mögen; welches dann ir M. gros verhinderung bracht, daß sie desto langsamer inn das Heilig Reich khommen; davon were ir M. verursacht, und ir Kayserl. Crönung zu Bononien entphaen.

Nach dem aber ir May. der zeit zu Bononien mit vielen großwichtigen geschefften beladen gewest, so het ir M. die Churfürsten nochmals nit beschreiben, und iren Fürstl. Gnaden bestimpte zeit u. Malstat ernennen mögen, inn der sie auff ir M. Crönung hetten erscheinen können; Darzu hab ir M. die Churfürsten mit mühe u. Costen nit beschweren wollen.

Darumb stünde ir May. gnediglich begeren, daß meine gnedigste Hern die Churfürsten, und der abwesenden Bottschafften obgemelt, des khein beschwerung tragen wollten, dann es allen Sachen zu Furderung u. Besten bescheen were; Es sollte auch iren Churf. Gn. an iren gerechtigkeiten, alten herkommen u. gepreuchen gar unnachtailig und onschedlich sein.

Dieweil nu gedachte meine gnedigste Hern die vier Churfürsten, und der abwesenden Bottschafft obberürt, ab solcher Kayserl. May. anzeig vermerckten, daß ir M. mit den Ytalischen Landschafften Vertreg und Pect eingangen u. ufgericht, inn den ir M. das Römisch Reich ausgenommen haben solt; Und dann ir Churf. Gn. vom inhalt derselben Vertreg keyn wissen, noch die gesehen oder gehört hetten, auch one irer Churf. Gn. wissen u. willen aufgericht weren; So theten gedachte meine gnedigste Heren, Maintz Cölln Sachssen und Brandenburg, auch der abwesenden geschickten Rhete obangezeigt, hiemit für mir hieunden geschrieben Secretarien und Notarien, auch den Zeugen dazu erfordert, offentlich protestiren, und bezeigen, ob etwas in denselben Vertregen gesetzt, betheidingt, oder angenommen, das izo, oder inn khünfftige zeit dem H. R. Reich inn eynichen weg zu abbruch, oder nachteil khommen

soder

oder raichen mocht, daß ire Churf. Gn. darin nit gehelet oder bewilligt haben wollten. Daß auch solichs, darzu daß die Kayserlich Crönung in irer der Churfürsten abwesen bescheen, und andere zum theil ir Churfürstlich ampt verwesen, dem H. Reich, iren Churf. Gn. derselben Nachkommen und Erben gar unvergreifflich und onnachtailig sein, und pleyben soll.

nec non omnia in solen. Coron. sibi competentia, Princ. exteris demandata, ELL. *protestationem interponunt;*

Und demnach mich - - - Notarien requirirt, und begert iren Churf. Gnaden darüber ein oder mehr Instrument, so offt vonnöten, zu machen und zu übergeben, auch soliche ir C. G. gethane Protestation bey des Reichs Sachen und Hendel in glaubwirdiger form eigentlich zu registriren und zu schreiben.

ad Acta imperii registrandam.

Geschceen seint disse Dinge zu Augspurg auf dem Rhatthauß inn der Kurfürsten Rhatstuben, im Jahr, Tag, Monat - - - wie oben geschrieben steet. Inn beysein der Durchleuchtigen, Hoch- und Wolgepohrnen, Strengen, Edlen, Hochgelehrten, u. Erenvesten, meiner gnedigen günstigen Herren,

Rei gestae locus: Conclave Elect. in Curia August.

TESTES

Her Hanß Friderichs Hertzogs zu Sachssen.
H. Dieterichs Grafens zu Manderscheid.
H. Albrechts Grafen und Hern zu Mansfeld.
H. Anarchs Her zu Wildenfels.
H. Valentins von Tetteleben, Doctor, Probst, und Dhumhere zu Meintz u. Magdeburg.
H. Bernhards von Hagen, Probsts, Doctor und Thumhere zu Cölln, Cölnischen Cantzlers.
Wolffen von Mörlin, genant Beheim, Meintzischen Marschalcks.
Philips von Helmstat, Pfaltzgräffischen Rhats.
Her Melchior Barfus, Comters zu Quartzen.
H. Friderichs von Thon. H. Hansen von der Planitz. H. Hansen von Minckwitz. H. Hansen von Wiesenbach. H. Gobert von Jagen;

alle

alle Fünff Ritter. H. Georgen Bruch, und H. Christians Beyer, Sächsischen Cantzlers, beide Doctores, als Zeugen darzu sonderlich gebetten und erfordert.

Und dieweil ich Andreas Rucker † von Selgenstatt, beweibter Clerick * Meintzer Bischtumbs, von Kaiserl. gewalt uffenbarer Notari, Meinzischer, und inn Reichs Sachen Secretari, †. bey obgeschriebener Anzeig, Protestation, und Requisition, auch allem anderen wie oberzelt, mit sampt den benanten Zeugen gegenwertig gewest, und das solichs also geschеen, gesehen u. gehört; So hab ich dies offen Instrument, durch eynen andern auf meinem bevelch trewlich geschrieben, gemacht, inn dise offen form bracht, und mit meynem gewenlichen Namen u. Zeichen verzeichnet u. underschrieben, zu glaubwürdiger Urkhunde aller obgeschr. dinge innsonder darzu requirirt u. erfordert.

* Per Clericum coniugatum *intellige, qui primam duntaxat habuit tonsuram, vel 4. minores.*

† *Hic* ANDR. *R. Vir fuit in rebus Imperii apprime versatus, de quibus etiam studio & industria singulari duo volumina (in Archivo* Mog. *latitantia) conscripsit: Alterum sub titulo*

Sacratiss. & Invictiss. Imperatorum
Maximiliani & Caroli V.
Archiducum Austriæ
Electiones & Coronationes in Rom. Reges.

Alterum:

Coronatio CAROLI V. in Imperatorem
Anno 1530. Bononiæ.
Item Electio & Coronatio FERDINANDI
in Roman. Regem.

Dignissima sane, quæ, utinam ex tenebris, iuris publici fierent. Primum Volumen dedicavit ALBERTO, *Principi ac Domino sibi propensissimo, ut ipsemet gloriatur in Epigrammate:*

Hæc inquam congesta Tuo sub nomine, luci
Edidit *Andreas*, toto tibi pectore *Rucker*,
Servulus: archanos cui tu committere sensus
Haud renuis: — — — —

Conf. nostra SILLOGE *p. 543.*

CCXCVIII.

CCXCVIII.

NE *Germaniæ deesset*, *qui* Caroli *vices extra eam iterumque agentis suppleret*; *in Rom. Regem*, Coloniæ (5. *Ian.* 1531.) *eligi curavit* FERDINANDVM: *Is*, *Coronationis causa pergens* Aquisgranum, ALBERTO, *ob præstita sibi officia gratus*, *peculiari diplomate varia dedit privilegia*; *simul notabile eius confirmans propositum*, *ut ex passu liquet sequente*.

1531. 13. *Ian.*

ET quoniam idem Elector ex certis & bonis respectibus animum suum ad id moventibus, reliquos dies, quos sibi Dominus DEVS concedet, in pace & tranquillitate transmittere, seque ad vitam & statum quietiorem reducere constituit; commisso & concredito Coadiutoribus idoneis & sibi bene visis, Ecclesiarum terrarum & provinciarum sibi subiectarum gubernio; reservatis item sibi quibusdam duntaxat reditibus, proventibus, castris & oppidis quatuor, videlicet Castro S. *Mauritii* in oppido *Hallis* cum ipso Oppido, ac *Gebichensteinio* & cunctis suis pertinentiis: Castro *Quernfurt*, cum Oppido & suis attinentiis: Castro *Calbe* cum Oppido & suis attinentiis: Castro *Wolmerstet* cum advocacia molendinorum & suis coherentiis, vel totidem aliis loco illorum nominandis, unde honeste statum suum intertenere, ac ibi commode habitare vel commorari possit;

Nos quoque pari modo promisimus, omnes & singulas conventiones & contractus, super quibus ipse Elector *Moguntinus*, cum predictis conditionibus vel nunc concordaverit, aut imposterum quandocunque concordare voluerit, confirmare & roborare, eumque in iis & circa ea firmiter, efficaciter & iugiter tueri, manutenere & conservare. Et si qui forte huiusmodi pactiones & conventiones arguere, culpare, aut retractare, vel impetere presumerent, tales ad observationem & completionem omnium eiusmodi pactorum & conventionum cogere & compellere volumus, & debemus.

Dabimus insuper omnem operam, partesque & vices nostras apud dicti Electoris aut Ecclesiarum suarum prenominatarum Capitula, simul vel successive, per nosmet ipsos, & ad nullius instantiam sive requisitionem interponemus, & efficiemus ad hoc, quod huiusmodi Coadiutores, nominatos & electos, aut nominandos & eligendos, acceptent & admittant, pâctisque & contractibus inter partes illas erectis, vel erigendis & concludendis pareant, eosque & ea inviolabiliter observent & custodiant; & contra hanc Cedentis vel Coadiutorum voluntatem & transactionem nihil committant, vel quoquo modo attentare presumant.

CCXCIX.

QVOD *vitæ tranquillioris desiderio secum statuerit* ALBERTVS *Ecclesiarum suarum regimen deponere, patescit ex anteced. Et re ipsa propositum executurus, initium fecit cum* Metropoli Moguntina; *in qua, ut sibi cum futura successione daretur* COADIVTOR, *& quidem* WILHELMVS *Episcopus* Argentinensis, *serio, nec infructuose laboravit. Designabatur namque eodem h. a.* 1531, *XI. die Martii. Verum ex caussis, quas minime prævidebat, gravissimis tamen, remisit* Coadiutoriæ *nuntium Princeps. Et, ne ulla Electionis post hac extaret memoria, curavit, una cum* ALBERTO *&* Capitulo, *ut acta, & quæcunque coram ipsis Tabellionibus non itapridem desuper gesta, fuerint cassata penitus, & abolita; immo plane ex eorundem protocollis eliminata; Litteræ etiam, confirmationis ergo* Romam *transmissæ, debuerint revocari. Atque hæc sunt, quæ subiunctum Instrumentum explicat paullo diffusius.*

[*p. 841. n. 13. 15.*]

IN NOMINE DOMINI AMEN. Anno a nativitate eiusdem MDXXXI, Indict. IV, die vero XXIV. mensis Novembris, *Pontificatus SS*^mi^ *in Christo Patris & D. N. Domini* CLEMENTIS *divina providentia Pape* VII *anno octavo,* consti-

constituti personaliter, Illmus, & Reverendissimi Domini, ALBERTVS *S. R. E. tit. Divi Petri ad Vincula presbyter Cardinalis, Legatus natus, & Moguntine ac Magdeburgensis Ecclesiarum Archiepiscopus, S. R. I. princeps Elector & per Germaniam Archicancellarius, Primas, Administrator Halberstadensis, & Marchio Brandenburgensis &c.* Et WILHELMVS *Episcopus Argentinensis, Landgravius Alsatie &c.* in Capitulo Ecclesie *Moguntine*, loco capitulari solito & consueto, ad hoc specialiter capitulariter convocato & congregato; exposuerunt, ac respective exponi fecerunt, quod licet nuper, die *XI. mensis Marcii* proxime preterita, mane hora undecima vel circa, presentis anni (1531) ipse Rmus & Illmus Dominus ALBERTVS Cardinalis & AEpiscopus *Mogunt.* ex pluribus rationabilibus & pregnantibus causis, animum Rme & Ill. Dominationis sue ad hoc moventibus, ipsum R. D. WILHELMVM Ep. *Argentinensem*, de voluntate & expresso consensu ac beneplacito ipsius Capituli, ad hoc tunc etiam capitulariter congregati, in ipsa Ecclesia sua *Moguntina* in Coadiutorem perpetuum cum successione, in forma solita & consueta, ac sub certis modo & formis, ac iuxta certorum Articulorum continentiam accepisset, ac in eundem per SS. D. N. *Clementem* Papam *VII* prefatum, & Sedem Apostolicam dandum, deputandum ac designandum consensisset, ac consensum suum prestitisset; prout in certis patentibus Litteris sigillatis, nostris, utpote Notariorum publicorum de hoc rogatorum, manibus subscriptis, extensis, ac in publicam formam redactis, Decretum postulationis Coadiutorie huiusmodi in se continentibus ad longum haberetur & contineretur; Et ipse Rmus D. *Wilhelmus* etiam tunc personaliter presens in deputationem & designationem Coadiutorie huiusmodi de persona sua prefato — — D. *Alberto* Cardinali — — — per prefatum S. D. N. & Sedem Apostolicam sub eisdem modo & formis, & iuxta continentiam & tenorem predictorum articulorum, eidem Decreto postulationis Coadiutorie insertorum, quantum in eo erat, & quatenus eundem Coadiutorie negotium huiusmodi concernebat, etiam consenserit, & consensum suum prestiterit; Quodque in omnium *hoc in* negotio

Dies electionis Wilhelmi *in Coadiutorem.*

negotio tunc actorum, factorum & gestorum fidem & testimonium, tam dictus — — — D. *Albertus* Cardinalis & AEpiscopus, quam ipse D. *Wilhelmus* Ep. ac etiam venerabile Capitulum *Mogunt.* (quod etiam in Coadiutoriam huiusmodi, illiusque deputationem & expeditionem consensum suum prestitit ac dedit) dictum Postulationis decretum suis impendentibus Sigillis respective communiri fecerint, & illud - - etiam postmodum pro Coadiutorie - - expeditione ac effectuali deputatione ad certos Procuratores in Romana curia, tam per prefatos - - - D. *Albertum* - - quam ipsum D. *Wilhelmum* Ep. *Argent.* simul, communiter & coniunctim per ipsos constitutos, transmiserint;

Renuntiationis causa;

Tamen re adhuc integra, & Coadiutoria - - nondum ad notitiam Romani Pontificis deducta seu expedita, vel etiam consistorialiter, uti consuevit, admissa, *quedam pergrandes, notabiles & ardue* cause de novo emersissent, tempore prefatorum consensuum in Coadiutoriam — — — — prestitorum non cogitate; propter quas R^mus D. *Wilhelmus* - - - prefatus, qui onus expediende Coadiutorie - - in se suscepisset atque assumpsisset, ad *ipsius* expeditionem ulterius procedere non intenderet; neque, ut illa expediatur, sibi aliquo modo expedire affirmaret.

Prima,

Et in primis propterea, quod per multos fide dignos admonitus & certificatus fuisset, quod si Coadiutoriam huiusmodi expediri, & ad effectum perduci contingeret; quod hoc sine ingenti iactura honoris, nominis & fame sue, etiam sine periculo & discrimine vite ac status sui, fieri non posset. Et quod Subditi ipsius in diocesi *Argentinensi*, præsertim illi qui morantur in confinibus *Elvetiorum*, iam practicarent, imo publice dicerent & affirmarent, quod si Coadiutoria illa *Moguntinensis* procederet, & propterea ipse Dominus *Argent.* Princeps eorum in diocesim *Moguntinam* se conferret, ipsosque, sine tuitione & defensione a finitimis *Elvetiis* invadendos, depopulandos & damnificandos dimitteret; quod ipsi alium Principem & Dominum, cuius auxilio & presiduo tutari & defendi possent,

possent, querere vellent; Quodque periculosis istis & tumultuosis temporibus nollent esse sine suo vero & legitimo Domino ac Principe, cui iuramento fidelitatis obstricti essent; ne illis contingeret, quod in Seditione popularium, & tumultu Rusticorum ipsis superioribus annis accidit; ut videlicet, quando Principe ac Domino suo, ipsiusque tuitione & protectione maxime indigerent, quod tunc se omni presidio & auxilio destitutos invenirent; & hoc modo non solum in bonis ac fortunis eorundem, verum etiam in vita & honore ipsorum damnificarentur; que omnia Principis sui presentia, hoc est ipso Domino *Argentinensi* presente, precaveri possent, quem etiam a se dimittere nollent.

Ceterum ultra premissa idem R^mus^ Dns *Wilhelmus* Episcopus — — fide dignorum relatione se etiam avisatum, certificatum & admonitum asserebat, quod si post expeditionem Coadiutorie *Moguntine* huiusmodi, eidem Coadiutorie satisfaciendo in regimine & administratione diocesis *Moguntine* (cui ex pactis & articulis eiusdem Coadiutorie per ipsum acceptatis presse teneretur) in diocesi *Mog.* residere intenderet, quod statim ipsi, in Episcopatu *Argentinensi* INTRVSVS daretur, & dandus esset, qui etiam iam pre manibus haberetur. Quodque post tractatus Coadiutorie - -, ac post prestationem consensuum ut premittitur in eandem, iam res diocesis sue *Argentinensis* ad tumultum & rebellionem respicere invente fuissent; essentque nonnulli principes & auctores nove seditionis & tumultus popularis in dioceli sua *Argent.* excitandi, capti & detenti, ex quorum confessionibus facile intelligeretur, in quanto periculo status Ecclesie sue *Argentinensis* futurus esset, si Coadiutoria - - *Moguntina* expediretur, atque ad effectum perduceretur, ipseque eidem Coadiutorie, & articulis in Decreto eiusdem contentis satisfacere, ut teneretur, deberet. *Secunda,*

Postremo allegabat, quod si Coadiutoria Moguntina - -, una cum retentione Ecclesie sue *Argent.* ad intercessionem & interpellationem ac preces *Sacre Cesaree & Catholice Maiestatis*, & Serenissimi Domini FERDINANDI *Romanorum Regis* apud *Tertia,*

Sedem Apoſtolicam gratis non expediretur, uti ſemper fieri ſperaſſet, quod in ipſius facultatibus non eſſet, neque in illis haberet quod ipſam ſuis ſumptibus & expenſis expedire, illiusque confirmationem, admiſſionem, ſeu deputationem, ac Eccleſie ſue *Argent.* retentionem a Sede Apoſtolica obtinere poſſet; Quodque de hoc articulo, tam a Procuratoribus ſuis ab Vrbe, quam aliis in Romana curia degentibus & Practicam Romanorum negotiorum habentibus parvam ſpem accepiſſet, & habuiſſet, quod ſcilicet Coadiutoria intuitu & contemplatione etiam Ceſarie & Regie Maieſtatum gratis expediri obtinerique poſſet; Et ideo propter cauſas preallegatas a Coadiutoria - -, ad cuius expeditionem etiam omnes facultates ſue minime ſuffecture eſſent, recedere haberet, prout etiam in preſentiarum ab eadem in effectu totaliter recedere intenderet.

Et idcirco premiſſis, ac aliis rationabilibus & urgentiſſimis cauſis, Illuſtriſſimus & Reverendiſſimi Principes & Domini, ALBERTVS Cardinalis & AEpiſcopus *Mogunt.* & WILHELMVS * Ep. *Argent.* prefati, in predicte Coadiutorie, a SSmo D. N. Papa - - & Sede Apoſtolica obtinende, ac petende, conſenſuumque in eandem, reſpective per ipſos coram Capitulo eccleſie *Mogunt.* predicto capitulariter - - - tunc congregato preſtitorum & exhibitorum, omniumque circa ea quomodolibet, tunc ac poſtmodum actorum, factorum atque geſtorum, ſingulorumque ſubſecuturorum caſſationem, cancellationem & annullationem, coram nobis Notariis publicis de eadem Coadiutoria ac Conſenſibus in eandem preſtitis atque rogatis, ac in quorum manibus Conſenſus predicti preſtiti fuerunt, ſponte & libere, ac ſcienter & bene deliberati, omni dolo & fraude ſecluſis, ac nulla ſiniſtra machinatione circumventi publice & expreſſe conſenſerunt, & Conſenſus ſuos caſſatorios (accedente etiam in caſſationem & annullationem - - - Decani & Capituli - - *Moguntini* — — —, quantum ipſos — — — *hoc* negotium concerneret & concernere poſſet, expreſſo conſenſu, voluntate & beneplacito) preſtiterunt.

* *natu Comes de Honſtein.*

Volen-

Volentes etiam, consentientes ac mandantes, tam ipsi Ill^mus ac R^mi Principes ALBERTVS — — — — quam WILHELMVS, ac Capitulum — — — prefati, quod dicta deputatio & designatio Coadiutorie, & consensuum per ipsos respective in eandem facta prestatio, tam in prothocollis nostrorum Notariorum de ipsa Coadiutoria rogatorum, ac etiam Instrumenta quecunque de ipsa per nos facta & in publicam formam redacta, & partibus forte per nos exhibita, & alie quecunque scripture, tam publice quam private, & presertim Instrumentum Decreti postulationis — — —, Sigillis eorundem, tam AEpiscopi, Episcopi quam Capituli prefatorum munitum, de quo supra facta est mentio, & quod ad Romanam curiam & ad Sedem Apost. pro expeditione — — missum asserebatur; & modo a Romana curia, ad scripta — — — *Alberti* Ar. & *Wilhelmi* Ep. communiter & insimul, ad Vrbem propterea destinata remissum affirmabant, ac statim in medium exhibebant, per nos Notarios cassentur, cancellentur, lacerentur, & in totum annullentur, Sigillaque abscindantur; ac cuique, tam Archiep^o quam Ep.^o ac etiam Capitulo Mog^o predictis, suum Sigillum restituatur; prout etiam ex tunc & incontinenti dictum Postulationis Coadiutorie Decretum, & alia quecunque - - Instrumenta — — — — — & quascunque scripturas cassarunt, cancellarunt — —, & perpetuo pro cassatis cancellatis & annullatis haberi & reputari voluerunt; atque ut cassa irrita & nulla sint, omnes, tam prefati — — — — AEpiscopus & Ep. quam Capitulum consenserunt, ac etiam ad superfluam cautelam omnes & quascunque copias, notas, seu etiam instrumenta publica eisdem Dominis — — — — respective per nos exhibita, que tamen modo apud se non haberent, realiter cassanda, nobis Notariis . . restituere, & eas ac ea se ad nos mittere velle promiserunt, prout etiam promittunt de presenti.

Prohibentes etiam expresse nobis - -, de dicta Coadiutoria, — — — — illiusque prestitis consensibus, utpote cassatis, annullatis & cancellatis, imposterum, & nullis unquam futuris temporibus, neque Ipsis, neque alicui alteri, de eisdem

eisdem unum ſeu plura — — — faceremus ſeu traderemus — — — inſtrumenta; nec ac illud faciendum aliquo modo nos obligatos & aſtrictos eſſe voluerunt, prout etiam de iure nos minime teneri affirmabant.

Et pro maiori cautela dictos — — — Conſenſus — — — — ipſis adhuc Dominis Principibus & Capitulo preſentibus aſtantibus & videntibus, & hoc fieri mandantibus, in noſtris prothocollis & matricibus ſcripturis manibus noſtris propriis caſſavimus & cancellavimus, & hoc verbo *Caſſatum & cancellatum* in margine eorundem prothocollorum - -, cum annotatione Teſtium, diei, menſis & conſulis, ſcripſimus atque poſuimus.

Poſtremo Ill^mus^ & R^mi^ DD. *Albertus* — — — & *Wilhelmus* — — —, omnes & ſingulos Procuratores ſuos in Romana curia, ad expeditionem Coadiutorie - - per ipſos coniunctim & diviſim conſtitutos, & per illos conſtitutos, procuratores forte ſubſtitutos, etiam ſtatim & in continenti revocarunt, & illis omnem poteſtatem & facultatem expediende Coadiutorie - - ademerunt, prout revocant & adimunt de preſenti.

De & ſuper quibus omnibus & ſingulis, tam — — — D. ALBERTVS — — — *Moguntinus*, quam — — Rev. Ep. *Argentinenſis*, ac ipſum etiam Capitulum - - ſibi a nobis — — infraſcriptis, etiam ſuper revocatione Procuratorum ſeorſim & ad partem, fieri atque confici petierunt, unum vel plura, publicum ſeu publica, Inſtrumentum & inſtrumenta.

Acta fuerunt hec in loco Capitulari Eccleſie *Moguntine*, ſub Anno, Indict. die & menſe quibus ſupra. Preſentibus Venerabilibus, Egregiis, ac Honorabilibus viris, Dominis, VALENTINO de *Tettenleben*, eccleſie S. *Bartholomei Frankfordenſis* Prepoſito, CRISTOFERO *Turck*, alias *Cruſewitz*, Cancellario *Magdeburgenſi*, Iurium Doctoribus, prefatique R^mi^ Domini noſtri *Moguntini* Conſiliariis, IACOBO *Piſtoris*, & PETRO *Dhürr*, Vicariis d. eccleſie *Moguntine*, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

ET

Et ego IOHANNES *Fabri* de *Wynneck*, Clericus *Moguntine* dioc. publicus facra Imperiali auctoritate Notarius, Caufarumque fancte *Mog*. fedis Scriba iuratus: Quia predictorum, narrationi, Confenfuum & Decreti poftulationis Coadiutorie - - caffationi, annullationi, cancellationi, promiffioni, prohibitioni, figillorumque reftitutioni & Procuratorum revocationi, omnibusque aliis & fingulis premiffis, dum fic ut premittitur fierent & agerentur, una cum prenominatis Teftibus & Connotario infrafcripto prefens interfui, eaque fic fieri vidi & audivi; idcirco prefens publicum Inftrumentum, manu alterius fideliter fcriptum, una cum Connotario meo fubfcripto exinde confeci: fubfcripfi, & in hanc publicam formam redegi; Signoque nomine & cognomine meis folitis & confuetis confignavi; in premifforum fidem rogatus & requifitus.

Et ego GEORGIVS *ab der Heyden*, Clericus *Salispurgenfis* diocefis, facris Apoftolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, nec non Venerabilis Capituli Ecclefie *Mogunt*. Secretarius iuratus, quia predictorum (&c.)

NB. Hofpes Moguntiæ *non fuerat* WILHELMVS, *ceu ab anno* 1499. *Capituli metrop.* Cuftos, *porro Vicarius in Spiritualibus Generalis, donec An.* 1506. *in* Argent. *Epifcopum promoveretur. Qua tamen Dignitas fibi non videbatur obftare, quo minus Alberti, in annis* 1516 - 1526. *ageret (fummacum laude) Locumtenentem.*

CCC.

IOANNI ALBERTO M. Brandenb. *Coadiutori* Magdeb. & Halberft. *intuitu officiorum ac confanguinitatis*, ALBERTVS *omnem promittit operam, ad difponendum Capitulum* Mogunt., *ut ab hocce pariter in Coadiutorem cum fucceffione eligatur.*

1535.

Wir Albrecht v. G. G. der H. R. Kirchenn des Titels *S. Petri ad vincula* Prieſter Cardinall unnd *Legatus* *ex aut.*

tus natus, zu Magdeburgk u. Meintz Ertzbischoff, *Primas*, des H. R. R. durch Germanien Ertzcantzler und Churfürst, *Administrator* des Stieffts Halbirstadt, Marggrave zu Brandenburgk, — — — Bekennen und thun khunt offentlich mit diesem brieve gegen mennigklich; Nach deme und als der Erwirdig und Hochgepornn Fürst, Her **Johan Albrecht**, Marggrave zu **Brandenburgk** ꝛc. beider unnserer Ertzstiefft und Stiefft Magdeburgk u. Halbirstadt Coadiutor, freuntlicher lieber Vetter u. Sohnn, sich in diessenn schweren u. geschwinden Leufftenn in unnserm Ertzstiefft Meintz vor eynen obristenn Rath und Hoffmeister, ann stadt eins Stadthalters gutwillig hat gepprauchenn lassenn, und in sulchem Dienste dermassen erzaigt u. bewiesenn, daß wir des nit unbillich besunder fruntlichs gefallenn tragen;

Demnach haben wir, auf guthem zeittigen rathe durch angezeigter Seiner Lieb Fr. dienste, auch der nahenn blutverwanntnus willenn, darmitt dieselbttige S. L. unns zugethann unnd verwantt seindt, darumb wyr dan meher vertrawens u. Glaubens zu Sr. L. als einem anndern herinne setzen, und dieselbttige darzu geschickt u. tuglich erkennen; gedachtem unnserm — — Vettern und Sohne glauplichenn und warhafftig zugesagt u. verschriebenn, als wir Sr. L. hiermit zusagen — —, bey einem Erwirdigenn Thumcapittel unnserer Ertzbischoffl. Kirchen zu Meintz, benebenn Sr. L. allenn muglichen Fleiß vorzuwenden u. anzukerenn, dieselbttigen dahin zu bewegenn, daß sie S. L. vor einen Coadiutorn cum succeſſione in gedachtem - - Ertzstifft Meintz auff u. annehmen, uff form u. maß wie wir unns des mit Sr. L. künfftigklich vergleichenn, und ir des nottürfftige Notteln der Vertrege werdenn stellenn lassen.

Reſerv. Alb. *ſibi regimen, archicancellariatum, &c.* Doch wollen wir in allwege uns hiermitt die zeitt unnsers Lebens vorbehaltenn habenn, wie unns dan zuforderst vorbehaltenn sein soll, unnsere Maintzische Ertzbischoffliche und Churfürstliche

Regi-

Regiment, Dignitet, Ertzcantzlariatt, Tittell, Session, Wapenn, auch alle andere preeminentz, Hocheitt und Freiheitt, wie wir die von wegenn des Ertzst. Meintz bis her gehabt; dieselbttigen auch hinfürder, ahne mennigklichs einrede unnd verhindernus die zeit unnsers lebens also zu gebrauchenn u. behaltenn; also, ob wir uff einenn gemessenen bevelch, wie wir unns des vergleichenn mögenn, S. L. unnsers abwesenns im Ertzst. Meintz, des Ortts vor unnsern Stadthalter, unnd in unserer gegenwerttigkeit vor unnsern obristenn Rahtt, an stadt eins Hoffmeisters geprauchenn, und St. L. solche Bürdenn aufflegenn würdenn, das S. L. dasselb nitt abschlahenn sollen.

Ipso absente Coadiutor aget Vicarium, Praesente vero, primum a consiliis, Auleque praefectum.

Unnd so wir bey vorberürttem unnserm Thumcapittel die bewilligung der Coadiutorey cum successione erhaltenn wurdenn, sollen S. L. bey zeitt unnsers Lebenns nicht meher, als den Tittel eins Coadiutors, unnd uff vorbeschriebenen Fahll in unserm abwesenn den Tittel eins Stadthaltters geprauchenn; sich auch, ausserhalb ires empfangenenn bevelchs, in keine weithere Regirung einlassen; die Confirmation sulcher Coadiutorey bey Bebstlicher Heiligkeitt mitt irem eignenn unkostenn selbst erlangenn u. aussbringenn; unns auch darentkegenn die anndernn Coadiutorey handelungenn unnserer Ertzstiefftе unnd Stiefftе, Magdeburgk u. Halbirstadt, samptt darauff erfolgtenn Instrumentenn der underschriebnenn Decrett, Consens, unnd erlangtten Confirmation, mit aller zugehörung, allennthalben abtretten, die frey lediglich übirgebenn, zustellen u. cassirenn, in bestendigster forme wie sulchs zu Rechtte am krefftigstenn geschehenn soll, kann oder magk. Alle argelist hierinne gentzlich hindann gesetztt, und ausgeschlossen.

Non alio titulo quam Coadiutoris Alberto superstite utetur; nec falcem sine mandato in messem regiminis mittet. Confirmationem sumptu curabit proprio: Cedetque vicissim ipsius dispositioni Coadiutorias suas Magd. & Halberst. cum omnibus appertinentiis.

Des zu warer urkunde u. stetter halttung habenn wir uns mitt aigner Handt underschriebenn, unnd unser Insiegell an dissenn brieff wissenntlich hengenn lassen. Der gebenn ist zu Halle uff Sanct

3. Nov. Moritzburgk, Mittwochs nach Omnium Sanctorum, nach Christi unnsers liebenn Herren geburtt Funffzehen hundert unnd im fünff u. dreissigstenn Jahre.

ALBERTUS Cardinalis *Moguntinus.*
manu propria subscripsit.

CCCI.

Confessiones & Responsiones Doctoris OTTONIS Pack *Captivi, ad Interrogationes ei factas in Castro* Vilvordie *Cameracensis diœcesis die XVI. Septembr.* 1536.

In Misnia *nobili stirpe natus, inter* GEORGII *Ducis* Saxoniæ *Consiliarios haud infimi erat nominis: Homo versutus, ac profusis sumptibus, quo vitio in alia delapsus. Is* Landgravio HASSIÆ, *ducis præfati Genero, variis se artibus insinuavit, & ad hunc sæpius a Socero mittebatur. Aperuit illi hac occasione Fœdus commentitium; eiusque copiam simul exhibens, spopondit, in forma authentica propediem se istud extraditurum. Finis autem rei fuit, ut* PACKIUS Cassellis *custodia mancipatus,* Hassia *pulsus, annosque aliquot oberrans, tandem interceptus, Anno* 1536 *capite pœnas dederit.* * *Totam rei seriem prolixe narrat* SECKENDORF Hist. Luth. *L. 2. S. 13. §. 35. Ex eoque* IOAN. *Vol. I.* p. 831. n. I.

*Antverpiæ

IN primis dictus Dr. PACK confessus esse dicitur, se copiam veluti authenticam eiusdem ficticii Fœderis tradidisse Illustrissimo Principi, Domino PHILIPPO *Landgravio* HASSIÆ, quod ipse, *Vratislaviæ* conclusum fuisse, asseruisset, & sibi traditum esse dixisset a quodam *Casparo Warissin.*

Interrogatus, quis illud Fœdus finxerit, & eius Minutam confecerit?

Respondit, se illud confecisse & dictasse, & postea dicto *Casparo* transcribendum tradidisse.

Interro-

Interrogatus, quare, & ubi, & quando illud fecisset?

Respondit, quod ei *torques paululum relaxarentur*, & quod dicturus esset omnem veritatem rei. Et dictis torquibus paululum relaxatis dixit, quod, cum *Landgravius* HASSIÆ veniret ad Oppidum suum *Cassel*, ubi ipse D. *Pack* fuisset, rediens Landgravius a suscipiendo quodam filio Principis ex baptismate, dixisset ipsi Doctori, quod intellexisset, quoddam Fœdus *Vratislaviæ* a nonnullis Principibus cum Serenissimo Domino FERDINANDO nunc Romanorum Rege contra ipsum Landgravium, ac Illustrissimum Principem Electorem & Ducem *Saxoniæ* cum aliquot Principibus Germaniæ initum, inter quos etiam erat præfatus Illmus D. *Georgius* Dux *Saxoniæ*, eius Socer; et quod valde institisset ipse Landgravius apud ipsum Reum, ut ei indicaret de hoc fœdere.

Qui Reus dixisset tandem, fœdus huiusmodi contra eum & ipsum Electorem SAXONIÆ fuisse factum *Vratislaviæ*. Cum autem ipse Landgravius peteret copiam huiusmodi fœderis, & minitaretur ipsi Reo, nisi daret ei illius copiam, quod indicaret Illmo Dno *Georgio* Duci *Saxoniæ* Principi & Domino ipsius Rei, quod per ipsum Reum de hoc fœdere admonitus esset; Si vero sibi daret copiam huiusmodi fœderis, quod perpetuo rem celaret, neque cuiquam quicquam faceret occasione huiusmodi fœderis. Et sic ipse Reus promisisset Dno Landgravio, quod, quando veniret *Dresam*, hoc esset ubi ipse Dux *Georgius* tenet Curiam suam, daret sibi copiam authenticam huius fœderis. Et cum sic a *Cassel Dresam* pergeret, in eo itinere tenorem - - fœderis commentatus est. Et cum pervenisset ad oppidum *Creutzberg*, incepit tum illius fœderis minutam conscribere; quam *Dresam* veniens, perfecit, & dedit illam prima nocte *Warissin* transcribendam. Et quia triduum postea Landgravius *Hassiæ* eum subsecutus est, & *Dresam* venit; et ipse Reus non haberet

beret spacium nec oportunitatem; ut illi Sigilla Ducis *Georgii* principis sui apponeret, *detraxit aliis Litteris ipsius* D. Ducis GEORGII *antiqua sigilla*, *quæ dictæ copiæ affixit*, & tunc sic obsignatam, dicto Landgravio veluti copiam authenticam tradidit.

Interrogatus, postquam promisisset Dno Landgravio exhibere originales Litteras huiusmodi fœderis, modo ad eum mitterentur *quatuor mille florent Rhenenses*; num constituisset, falsas etiam Litteras originales huiusmodi fœderis fabricare seu conficere?

Respondit quod non, quia etiam non fuisset ei possibile, propter multitudinem sigillorum, que illis appendere debuisset. Sed cum D. Landgravius tam instanter ab eo exegisset originales Litteras, dixit, quod oporteret eum habere *quatuor mille florenos*; sed decreverat, extra patriam ad dimidium annum discedere, & non putabat, quod Landgravius, fratri ipsius Rei, illos *quatuor mille fl.* exsoluturus esset, nisi Litteræ originales huius fœderis exhiberentur.

Interrogatus, an missus fuisset a D. Landgravio ad *Woywodam* in *Hungariam*, quod ei hoc fœdus indicaret?

Respondit quod non, sed tamen, quod ei obiter recitasset tenorem - - fœderis, vix tamen viginti verbis.

ET quia LVTHERVS scripsit in quadam epistola ad WENCESLAVM *Lyncum* Concionatorem *Nurembergensem*, in qua dixit, *ego* inquit *sciens scio*, *fœdus istud non esse merum nihil*; et ipse Reus in alia sua confessione confessus est se fuisse apud *Lutherum*;

Interrogatus, an ipse quoque, fœdus hoc factum esse, *Luthero* persuasisset?

Respondit quod non, quia ipse non fuisset apud *Lutherum*, nisi post captivitatem suam *Cassellæ*; & ipse *Lutherus*

therus ſcripſiſſet eam epiſtolam *Wenceslao Lynco*, cum ipſe Reus eſſet in captivitate ſua *Caſſel*.

Interrogatus, an ipſe *Caſpar Wariſſin*, qui ſcripſiſſet hoc fœdus iuſſu ſuo, ſciviſſet, illud falſum & fictitium eſſe? et an aliquid premii pro eo accepiſſet?

Reſpondit quod non; ſed quia verſabatur ſemper in domo ſua, dixit ei: *Hæc ſunt nova; tranſcribas ea*; et ſic ille hoc fœdus tranſcripſit.

Poſt has huius *Doctoris*. PACK confeſſiones & reſponſiones depoſitus eſt a *Banco torturæ*, & ſedere iuſſus in alio ſcamno ſeorſum, & veſtibus ſuis coopertus. Ibi

Interrogatus, an adhuc ſua ſcripta dicta omnia confiteretur, quæ in Banco torturæ & tortura confeſſus fuiſſet?

Reſpondit, quod ſic.

Interrogatus, an vellet in eis usque ad mortem perſiſtere?

Reſpondit, quod ſic, & quod daturus eſſet in ſcriptis manu propria.

PARERGVM.

ANNO 1536, tertia feria poſt S. *Martini* Ep. XIV menſis Novembris, Eccleſia *Moguntina* fuit ſauciata & violata per D. IACOBVM de *Liebenſtein* Canonicum & Scholaſticum S. *Albani*: Et Domini & Vicarii Horas non cantabant usque ad diem craſtinam, in qua reconciliata eſt per Suffraganeum D. *Iohannem* MONASTERII *Vicecomponenſem* Epiſcopum.

CCCII.

CCCII.

EPISTOLA

AVGVSTINI MARII, *Episcopi* Salonienſis, *Suffraganei Wirtzburg. ad* ALBERTVM, *qua, delineatione tam excelſi Sacerdotis prævia, eocum communicat tres Articulos tentatæ Concordiæ a* Zwinglianis *&* Luthero *huiusque Aſſeclis, ſubſcriptos.*

1538.

NB. Vti autographum, ita & marginalia ſunt ipſius Authoris.

TV MEA CHRISTE SALVS.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & Illuſtriſſimo Principi ac D. D. ALBERTO, S. R. E. Cardinali & Principi Electori Archiepiſcopo Moguntino

[*tot. tit.*]

Auguſtinus MARIVS S.D. *& totum ſeſe devovet.*

Antiſtitum Germaniæ Primas, Quoniam, & Illme Princeps & Antiſtitum Germaniæ primarie, auctoritatis & gratiæ tuæ Nomen non ſolum a-
famigeratus & apud nationes alias. pud noſtram Germanicam, ſed & apud alias Nationes exteras tam ſit decantatum, ut nihil encomiorum in te queat amplius conferri, quin antea ſit ebuccinatum abundantiſſime, nec id ſolum a noſtratibus actum ſit; Quandoquidem & ſummis te laudibus paucis exactis menſibus extulerint nonnulli, qui ſe gerunt primipilos inter extirpatores veteris noſtri eccleſiaſtici ordinis, utcunque alii eiusdem ſentinæ Anteſignani, Te, tuique ſimiles Viros & Patres integerrimos, poſt ſummum Pontificem, poſt illum inquam, quem nobis Chriſtus peculiari dono demiſit, preſentem Sanctiſſimum *Paulum* III, vere ſanctum, impune & turpiſſime laceſſant; Ego nihilominus in te uno,

Marginalia: Melanch. ton *in nuncupatoria Epiſtola* Comment. Ep. Rom. — Luther *in omnibus ferme locis.*

uno, unus non satis possum demirari, atque extremis laudibus deprædicare dignum quiddam, quod apud posteros etiam indelebili testimonio & perpetua memoria perduraturum, certo certius sit.

Laudis extrema dignum quiddam.

Hoc nempe illud, te tantum Principem, tantis & utriusque Reipublicæ arduis, quotidianis & continuis distentum negotiis, post omnia feliciter exacta, quotidianæ Divini Verbi investigationi etiam suam navare operam, atque non nisi vere sanam intelligentiam indefesso studio ex sacris Bibliorum & veterum authorum scriptis haurire: insuper & illis absolutis, vera etiam genuinaque hausta sacræ Scripturæ philosophia, te ita solere Catholicæ nostræ Religionis etiam externis dedere actibus, ut nihil sit in toto Ecclesiastico sacratissimo ordine, a vertice usque ad calcem gradatim descendendo, hoc est a Cardinalatus officii exercitio usque ad ultimum Tonsuratum, quod in tua ipsius persona non modo olim non exercueris, sed & hodie diligentius multo quotidie ferme exerceas, quam nullus alius Sacrificulus, in omnibus tuis (quas tot sub te habes) Ecclesiis, vel minimus.

Quantus in Rempublicam, opera & diligentia in sacras litteras.

Quam frequens in rebus Ecclesiasticorum actuum; nihil actuum sacror. quod non peragat in persona propria.

Licet enim ego infimus bis duntaxat tibi a ministeriis astiterim, quando Episcopalibus insignibus coronasti duos ecclesiasticæ militiæ Tyrones; scio tamen, id muneris ad minus te duodecies absolvisse. Baptizasti plures, prædicasti sæpius, celebras frequentius, etiam privatim, qualia decent sacerdotem Catholicum. Contulisti in tuis ecclesiis sacros ordines, confers & adhuc, quoties fuerit opus, nec unquam, quam diu vixeris, desistes; ad ea enim Te Numen effigiavit. Confirmasti Neophytos, consecrasti Basilicas, & eas reconciliasti violatas. Prodeat, qui aliquem actum Episcopalis aut Sacerdotalis ordinis enumeret, quem non, frequenter etiam, peregeris.

Duodecies ordinavit vel consecravit Episcopos.

Enumerantur actus sacerdotales quos exercuit.

Recitantur quæ fecerit ut Episcopus.

Aio Te omnia illa, Te inquam aio tantum Antistitem, in hoc nostro . . seculo nunquam veritum fuisse absolvere, licet tanto habeantur ab aliquibus ludibrio, ut etiam minimorum subselliorum presbyteruli vereantur sese suis peragendis offi-

In agendis omnibus illis humilior quovis Sacrificulo.

ciis committere, inani vexati gloria: Tu vero tantus, tanti nominis, honoris, dignitatis & eminentiæ Vir, Sacerdos & Pontifex, & Ianuæ ecclesiasticæ Cardo præcipuus, animo læto, fronte intrepida, vultu sereno, incessu placido, morum modestia, & *maiestate ferme divina*, *Herculea præditus statura*, quæque *proferens Paulina facundia*, auctoritate utens petrea, omnia & singula tanta perficis humilitate, ac esses totius tui Cleri omnium membrorum minimum. Minimum quidem esse non potes, quum omnium eorum in tuis ecclesiis Caput sis; sed hoc ingenue contestor, in hoc *cann* .. exhibitionis ecclesiasticorum actuum, omnium totius corporis ecclesiastici te esse membrorum humillimum.

Qualis sit in quibusvis peragendis.

Caput licet sit Suorum, humillimus tamen in opere omnium.

Hinc evenit, O Princeps candidissime, O Pater amplissime, & in tot & tantis virtutum vestigiis humillime, ut, quum nuper post absolutum actum *Pat. tuæ Rmæ* Suffraganei in *Aschaffenburg* ordinati in Episcopum, te tam gratiose submiseris, ut mecum Theologorum infimo nonnihil de Religione nostra Catholica contuleris, sicut ex Anno minoris numeri tricesimo *Augustæ* in Comitiis Imperialibus, post similem absolutum quoque actum, in quo Tibi astiti, feceras; & tandem ad hoc devenerimus, quomodo rumor sit, in controversis nonnullis punctis inter *Lutheranos* & *Zwinglicos* modo convenire, maxime in articulo *Synaxeos*; Ego autem subintuli, hac de re non nihil me nactum a quibusdam, quorum & habeam Acta in scriptis.

Quid moverit Marium *ut scriberet.*

Acta in Aschaffenb. *post consecrationem* Suffraganei [Mich. Heldingii.]

Augustæ *in Comitiis.*

Rumor de Lutheran. & Zwinglicorum *concordia.*

Evenit, inquam, ut, quia *Tua Rma P.* petiit, quæ essent penes me, tibi communicarem, et non licuerit non gerere *Tuæ Celsitudini* - - - morem, & iniquum fuerit non obtemperare iussis! Feci, quæ habeo diligenter exscribi, & *Tuæ Serenitati* transmitto. Rogans & obsecrans, *Tua Rma P.* boni consulat; præcipue hoc ipsum, quod adiecerim ad margines cartarum adnotationes, & latinas & teutonicas; potius iocos & sales sapientes, quam dignas lectione *tuæ Celsitudinis*. Feci enim animo pio, non potens me continere aliquando quin riserim, legendo tam sycophanticas nænias, in re tanti ponderis a tantæ

Obtemperandum tanto Principi.

Petit Marius *bene consuli adnotationes suas ludicras.*

tantæ doctrinæ hominibus concinnatas, quantæ ſeſe toti Orbi venditant.

Nil niſi meras nanias produnt Acta concordia.

Si ſcirem, me *Tuæ Rmæ P.* ſatis feciſſe in hoc minimo meo ſervitiolo, offerrem me ad alia quæque poſſibilia. Permovit me non parum *T. P. R.* viſa in actu Miſſatico ſumma devotio, ut optem, & te aliquando lecturum, quæ nuper pro Catholicis ſacerdotibus, Catholicam Miſſam catholice celebrantibus, et aſſerendo & inſtituendo luſi, atque in parvum Tractatulum, *XII.* tamen *Capitum*, redegi; dedicatum Cathedralis noſtræ Eccleſiæ Decano, D. THEODERICO a *Thüngen*, viro digniſſimo; in quo, ſine cuiuscunque vel opinionis vel Sectæ hominis inſectatione, inſtitutum, quam infantiliter potui, proſequor.

Quanta devotione celebret Princeps.

De miſſæ ſacrificio Marii tractatulus, dedicatus Tco *a* Thüngen *Decano* Herbip.

His valeat *T. R. P.* victura noſtræ Germaniæ in commodum annos neſtoreos, & patiatur, me humilem MARIUM inter ſua mancipia locum occupare minimum. *Herbipoli* I. Septembris 1538.

Subiungam, Præſul optime — — — ea, quorum nactus ſum copiam, attentatæ Concordiæ inter *Lutheranos & Zwinglianos*; At duntaxat *Tria* (quum quartum, videlicet quatenus ad Magiſtratus officium pertineat impios abolere cultus, *T. C.* antea habeat) puta Euchariſtiæ, Baptiſmi, & abſolutionis, *Puncta*.

Enumerantur puncta tractata in concordia.

Et in primis ſunt illa tria, quæ ipſi Latine conceperant ex ordine. Deinde etiam latine actorum Receſſum. Ac demum exemplar teutonicum, in quo intelliget *T. P.* modum proponendi, quo, reverſi domum, coram Senatibus ſuis *Zwinglicis* uſi ſunt. In quo & ſeriatim declarant, quid de quovis Articulo inter ſe contulerint: Cui & ſubinferunt factæ propoſitionis expoſitionem; ac ultimo advertunt declarationem illorum omnium.

Poſtquam igitur Anno Domini MDXXXVI. die XXIII. Maii *Wittenbergæ* in ædibus LVTHERI convenerunt, ad requiſitionem eius, BVCERVS nomine ſuo & confratrum, de

Oſtenditur tempus & locus concordiæ.

Eucharistia confessionem suam proposuit. De qua, ut sequitur, *Lutherus* ita suis scribit:

LVTHER *ad suos de attentata Concordia.* Audivimus D. *Bucerum* explicantem suam, & aliorum qui non interfuerunt, sententiam de *sacramento Corporis & Sanguinis Domini*, hoc modo: Confitentur iuxta verbum *Irenæi*, constare Eucharistiam duabus rebus, terrena, & cœlesti: Itaque sentiunt & docent: cum pane & vino substantialiter adesse, exhiberi & sumi corpus Christi & sanguinem; quanquam & negent fieri transsubstantiationem, ne sentiant fieri localem inclusionem in pane, aut durabilem aliquam coniunctionem extra usum sacramenti. Tamen concedunt, sacramenti unione, panem esse corpus Christi; hoc est, sentiunt porrecto pane simul adesse & vere exhiberi corpus Christi. Nam extra usum, cum adservatur in pyxide, aut ostenditur in processionibus, ut fit a Papistis, sentiunt non adesse corpus Christi. — — — — —

Ne videantur tenere cum Papistis, nihilominus tamen applaudunt Luthero.

De hoc iterum Luther *ad suos.*

Cum autem pauci convenerimus, & opus sit, utrinque hanc rem ad alios Concionatores & Superiores referre; nondum licet nobis de Concordia pacisci, priusquam ad alios retulerimus. Cum autem profiteantur omnes, se, iuxta Confessionem & apologiam Principum, Evangelium profitentium, in omnibus Articulis sentire & docere velle, maxime cupimus sanciri & constitui concordiam. Et spes nobis est, si reliqui utrinque ita consenserint, solidam futuram esse concordiam.

Subscripserunt

ZWINGLICI:

- D. *Wolfgangus* CAPITO. } *Strasburg.*
- M. *Martinus* BVCERVS. } *Strasburg.*
- *Martinus* FRECHVS, *Vlmensis.*
- *Iacobus* OTHERVS, *Esling.*
- *Bonifacius* LICOSTENES } *Augustani.*
- *Wolffgangus* MVSCVLVS } *Augustani.*
- *Gervasius* SCOLASTICVS, *Memming.*
- *Ioannes* BERNHARDI, Franckofort.
- *Martinus* GERMANI, Fewerfeld.

MARTINVS

LVTHERANI { MARTINVS LVTHERVS.
Caspar CREIZINGER.
Ioannes BVGENHAGEN, *Pomeranus.*
Philippus MELANCHTON.
Iustus MENIVS, *Isenacens.*
Fridericus MICONIVS, *Gottens.*
Matheus ALBERVS } Reutling.
Ioannes SCHRADINVS }

DE BAPTISMO.

Articulus secundus.

De Baptismo Infantum omnes sine ulla dubitatione consenserunt, quod necesse sit infantes baptizari — — — — —

Subscripserunt qui supra.

DE ABSOLVTIONE.

Articulus tertius.

De *Absolutione* optant omnes, ut in Ecclesia etiam privata absolutio conservetur, et propter consolationem conscientiarum, et quia valde utilis est Ecclesiæ disciplina illa, in qua privatim audiuntur homines, ut imperiti erudiri possint. Nam profecto tali colloquio & examine opus est rudioribus; neque ideo vetus confessio & enumeratio delictorum probanda, aut requirenda est; sed colloquium illud, propter absolutionem & institutionem conservatur.

Iidem qui supra subscripserunt.

RECESSVS.

Anno 1536 ut supra, 9 Iunii acceperunt Recessum a *Luthero* legati *Zwinglici*, in hunc modum qui sequitur.

1) Exemplar LVTHERI, ad nos *Isenaci* degentes Litterarum scriptarum ante omnia quisque habeat.

2) Item narrationem, cur ad *Wittenbergam*, & non *Grymmam* concesserimus.
3) Modum procedendi in Collegio.
4) Responsum LUTHERI, *Bucero* & *Capitoni* datum: Et rursum *Capitonis* & *Buceri* responsum LUTHERO datum.

Hæc sunt *R. P.*, quæ primo nactus sum, & quæ mihi quidam communicavit latine; deinde extorsi a quodam alio *tria* illa *Puncta*, in vernaculam nostram linguam ut sequitur * translata.

* *sed satis hisce.*

Vestræ Revmæ Paternitatis

ab omnibus servitiis
AUGUSTINUS MARIUS
Saloniensis
Manu propria.

CCCIII.

Certas preces in memoriam passionis Dominicæ adpulsum campanæ maioris recitantibus indulgentias concedit &c.

1539.

[p. 842. n. 22.]

ALBERTUS *miseratione divina* S. R. E. *tit. S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis* — — — — Universis & singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Cum superioribus diebus in Ecclesia nostra metropolitana *Moguntina*, cum consensu & assensu Venerabilium — — Decani & Capituli — — pie instituerimus ordinaverimusque, ut futuris perpetuis temporibus in crepusculo sive Solis occasu, a feria sexta post Dominicam *Lætare*, usque ad feriam quartam post Domin. *Palmarum* inclusive, Campana maior iam dictæ ecclesiæ — — — ad quartale unius horæ pulsetur, per quam Christi

Christi fideles ad memoriam sacratissimæ passionis D. N. I. C. Salvatoris nostri incitentur & moneantur, visum est nobis, necessarium fore, vt hanc nostram institutionem & ordinationem piis, iuxtaque sanctis, paternisque promoveamus favoribus atque auxiliis.

Quare de Omnipotentis Dei misericordia, nec non BB. *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius, ac S. *Martini*, *Mauritii*, & *Stephani* Patronorum nostrorum meritis & auctoritatibus confisi, omnibus - - Christi fidelibus, qui sub pulsatione prædicta Dominicam orationem *Pater noster*, & *salutationem Angelicam* una cum Simbolo, summa cum devotione in honorem & memoriam Dominicæ passionis ter oraverint atque dixerint, totiens quotiens id fecerint, *ducentos & quadraginta* dies indulgentiarum de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus.

Præterea ad conservationem huius nostræ institutionis - - dedimus & assignavimus Magistro Fabricæ — — — LX aureos pro comparandis tribus florenis annuæ pensionis; scilicet Fabricæ prædictæ ecclesiæ — — unum ac pulsatoribus campanæ - - duos, quotannis distribuendos. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus appendi fecimus.

Et nos Iohannes de *Erenberg* Decanus, & Capitulum — — — recognoscimus — —, ut hæc institutio & ordinatio Rmi & Illmi Principis Cardinalis & Archiepiscopi *Moguntini*, Domini nostri gratiosi, nostro consensu pariter & assensu facta fuit, quam futuris perpetuis temporibus conservare & manutenere pro virili volumus atque debemus.

In quorum fidem hasce Litteras Sigilli nostri capitularis appensione fecimus communiri. Datum die XXX mensis Augusti, Anno - - MDXXXIX.

CCCIV.

CCCIV.

TESTIMONIALES, *quibus Legati Apostolici* ALBERTUM, *eo quod propter adversam valetudinem in Concilio Oecunemico personaliter comparere nequeat, habent excusatum.*

1545.

[*p. 844. n. 1.*]

NOS IOANNES MARIA * Episcopus *Prænestinus*, MARCELLVS † tit. *S. Crucis in Hierusalem*, Presbyter; & REGINALDVS *S. Mariæ in Cosmedin*, *S.R.E. Cardinales*, & *Sedis Apostolicæ Legati sacro Concilio* Tridentino *præsidentes.*

Vniversis & singulis, præsentes Litteras inspecturis, attestamur & fidem facimus, quod XVIII mensis Maii præsentis Anni MDXLV, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, PAVLI divina providentia *Papæ* III anno comparuerunt coram nobis in civitate *Tridentina* Reverendus in Christo Pater & Dominus, MICHAEL * Episcopus *Sydoniensis*, Reverendissimi & Illustrissimi Principis ac Domini ALBERTI, eiusdem S. R. E. *tit.* S. *Petri ad vincula* presbyteri Cardinalis *Moguntini* in Pontificalibus Vicarius, & Honorabiles viri, *Magister* CONRADVS *Necrosius* Ordinis *Prædicatorum* ‡ Sacræ Theologiæ: & THEODERICVS *Kauf* ‡‡ Iuris, Docto-

* de MONTE, *Immediatus* PAVLI *successor* 1550. *nomine* Iulius III.

† CERVINVS: Iulium *excepit* 1555. XXII. *solummodo dierum Pontifex: dictus* Marcellus II.

* *Conf.* T. II. *p.* 756.

‡ *Vir Religionis zelo ac doctrina celeber, difficillimis hisce temporibus, quæ Theologicam imprimis operam flagitabant*, IOANNE Morono *Epo* Mutinensi, *Legato Apost. ad superiores inferioresque Germaniæ partes de Latere, eocum, ceu Monacho, ob penuriam Cleri Sæcularis dispensante, præbendam Lectoralem ad D. Petri, Professuræ Academicæ annexam consecutus est. Litteris*, Spiræ *an.* 1542, III Kal. Apr. *expeditis.*

‡‡ *Prostat aneum huius Epitaphium in Templo paroch.* S. Quintini, *sic sonans:* Clarissimus et Consultissimus D. THEODORICVS KAVF

Doctores, Procuratores, Nuncii seu mandatarii ipsius Rmi & Illmi Cardinalis *Moguntini*, prout de eorum procurationis mandato in Litteris patentibus, manu propria suæ Rmæ & Ill. Dominationis subscriptis, & magno Sigillo, ac etiam manu IOHANNIS *Fabri* publici Notarii munitis, sub dato in Arce S. *Martini* civitatis *Moguntinæ* Anno MDXLV, Indict. III, Pontificatus prælibati S. D. N. anno prædicto, die vero Lunæ XXVII mensis Aprilis, plenius apparet; et quod exinde Procuratores præfati absentiam eiusdem R. & Ill. D. Cardinalis *Mog.* tum ex adversa corporis valetudine, tum ex aliis pluribus causis excusaverunt.

Et nos laudantes plurimum pietatem, Religionis zelum, & charitatem ac devotionem ipsius — — — — Domini Cardinalis *Mog.* erga S. D. N. & Sedem Apostolicam & Rempublicam Christianam, dolentesque de infirmitate suæ R. & Ill. Dominationis, cuius præsentiam magno usui celebrationi ipsius Concilii futuram, tum propter eius magnam auctoritatem, tum etiam singularem prudentiam, gravitatem, ceterasque virtutes sperabamus; ac pro certo habeamus excusationem & excusationis causas ab eisdem Procuratoribus & Nunciis propositas & allegatas; tanquam iustas & rationabiles admisimus & approbavimus. Parati etiam ob causas deductas, de huiusmodi excusatione per præfatos Nuncios facta & allegata, & eiusdem excusationis per nos admissionem & approbationem, coram prælibato S. D. N. & futura generalis

KAVF, Moguntinus, Rectoratus Patavini officio absoluto, Anno 1539. I. V. D. creatus, cum tempore Regiminis 4. Archiepiscoporum Principum Electorum Mogunt. ALBERTI, SEBASTIANI, DANIELIS, & WOLFGANGI, 44. annos in Iudicio Curiæ, ac Consistorio Vicariatus, Adsessorem, Decretaliumque Professorem Ordinarium *Mogunt.* debita gravitate, fide ac cura recte egisset, Publicumque semper privatis anteponendo, Annum ætatis 74. fere adimplesset, tandem 25. 7bris Anno 83. Redemptori suo animam pie offerens, Mundum ingratum reliquit. In cuius, nec non prius in Anno 71 defunctæ Vxoris Barbaræ Debreit, piam memoriam, tres ipsorum liberi superstites hoc fieri curaverunt.

Concilii congregatione, quotiens opus fuerit, condignum ferre testimonium. Confidentes nihilominus, quod præfatus R. & Ill. D. Cardinalis — — — quacunque via, modo, & forma ac ratione potuerit, sive absens sive præsens, tam sanctum, salutare ac necessarium opus iuvare non desinet.

In quorum fidem dilecto nobis in Christo, atque ipsius Concilii Secretario iniunximus ac mandavimus, ut desuper patentes Litteras, ad omnem ipsorum Procuratorum & Nunciorum petitionem & requisitionem conficiet, a nobis manu propria subscribendas, & nostrorum Sigillorum appensione muniendas.

Datum *Tridenti* in palatio nostræ solitæ habitationis, dicto Anno MDXLV. die VII. mensis Iulii. Præsentibus ibidem RR. Patribus DD. LUDOVICO Episcopo *Piscauriensi*, & SEBASTIANO *Siglino*, sacri Palatii Apostolici Causarum Auditore, testibus ad præmissa vocatis atque rogatis.

NOT. *Ex ægritudine intus mentionata non surrexit* ALBERTUS; *Tabe etenim lenta, eaque ultra quintum mensem a discessu Nuntiorum suorum protracta consumptus, die* 24. Sept. *ætatis suæ* LV. *ad cœlestem patriam migravit. Cuius Pompæ funebris descriptio heic sequitur, & porro, ea quæ circa electionem Successoris peracta sunt.*

CCCV.

IN R^mi^ in Christo Patris & Ill^mi^ Principis ac Domini Dni ALBERTI, SSanctæ Romanæ Ecclesiæ tit. S. *Petri ad Vincula* Presbyteri Cardinalis ac Legati nati, *Mogunt.* ac *Magdeburgensis* Archiepiscopi, Principis Electoris, Primatis, & Administratoris *Halberstadensis*, Marchionis *Brandenburgensis* &c. obitu, ordo tumulandi Exequiasque peragendi in Metropolitana æde Moguntina observatus est, ut sequitur.

DOMINI-

DOMINICA XVII in die *Cosmæ* & *Damiani*, quæ erat *XXVII. Septembris*, obitus per Concionatorem Summæ ædis . . divulgatus ac manifestatus est, cum omnium auditorum mœrore ac luctu. Et postea finitis Completoriis & post divulgatum obitum erat compulsatio sollemnis omnium & singularum campanarum in omnibus Ecclesiis, Monasteriis, & Cœnobiis cunctis, intra & extra urbem *Moguntinam*, ad horam ferme mediam. *Lunæ* vero sequenti in puncto duodecimæ pulsabatur ad Vesperas, ut moris est, moxque sub decantatione Vesperarum erat convocatio totius Cleri, & Fratrum Mendicantium ad Ecclesiam metropol. sub pulsu campanæ maioris. Interim cantabantur Horæ Vesperarum & Completorii; quibus finitis procedebatur sollemniter ad arcem, vulgariter **Sanct Mertensburgk**, ubi funus existebat.

In reditu processio in hunc ut sequitur modum ordinata. *Primo* Rectores processionis erant duo Modiatores in palliis baculisque nigris. Hos sequebantur quatuor Ordines Mendicantes cum crucibus; postea Caduceatores vel Stabellarii cum magna cruce, quam REINHARDVS de *Dienheim* Canonicus domicellaris, amictus nigra Alba, ferebat; moxque Scolares, deinde Clerus omnium Ecclesiarum Collegiatarum secundum ordinem. Post quos personæ metropolitani Templi sequebantur, qui Responsoria *Deus æterne*: *Absolve Domine*: *Rogamus te*: cantabant voce submissa. Deinde Cives *Moguntinenses*, vestitu lugubri nigro atque honesto induti, cereos omnium & singularum Fraternitatum suarum ardentes iuxta eorum ordinationem in manibus gestantes; Eosdem pueri scolares, ardentes cereos portantes, comitabantur.

Postea FVNVS per nobiles curiales *baiulabatur & portabatur* in nigris palliis; facesque ardentes per Curiales nobiles circa funus ferebantur; Et duo iuniores Vicarii, VALENTINVS *Dherr* & IOANNES *Krugk*, cum thuribulis & thure dantes incensum circa funus *propter fœtorem*, amicti cappis & palliis nigris. Post funus ibat Sacellanus seu Plebanus *Chori Ferrei*, cum Campanatore suo. Item ADAMVS *Ku-*

chenmeister Decanus, post eum Magister Curiæ, Marscalcus, Vicedominus, Cancellarius, & Secretarii. Deinde RECTOR *Universitatis* cum Doctoribus, Licentiatis & Magistris; post quos *Senatus Urbis* cum Officiatis: Eos Baccalaurei & Studentes sequebantur; demum Cives privati, & MATRONÆ, iuxta conditiones & status suos.

Interim erat compulsatio omnium & singularum campanarum in omnibus Ecclesiis, usquedum perventum fuerat ad Sepulturæ locum. Statimque, ubi funus applicabat ante Chorum, introducebatur, inque medio chori sistebatur, propter *malum quem emittebat odorem*; et omnes Ianuæ Chori clausæ & reseratæ erant, quousque Sermo brevis teutonicus ad populum factus: Quo terminato erat tumulatio more *Moguntino*, et nulla servata est commendatio Mortuorum, *quanquam per oblivionem omissa est*; sed statim funus immittebatur. Sed Personæ Ecclesiæ *Moguntinæ*, receptis Stolis nigris & libellis, legebant orationes & psalmos, ut in aliarum personarum Ecclesiæ tumulatione fieri solet, quousque tumulatio perficiebatur. Unde cuilibet personæ ecclesiæ nostræ integrum quartale vini & *panis magnus* * datum est in domo zum Gaudang. † Pannus, pileus Cardinalitius cum cruce — — — ad Sacristiam delata sunt.

* *de his habetur notitia T. II. p. 710.*

† *Olim Armamentarium, quod An.* 1723. *d.* XI. Sept. *incendio, ex vicinis Horreis aulicis fœno repletis noctu erumpente, totaliter fuit absumptum, paullo post reædificatum aliis nunc inservit usibus.*

„ *Nota.* Dominica proxima, quæ erat *IV. Octobris*, omnes „ absentes Canonici per publicam *Citationem* in valvis Ecclesiæ „ *Mog.* sub Divinis vocati sunt.

CCCVI.

CCCVI.

Copia Citationis.

Nos Adamus *Kuchenmeister* de *Gamberg* D. G. *Decanus*, & *Capitulum* Metropolitanæ Ecclesiæ *Moguntinæ*, præsentium tenore notificamus, quod cum nuper Archiepiscopatus Ecclesiæ *Moguntinæ*, qui inibi dignitas principalis existit, per Obitum *bone mem.* R^mi^ in Christo Patris, & Ill^mi^ Principis ac D. D. Alberti SS. R. E. tit. S. Petri ad vincula presbyteri Cardinalis ac Legati nati, *Moguntinensis* & *Magdeb.* Archiepiscopi, Principis Electoris, Primatis — — —, Marchionis *Brand*.. cuius electio & dispositio, tam iuris scripti, quam hactenus observatæ consuetudinis, quam certorum Pactorum & Concordatorum inter sanctam Sedem Apostolicam & Nationem Germanicam, ad nos spectare dignoscitur, vacaverit, & de præsenti vacet; Ne itaque Archiepiscopatum ipsum diutius vacare contingat, diem Martis post Lucæ Evangelistæ, *Vigesimam* huius mensis *Octobris*, pro futuro Archiepiscopo & Principe Electore *Moguntinensi* eligendo concorditer statuimus.

Quare in tabulis dictæ Ecclesiæ *Mog.* citamus, & citari præsentium tenore mandamus omnes & singulos, sua communiter vel divisim interesse putantes, ut dicta die Martis compareant mane hora consueta in & ad locum nostrum Capitularem, ad eligendum & pertractandum de futuro Ecclesiæ nostræ Archiepiscopo, nec non ad Electionem eiusdem procedendum, cum dierum sequentium continuatione (quatenus opus fuerit) & procedi videndum, & audiendum; alioquin ad dicti futuri Archiepiscopi electionem, ac alias totius negotii consummationem procedemus, ipsorum citatorum absentia sive contumacia non obstante.

Datum *Moguntiæ*, sub nostri Sigilli, quo ad *Causas* utimur, impressione. Die secunda Mensis Octobris Anno Domini MDXLV.

De mandato speciali Venerabilis Capituli *Moguntini*, prædicti, Iohannes *Segen* alias *Cusanus*, eiusdem Capituli Secretarius, *atque* Notarius publicus.

CCCVII.

Descriptio Exeqviarvm.

In R[mi] D. D. *Alberti* Archiepiſcopi Exequiis, die Dominica IV[ta] menſis Octobris, finitis Completoriis ante horam quartam, facta eſt compulſatio ſolennis in omnibus & ſingulis eccleſiis ad horam ferme mediam. Die vero ſequenti feria ſecunda, V. Oct. mane hora VI, facta eſt compulſatio ſola in eccleſia *Mogunt.* prout ante exequias perſonarum Eccleſiæ - - fieri conſuetum eſt. Qua finita, erat pulſatio Vigiliarum maiorum, hactenus obſervata; & ſic Vigiliæ maiores *novem Lectionum* ſatis tractim cantabantur; & Prælati eccleſiarum Collegiatarum ſolum erant vocati. Circa feretrum in medio chori conſtitutum ponebantur candelæ centum, quarum quælibet libram totam continebat; & quatuor, vulgariter **Stangen-Kertzen.** Ad Altare maius duæ candelæ IV. librarum ceræ, duæ aliæ trium librarum, & tres libræ unius cum dimidia, per circuitum & gyrum altaris collocabantur, ſicut in Feſto S. *Martini.* Circa tumulum ſedebant XII pauperes Cives cum eorum tunicis atque capuciis, XII. accenſis faculis nigris.

Hos Albertus *Anno* 1540, *dum ſepulchralem ſibi præpararet Lapidem, ad perpetuum inſtituit, quorum ſinguli, novis donati veſtibus, ſacro Sepulchro feria VI paraſceves aſſideant.*

Ad Miſſam vero cum magnis pulſabatur campanis, & omnes Eccleſiarum Colleg. perſonæ - - cum Crucibus ſuis aderant, & IV. Ordines in ſuo habitu fixi ſtabant, ſic finem Officii exſpectantes. Ad pelvim denique argenteam, quam Reinhardus de *Dienheim* Domicellaris — —, amictus nigra Alba, in manibus tenebat, ponebantur floreni duo. *Miſſam* vero *funebrem* cantabat *Reverendus* D. Sebastianus ab Heusenstam D[r]. ac Scholaſticus *Mogunt.* in ornatu nigro aureo, *Evangelium* Christoph. ab *Hoenſtein*, Can. Capitularis, *Epiſtolam* Iodocus de *Weiler* Domicell. Can. in nigris dalmaticis. Moxque ad initium introitus XII curiales nobiles pueri depu-

deputati aderant, cum nigris palliis, XXIV ardentes nigras faculas in manibus tenentes; sicque fixi & ordinate stantes, usque ad commendationis Mortuorum finem.

ORDO vero processionis Offertorii talis observatus est. *Primo* procedebant duo Prælati, Decanus & Cantor: et Canonici Capitulares iuxta ordinem & senium, cum candelis ardentibus offerebant.

2) Prælati Collegiatarum ecclesiarum, omnes cum candelis — — —
3) Vicarii, & reliquæ personæ Ecclesiæ *Moguntinæ*.
4) Consulatus *Reverendissimi*, scilicet Marschallus, Magister Curiæ, Vicedominus, Cancellarius & Secretarii: Omnes cum candelis offerebant.
5) Ceteri Aulici omnes absque candelis.
6) Rector Vniversitatis * cum quatuor Doctoribus, videlicet IOHANNE *Anz*, CASPARO *Kuhn*, TILMANNO *Tichtelbach*, KILIANO *Eler*, NICOLAO *Rucker*; cum Bedello THEOBALDO *Spengelio*. * IACOBVS *Curio* M.D.
7) Consulatus totius Civitatis *Moguntinæ* cum eorum Scriba.
8) Sculteтus & quatuor Iudices, ** cum Scriba Iudicii Secularis. ** *v. T. II. p.438 §.VII.*
9) Thelonarii, & Scriba telonii Silzbach. † cum quatuor Quæstoribus vel Computistis Domus *Laneck*. ††

† *Ita vocabatur* SVBVRBIVM, *extra portam qua modo audit* Nova. *Imperante* IO. PHILIPPO *muniendæ Civitatis causa dirutum, nullo eius vestigio superstite.*
†† QVÆSTVRA, *vulgo* Rhent-Loneck *dicta, ubi Causæ Cambiales, aliæque momenti levioris Mercantiles (cuiusmodi generis lites quotidie in Emporiis emergunt) brevi manu deciduntur.*

Vltimo Officiales omnes, Magister Fori cum suis.

Ad *Agnus Dei* campanæ maiores, sicut in Festivitatibus, pulsabantur. Et finita Missa erat commendatio Mortuorum in singulari, in pallio nigro aureo Domini Reverendissimi.

Et finita commendatione, *Nona* per Vicarium IOHANNEM *Iordan* incepta est, & non per Scolasticum.

NOTA,

Nota, Succentor nigro pallio amictus, imponebat Officium Defunctorum, scilicet *Requiem*, & non Introitus *Si enim omnes.* Vnde cuilibet personæ Ecclesiæ nostræ dimidium quartale vini & panis magnus: Et celebranti tres *Albos.* Candelas & cereos, quos Domini Ecclesiæ maioris, & secundariarum ecclesiarum Prælati cum personis præmemoratis offerebant, recepit Decanus; Et *pecuniam in candelis*, & residuum candelarum ac cereorum circa gyrum, Campanator.

Nota etiam, quod invitati (*ad mensam*) erant ut sequitur. Decanus, Scolasticus, Cantor, ceterique Canonici atque Domicellares Ecclesiarum Collegiatarum: Vicedominus, Rector Vniversitatis cum Doctoribus supradictis, una cum Bedello *Theobaldo Spengelio.* Senatus totus, Iudices Iudicii secularis cum Scribis. Theolonarii, cum scribis & Provisoribus. Quæstionarii, Officiati, Sacristæ cum famulis. Stabellarii, Succentor cum quatuor Præcentoribus, & Choralibus. Domini de Camera, cum Præsentiario & famulo. Campanatores omnes Ecclesiæ *Moguntinæ.* Rector Scolarum cum Baccalaureo suo. Primissarii, Hebdomadarii, Levitæ, & Sacellanus Chori ferrei. Et prandium in æde ac domo *Præsentiarum* nova Dominorum S. *Petri*, contigua Domus Teutonicorum, observatum est. Fercula quæ apponebantur:

Ein gebraten Rhekeule.
Rindfleisch in einer Brüe.
Hecht im Speck.
Hüner in einer gelen Brüe.
Peffer mit Wildpredt.
Krebs.
Ein gel Weinbrüe.
Gebratens.
Hüner, Kelbern, Hasen, Vögel.
Kees und Gebackens.
Cum optimo vino.

CCCVIII.

CCCVIII.

ACTVS ELECTIONIS.

I. N. D. N. I. C. *Amen.*

ANNO a nativitate Salvatoris MDXLV, die Martis XX mensis Octobris mane hora quinta, erat pulsus primus cum campana capitulari, & pulsabantur tria signa, ad instar Missæ Fraternitatis. Et finito tertio & ultimo pulsu mox Succentor, amictus pallio rubro Sociorum, initium *Introitus* incepit: *Spiritus Domini replevit Orbem*, per totum de Sancto Spiritu, cum sollemnitate in organis; et Reverendus D. ADAM *Kuchenmeister* de *Gambergk* Decanus officium Missæ egit, & CHRISTOPHORVS de *Hoenstein* Evangelium & D. IOANNES de *Hoenstein* Epistolam cantabant cum argenteis deauratisque libris, in ornatu rubeo aureo *Hennebergks*. Epistola & Evangelium legebatur super Sinagoga, vulgariter *Lettner*, & dabatur Incensum per Sacristam, & Fabrica luminabat per chorum & Altaris circulum cum Lumine Paschali. Et Missa sic solenniter cantata, post Introitus inceptionem venerunt Consiliarii & Nuntii cum quatuor urentibus faculis, moxque inchoato Offertorio, ambo Caduceatores sive Stabellarii ad offerendum ducebant & reducebant, ut sequitur.

1) Magistrum Curiæ Ordinis Teuthonicorum.
2) N. Comitem *de Mansfeld* Legatum Cæsaris.
3) N. (IOANNEM) *Navem* Imperatoris Vicecancellarium.
4) N. (IACOBVM) *Ionam*, Cancellarium Regis Romanorum FERDINANDI.
5) alios Oratores & Comites, præsertim Comitem fratrem D. HENRICI de *Stolberg* Canonici, (*Moguntini*) ac Decani *Coloniensis*. Porro D. Præpositum MARQVARDVM a *Stein*. D. Scholasticum SEBASTIANVM ab *Heusenstamm*, D. Cantorem PHILIPPVM a *Stockheim*. Senior Canonicus, THOMAS (*Comes*) de *Rieneck*, Iubilarius, quia claudus, non offerebat. Reliqui

qui vero omnes præsentes erant, secundum senium offerendo. Videlicet.

LVDOVICVS de *Hohenloe.*
RVPERTVS de *Bidenfeld.*
GEORGIVS *Göler* de *Ravensburg.*
CASPARVS *Rau* de *Holtzhausen.*
VALENTINVS de *Tetteleben.*
HENRICVS de *Stolberg.*
SIFRIDVS *Hund* de *Wencken.*
PHILIPPVS ALBERTVS de *Stein.*
IOANNES *Fock* de *Walstatt.*
IVLIVS *Pflug.*
WOLFFGANGVS de *Solms.*
PHILIPPVS de *Wichsenstein.*
IOAN. ANDREAS *Mosbach* de *Lindenfels.*
ALBERTVS de *Fischborn.*
ARNOLDVS de *Bucholtz.*
CHRISTOFERVS de *Hoenstein.*
IOANNES de *Hoenstein.*

Absentes, IOANNES ALBERTVS Marchio *Brandenburgensis*, Custos: OTTO de *Benzenau* Canonicus in Studio *Bononiensi* ultra Montes, non citatus neque vocatus.

Et sic Missa peracta statim Succentor incipiebat Antiphonam *Veni S. Spiritus*, geniculando. Sacerdos in medio altaris dixit versiculum *Emitte spiritum tuum & creabuntur &c.* Deinde Chorus cantabat Hymnum *veni Creator* usque ad finem. Interim Decanus cum Ministris recedebat ad sacrarium ad se exuendum, & statim ad loca sua redibant; moxque omnes, præeuntibus Stabellariis, ad domum capitularem ibant, ad eligendum & pertractandum de futuro Ecclesiæ Moguntinæ Archiepiscopo. Interim Chorus cantavit *Primam*, *Tertiam*, *Sextam*, & Missam de S. *Luca* sollenniter in Organis, & *Nonam.* Cantata ea omnes manebant in choro, expectantes Electum. Cives etiam armati aderant, a loco Capitulari stantes usque ad summum altare.

Trans-

Transactis tribus aut quatuor horis, annuente Spiritu sancto, SEBASTIANVS ab HEVSENSTAM, Scholasticus ac Canonicus *Moguntinus*, Vir honestæ vitæ & per cuncta laudabilis, & in Dei opere spectabilis, corde humilis, — — — in Theologia & Iure doctissimus, & in omni morum honestate præcipuus: Pauperum & Indigentium omnium sustentator: non in gloriam elatus est inanem, non otio vanitatis mundi, non inutilibus vacavit expensis; sed impositum sibi onus semper agnoscens, creberrimus est in ieiuniis, pernox in vigiliis, devotus in celebrando & in orationibus; et in summa, animum habens ad cœlestia semper promptum. Hunc Prælati & Canonici *pene omnes* — — — cum applausu gaudioque communi elegerunt in MOGVNTINVM ARCHIEPISCOPVM, Germaniæ Archicancellarium & Principem Electorem: ac statim aperto ostio, cum sollemnitate & veneratione ab omnibus est susceptus, interque Præpositum & Decanum medius, ductus ad Altare maius, sequentibus Canonicis.

Et mox, dum ad Altare ventum est, *Electus*, ter se geniculando, cum intima - - devotione oravit. Tandem ad Altare accedens, sedit pene effusis lacrymis super eo. Et postea per Decanum proclamatio facta. Qua finita, Organista incipiebat *Te Deum laudamus*, Choro respondente. Hymno sic cantato Electus de Altari descendebat, & ductus ad Sacrarium, ibidem parum residens, statimque reductus cum solemnitate ad Castrum, præcedentibus Aulicis, Curialibus, Nobilibus, & GEORGIO *Göler* cum Cruce; et Marschalco & Stabellariis, sequentibus omnibus Canonicis Capitularibus, excepto THOMA de *Rieneck* quia *claudus*. Insequebantur etiam Consiliarii atque Oratores Imperatoris, Romanorum Regis, & aliorum Principum, usque ad Castrum; in quo etiam prandebant, cum Comitibus, scilicet *Stolberg*, *Hanau*, *Nassau*, *Solms*, *Isenburg*. Abierunt alii, videl. IOANNES *Fock*, PHILIPPVS de *Wichsenstein*, ALBERTVS de *Fischborn*; reliqui omnes manebant, ac in magna iucunditate, & lætitia ac gaudio lætum duxerunt diem.

Escæ seu Fercula.

Capun in einer Suppen.
Hasen zum Vorgebratens.
Ein weiß gebackens.
Hecht im Speck.
Kalbfleiden in Pasteten.
Gehembden Ofladen.
Gekochten Zweglein.
Gebratens.
Marcipan.
Feldhüner in Geschnib.
Ein schwartz Hasenwildpredt.
Krebs.
Ein kalt Birn Torten.
Karpfen in Pasteten.
Alt Hüner mit Limonen.
Ein Hechtgallerey geel.
Weinmüslein.
Gehempter Salmen.
Dürr Forellen.
Geroest Würst.
Grin Kraut.
Gebackens.
Parmesan. Obs.

Summa 24.

CCCIX.

Instrumentum Electionis.

Sanctissimo & Beatissimo in Christo Patri & Domino nostro, Dno Paullo, divina providentia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifici, Marquardus vom Stein, D. G. Præpositus,

Adamus *Kuchenmeister* de *Gamburg*, eadem gratia Decanus.
Sebastianus ab *Heusenstam* I. Doctor, Scholasticus.
Philippus de *Stockheim*, Cantor.
Thomas, ex Comitibus *de Rieneck*, Senior, Subdecanus *Coloniensis*.
Ludovicus, ex Comitibus de *Hohenlo*.
Rupertus de *Bidenfeld*.
Georgius *Göler* de *Ravensburg*, Præpositus Spirensis.
Casparus *Rau* de *Holzhausen*.
Valentinus D. G. Episcopus *Hildesheimensis*.
Heinricus ex Comitibus *de Stolberg*, Decanus *Coloniensis*.
Sifridus *Hund* de *Wencken*.
Philippus Albertus vom Stein.

Ioan-

IOANNES *Fock* de *Walstatt.*
IVLIVS D. G. electus & confirmatus *Neumburgensis.*
WOLFGANGVS ex Comitibus *de Solms*, Cantor *Argentinensis.*
PHILIPPVS de *Wichsenstein.*
IOANNES ANDREAS *Mosbach* de *Lindenfels.*
ALBERTVS de *Fischborn.*
ARNOLDVS de *Buchholz* Præpositus *Pinguensis.*
CHRISTOPHORVS de *Hoenstein*, &
IOANNES de *Hoenstein*;

Omnes Canonici Capitulares & Præbendati Ecclesiæ *Moguntinæ*, Capitulum eiusdem Ecclesiæ repræsentantes, Sanctitatis Vestræ devotissimi filii cum omnimoda subiectione & reverentia ad pedum oscula beatorum.

SANCTITATI *Vestræ* notum facimus per præsentes, quod b. m. R^{mo} in Christo Patre, & Ill^{mo} Principe ac D. D. ALBERTO, dum vixit S. R. E. tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinale ac Legato nato, *Moguntinensis* & *Magdeburg.* Ecclesiarum Archiepiscopo, S. R. I. per Germaniam Archicancellario, Principe Electore, Primate, Administratore *Halberstad.* Marchione *Brandenb.* &c. Domino nostro gratioso, Anno præsenti MDXLV, die XXIV. mensis Sept. sicut Altissimo placuit viam universæ carnis ingresso, corporeque ipsius (honorifice ut decuit) ecclesiasticæ tradito sepulturæ; Nos ADAMVS *Kuchenmeister* Decanus, ceterique Canonici prædicti, Capitulum repræsentantes, diuturna Archiepiscopatus vacatione competenti remedio obviare cupientes, in loco Capitulari nostro solito in unum convenimus, & ad Electionem, seu postulationem, futuri Pontificis nostri canonice celebrandam, terminum, diem videlicet *Vigesimam* huius mensis *Octobris*, cum continuatione sequentium quatenus opus, duximus statuendum.

Vocatis itaque, atque legitime citatis ad negotium infrascriptum per Nuntios & cursores nostros iuratos, interim omnibus absentibus, præter tantum unum Canonicum nostrum

Capitularem, ſcilicet OTHONEM de *Benzenau*, ultra Montes in Studio *Bononienſi* agentem; Et tunc, præſentibus etiam omnibus qui Electioni ſive poſtulationi celebrandæ debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intereſſe; primo Miſſa de Spiritu ſancto ſolemniter decantata, locum Capitularem — — ingreſſi, ianuisque clauſis, & tribus Notariis publicis & teſtibus infraſcriptis ad intereſſendum huiusmodi electionis ſive poſtulationis negotio convocatis & rogatis, ad ſalubre negotium dictæ electionis vel poſtulat. intendentes, contumaciam primitus non comparentium atque abſentium accuſantes, ac proteſtatione de dicti Dni OTHONIS longe extra Provinciam *Moguntinam* abſentia expreſſe & ſolenniter facta; deinde omnes & ſingulos admonentes & aviſantes per organum Venerabilis Dni SEBASTIANI ab *Heuſamſtam* I. Doctoris, & Eccl. noſtræ *Scholaſtici*, quod ſi aliqui ex nobis quavis cauſa excommunicati, ſuſpenſi ſeu interdicti, aut alias inhabiles aut criminoſi forent, aut de iure vel conſuetudine huiusmodi noſtræ electioni — — intereſſe non deberent, aut poſſent, nequaquam intereſſe præſumerent, ſed a nobis recederent, & nos alios libere eligere ſeu poſtulare permitterent; quodque ipſorum & cuiuslibet eorum ſic ligatorum vota, ſi quos tales intereſſe appareret, non numerari, ſed pro non receptis & non admiſſis prorſus haberi deberent.

His peractis incepimus de modo & forma', quibus Eccleſiæ noſtræ viduatæ conſulere poſſemus, tractare. Sane poſt diverſos tractatus inter nos habitos, tandem univerſis & ſingulis placuit, per viam Scrutinii & Compromiſſi mixtam procedere. Quapropter tres ex Collegio noſtro, ut puta prædictos Dominos, MARQVARDVM vom Stein Præpoſitum, IVLIVM, Electum & confirmatum *Neumburgenſem*, & CHRISTOPHORVM de *Hoenſtein*, Eccl. noſtræ Canonicos concapitulares fide dignos, in Notariorum publicorum & Teſtium ſubſcriptorum præſentia elegimus; dantes ipſis plenariam poteſtatem & facultatem, ut, adhibitis Notariis publ. & teſtibus infraſcriptis, primo ſua adinvicem, & deinde omnium

omnium & ſingulorum noſtrorum; & abſentis R^mi & Illuſtris, videlicet Dni IOANNIS ALBERTI ex Marchionibus *Brandenburgenſibus*, Electi & confirmati Archiepiſcopi *Magdeburgenſis*, Adminiſtratoris *Halberſtad.*, Cuſtodis & Concanonici noſtri Capitularis ad hoc per eum conſtituti procuratoris Vota diligenter, ac ſingulatim & ſecreto ſcrutarentur, eaque in ſcriptis redigerent, & in ſcriptis redacta mox in continenti publicarent; Et, tam numeri ad numerum, quam zeli ad zelum, & meriti ad meritum collatione facta, illum ad Archiepiſcopum Eccleſiæ *Moguntinæ* eligerent vel poſtularent, in quem reperirent maiorem & ſaniorem partem & numerum Capituli noſtri conſenſiſſe, & conſentire; quodque huiusmodi electionem ſive poſtulationem unus ex eis, ſuo & aliorum Collegarum ſuorum nominibus faceret, publicaret & pronuntiaret.

Qui quidem tres ſic electi, corporali iuramento ad ſancta Dei Evangelia prius per eos præſtito, promiſerunt, ſe commiſſum negotium fideliter executuros. Et illico ſe ad minorem ſtubam noſtram capitularem pro huiusmodi ſcrutinio faciendo receperunt, & præſentibus Notariis & teſtibus infra nominatis, ut nobis retulerunt, primo ſe ipſos, duo videlicet Tertium, deinde omnes tres coniunctim, omnes alios & ſingulos Canonicos prænominatos ſecundum dignitatem, & ſenium ac ordinem, quemlibet ſolum fecerunt accerſiri, & cuiusque votum ſecreto & ſeorſim, ſub ſimili cuiusque iuramento corporali ad ſancta Dei Evangelia præſtito, inquiſiverunt & ſcrutati fuerunt.

Quibus itaque votis omnium & ſingulorum per Eos ſcrutatis, inquiſitis & in ſcriptis redactis, collationeque numeri, zeli, & meriti facta, mox prælibati Domini, MARQVARDVS vom Stein — — — ad nos — — — reverſi retulerunt, medio iuramento ut præmittitur facto, ſe ſua, ac omnium & ſingulorum noſtrorum vota diligenter, ſecreto & ſingulatim coram Notariis & teſtibus ſubſcriptis ſcrutatos eſſe; et, nedum maiorem & ſaniorem partem Capituli, ſed etiam duplo maiorem reperiſſe, in unam Perſonam eligendam conſenſiſſe.

Vnde

Vnde præfatus D. MARQVARDVS Præpoſitus, de conſenſu & voluntate prædictorum Dominorum, IVLII Electi & confirmati *Neumburgenſis*, & CHRISTOPHORI de *Hoenſtein* ſuo, ac eorundem ſuorum Collegarum & Capituli nominibus, de noſtrorumque omnium conſenſu & voluntate, illico & in continenti, vocatis & accerſitis Notariis publicis & teſtibus infraſcriptis, dictum Dnum SEBASTIANVM ab HEVSENSTAM, Iurium Doctorem & Scholaſticum, tanquam habilem & idoneum, ac Virum plenæ & maturæ ætatis, de legitimo matrimonio ex utroque parente Nobilium procreatum, vita moribus & virtutibus commendabilem, doctrina & eruditione inſignem, in ſacro presbyteratus ordine conſtitutum, in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, prudentem, temperatum, ſobrium, ſuis negotiis ſemper caventem, in Archiepiſcopum Eccleſiæ noſtræ *Moguntinenſis* elegit; electionemque ipſam in ſcriptis pronuntiavit & publicavit, in hunc qui ſequitur modum.

Ego MARQVARDVS vom STEIN, Præpoſitus & Can. Capitularis Eccl. *Moguntinæ*, unus de tribus Scrutatoribus electis, de conſenſu & voluntate Conſcrutatorum meorum, & poteſtate mihi tradita, meo, ac [*eorundem*] & Capituli nomine, ad laudem & honorem DEI *Omnipotentis*, *B. M. V.* nec non S. MARTINI *Patroni noſtri*, Venerabilem & Nobilem Dominum, SEBASTIANVM *ab* HEVSENSTAM, *Scholaſticum & Confratrem noſtrum*, de legitimo matrimonio procreatum, vita moribus & ſcientia inſignem, tanquam habilem & idoneum; in quem, exquiſitis noſtris & omnium & ſingulorum Canonicorum votis, collationeque facta, nedum maiorem & ſaniorem partem Capituli, ſed etiam duplo maiorem in Scrutinio conſenſiſſe comperimus, in noſtrum & prætactæ *Moguntinæ* Eccleſiæ ARCHIEPISCOPVM eligo, & eandem Electionem pronuntio & ſolemniter publico, DEI nomine in his ſcriptis.

Cui quidem Electioni de perſona prædicti Domini *Sebaſtiani* ab *Heuſenſtam* factæ, idem - - Electus, in eodem loco noſtro capitulari perſonaliter conſtitutus aſſeruit, ſe ad huiusmodi dignitatem indignum & inſufficientem; ne tamen DEI voluntati reſiſtere, & divinæ diſpoſitioni adverſari, vocationemque

nemque suam contemnere videretur, ob Dei Sque *Martini* — — — Patroni honorem, - - electioni de se factæ devote consentiendo annuit, ipsamque expresse in Dei nomine acceptavit. Quo facto talis electio, unanimi nostrorum consensu per organum præfati Dni nostri Decani, Clero & populo copiose in Ecclesia - - congregato, illico, more solito & consueto ex testudine alta iuxta Chorum, solemniter intimata & publicata fuit.

Sanctitati itaque *Vestræ* devote & humiliter supplicamus, quatenus eadem *S. V.* prædictam electionem, sic canonice & solemniter celebratam, admittere, confirmare, approbare, eundemque D. *Sebastianum* - - prænominatæ Ecclesiæ præficere; ipsique curam, regimen & administrationem — — — in spiritualibus & temporalibus committere, gratiose dignetur; ut, velut Electus idoneus, nobis & toti Provinciæ, in his quæ ad Archiepiscopum spectant, præesse valeat, & prodesse; nosque, & alii sibi commissi, sub eius sacro regimine Deo salubriter militare, & post huius vitæ cursum, gaudium Domini Dei nostri feliciter introire valeamus.

In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & evidens testimonium præsentes Litteras, sive præsens publicum Instrumentum, huiusmodi electionis Decretum in se continentes sive continens, per Notarios - - infrascriptos fieri ac subscribi - - mandavimus, maiorisque Sigilli nostri iussimus & fecimus appensione communiri.

Acta fuerunt & sunt hæc *Moguntiæ*, in loco nostro Capitulari & Capitulo — — — Sub Anno a nativitate Domini MDXLV. Indict. III, die vero Martis *XX.* mensis *Octobris*. Pontificatus eiusdem S^tis^ *V.* anno XI. Præsentibus ibidem Venerabilibus & Eximiis viris Dnis, Bernardo *Scholl* Doctore, S. *Moguntinæ* Sedis Prothonotario ac Officiali, & Iudice generali; *Moguntiæ B. M. ad gradus*, ac S. *Stephani* Canonico. Iodoco *Selbach* Iurium L^to^, S. *Petri* extra: & Antonio *Wiedmeyer*, præfatæ *M. V.* intra muros *Moguntinos*, Ecclesia-

rum Decanis; testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et ego IOANNES *Fabri*, alias *Winecke*, Clericus *Mog.* diœcesis, Publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius, Sque *Mog.* Sedis Causarum Scriba iuratus, quia prædictorum — — — — interfui, (*&c.*)

Et quia ego IOANNES *Segen*, alias *Cusanus*, Art. M. Clericus *Trev.* diœc. (*&c.*)

Et ego IOANNES *Fabri* Moguntinus, (*&c.*)

Rmus D. SEBASTIANVS Electus Archiepiscopus *M.* civibus, qui in eius electione in armis fuerunt, dedit cuilibet unam mensuram optimi vini in domo *Scholasteriæ*, Anno 1545. Dominica XXI ante Adventum, 25. Octobris.

CCCX.

Qualiter Electus *iureiurando & obsequii religione sibi devinxerit Subditos.* *

* *In ipsa metropoli.*

[*p.* 849. *n.* 1.]

ANNO Domini ut supra, die Martis in vigilia *Simonis* & *Iudæ App.* 27. mensis Octobris hora octava mane, hat man alle Pforten der Stadt Mentz zugehalten, Sein und waren alle Burger bescheiden, und verordnet, ohne Gewehr u. Harniß auf dem Hofplatz bey dem Weltlichen Gerichts Hauß zu erscheinen. Zu dem sein alle Praelaten und Canonicken des Dhum Capitels in dem Gerichts Hauß gestanden, und gewart die zukunfft des Ertzbischoffs. Alsbald kahm gegangen, in einem schlechten schwartzen Rock, der Hochwürdigst in Gott Vatter, Durchleuchtigst Fürst und Herr, Herr Sebastian, des H. St. zu Mentz Ertzbischoff, des H. R. R. durch Germanien Ertzcantzler u. Churfürst; gieng also unter das Gerichtshauß, mit Saluta-

Salutation, Ehrerbietung und Handreichung gegen dem Capitel. Allbo war ein schwartz Sammet tuch, mit dreyen grünen Küssen auffgemacht. Auff demselbigen lag der Erwelt Ertzbischoff, und uff der lincken seiten der Dhumdechent **Adam Kuchenmeister**; und die andere Capitulares stunden hinter Ihnen. Nach dem las und sagt man den Burger die Huldung vor, also das dieselbigen, und ein igklicher insunderheit sollten schweren, geloben, hulden, und einen Eidt thun mit Handgelobe. Erstlich dem Erwelten . ., darnach eim Hochwirdigen Dhumcapitel als Erbherren des Stifft Mentz 2c. *Quibus ita peractis* ist *Electus*, mit samt dem Dhumdechant wider zu Schloss gangen, und nit geritten, onangesehen das feucht nass u. unsauber Wetter gewest. In dem hat man die Porten wieder auffgethan 2c.

Nach dem folgt Innemung des Rheingaues, und Huldung der Rhingauer. *Rhingavia.*

Anno Domini MDXLV. uf Sambstag nach *Martini* des 14 tags . . Novembr. des morgens fru zu sieben Uren, sein sie zu Mentz über Rhein gefaren und übergefürt worden. Drei hundert wohlgerüstet zu Pferde, alle in schwartz gekleidt, waren uff den neuen Erwelten bestellt u. verordnet; ridden also zu dem Rhingau zu. Als solche 300 über Rhein kamen, ist der **Hochwürdigst - - - Fürst** u. **Herr Erwelter** - - - mit nachfolgenden Prälaten, Thumherren, u. Ritterschafft zu Schiff gangen, nemblich

- Herr **Marquard vom Stein**, der dreier Stifft, Mentz Augsburgk u. Bamberg Dumprobst, Probst zu S. Victor — — —
- H. Adamus **Kuchenmeister** von **Gambergk**, Dhumdechan (2c.)
- H. Philippus von **Stockheim** Dhumsenger, Probst zu Erfurt, - - - - Cämmerer des Weltlichen Gerichts.
- H. Ludov. *de* Hohenloe **Dhumh.** zu **Mentz** u. Strasburg.

 H. Sifri-

H. Sifridus Hundt v. Wencken H. Philip. von Wichenstein.	Canonici Capit.

An Weltlichen Herren, Graven u. Edlen.

Herr Walther von Heussenstein, Hoffmeister, und Commenter des Teutschen Ordens zu Coblentz, rechter Bruder des Erwelten.

Hr. Adolf Graf zu Nassaw u. Wisbaden.

Hr. Merten v. Heussenstein Ritter, und rechter Bruder des Erwelten, Amptman zu Hoest.

Hr. Conrad von Hatstein, Ritter.

Johan Hilgen. Johan von Sickingen.
Hartman von Cronbergk.
Johan Brendel, Burgkgraf zu Fridbergk.
Ebert, und Jorg von Dalbergk.

Sin also gefaren bis ghen Oisterich, und alldo an Landt gemert; Ist der Erwelt mit sampt den Prelaten u. Ritterschafften aus dem Schiff gangen, und also zu fues, bis an das Ort, genant S. Bartholomes. Und do waren zwo Benck mit pulven bereit u. dargestellt, aber es sazt sich niemands. Do was die Landschafft des Ringkaws versamlet. Alsbald entpfingen die Landschafft den Erwelten, und begerten, Sie bey ihrer alten Freiheiten u. Privilegia zu hanthaben u. zu lassen; welches dan durch Fridrichen von Stockheim, Vizthum im Ringaw, also angezeigt und gered worden.

Darnach schwuren und hulten dem Erwelten, als einem Ertzbischoff, und hernach dem Dhumdechant von wegen des Capitels als Erbherren, die Schultheisen u. Scheffen aus den Ampten, wie dan von Alters ein gebrauch ist. Es war do der gereisig Zeug, welche Sie gar umbrinckten, also das der Erwelt, mit sampt den Prälaten u. Ritterschafften, auch mit der Landschafft in der Mitt stunden.

den. Und nach Ende der Huldigung sein Sie wieder zu Schiff gangen, und - - bis ghen Eltvil gefaren, aldo die Nacht blieben, gessen u. getruncken, und frölich gewesen.

Auff Sontag hat man zu Mittag zu Eltvil zu Hoff gespeiset, — — und nach dem Mittagsmal sein die Reuter widerum uffgesessen; und ist der Erwelt — — mit den obangezeigten Personen zu schiff gangen, und ghen Mentz gefaren.

ANNO Domini MDXLV off Dornstag Elisabet, fru - - ist der Erwelt mit IIc] Pherden, *comitantibus Decano & Cantore,* ghen Blin u. Algessum geritten, solche einzunehmen und Huldung zu entphahen; mit zweien Trommettern u. zwen Trabanten, alle in schwartz gekleidt 2c. *in Praefectu-ris.*

[*Resignatio Scholasteriæ.*]

ANNO Domini ut supra, die vero Lunæ *Clementis* Papæ, XXIII. Nov. hora VIII Rmus — — — Electus Archiepiscopus - - per Egregium Dn. BERNHARDUM *Scholl* Canonicum S. *Victoris* SCHOLASTERIAM ad manus Capituli resignavit, coram Notario IOANNE *Cusano*, testibus GERHARDO *Ising* & CONRADO *Textoris*, Vicariis, ad hoc specialiter vocatis.

[*Deputati ad Romanam Curiam discedunt.*]

ANNO quo supra, Martis 1. Decembris hora XII. sein die verordnete, pro Confirmatione, und das Pallium zu bringen, nemblich D. ARNOLDUS de *Bucholtz* * Can. *Mogunt.*, und Her ANTONIUS *Widmeier* Decanus *B. V. ad gradus* mit sechs Pferde hie zu Mentz ausgeritten und ubergefaren.

* *Is in itinere ad Urbem existens, Sebastiano quondam Scholastico d. 14. Dec. suffectus est.*

Iovis 3. Decembris mane hora VIII. sein des Erwelten Ertzbischoffs Reisig zeug, zwey hundert wol geruster Pferd hie zu Mentz ubergefaren, all in schwartz gekleidet, und auff Hoest zu gezogen. *Homagium continuatur.*

 In

Jn dem ist der Electus - - geritten bis gen Filtzbach, alldo abgesessen, die zween Prelaten mit sampt den andern gegrüset; und alsbald mit sampt dem Dhumdechent, Dhumsenger, Hund, u. Wichsenstein, und anderen Sr. Churf. Gnaden Rethen zu Schiff gangen, und also ghen Hoest gefaren, und solches eingenomen und Huldung alldo von den Unterthanen zu entphahen. Und furter mit gnade u. hülff Gottes des allmechtigen, Steinheim, Selgenstadt, Aschaffenburgk, Miltenbergk, Bischoffsheim, Ostum, Rennicken, Gernsheim mit anderen Kellereyen, Flecken u. Dörffer, so zu dem Stifft Mentz gehören, einzunehmen 2c.

Hoest

et sic porro sursum versus.

CCCXI.

EPISTOLA Ottonis *Cardinalis* Augustani *ad* Electum, *qua gratulabundus officia sua defert, pro Confirmatione in Romana Curia quamprimum obtinenda.*

1545.

ex Autogr.

Unser freundtlich Dienst zuvor, Hochwürdiger Fürst, besonder lieber Herr und Freund. Ewer Lieb Schreiben, darinnen Sie anfangs unns unnserer Gesandten gethaner glückswünschung unnd erpiettens bedancken, haben wir mit volgendem innhalt nach lenge vernomen. Nun ist nit weniger, wir haben gedachten unnsern Gesanndten obangeregte sachen mit vleis bey E. L. anzubringen bevolhen, wie wir auch beschehen zu sein verhoffen. Und mögen nochmalen E. L. mit warhait anzaigen, daß wir ab Derselbigen Ertzbischoflichen Election, inn bedacht daß wir E. L. allwegen vil ehren uud gutes verzelen und nachsagen hören, nit wenig erfreuet, unnd noch; Unnd daß auch, vermög unnserer Räthe anbringens, sonnst wes unnserthalb vor der Election fürgewendt, aus erzelten ursachen, und gar nit daß wir nach ainicher Ehr, oder gut-

OTTO *haud obscure innuit, se ad hanc Mitram aspi-*

gutgezigkeit gestelt, beschehen. Allso das wir nochmalen E. L. unnd dern Stifft, womit wir kindten, zu erschiesslichen Dienngsten ganntz genaigt sein.

rasse. Conf. Ioan. p. 848.

Und darumb uff E. L. begern gleich alsbald Irer confirmation halben, wiewol wir, one das eemaln unns E. L. Schreiben geantwurt worden, der Bäpstl. H. aus aigner bewegnus für E. L. nach besstem vleiß geschriben, yetzund widerumb von newen ann Jr H. mit aigner Hannd brief ausgeen, unnd dann sonnst etlichen fürnemen Cardinälen, unnd anndern, desgleichen unnserm selbs Procuratorn dermassen schreiben lassen, das wir verhofften, solche Schreiben solten E. L. unnserm begierlichen wolmainen nach zu nit wenig fürderung erschiessen; wie wir dann E. L. gemelte Schreiben, so gleichwol unnserm gebrauch nach inn Ytalianischer sprach begriffen, hiebey versecretiert: unnd daneben von yedem ein sonndere Copey übersennden. Und kinten dabey E. L. nit bergen, daß zu furderung der sachen nit wenig dienstlich were, wo E. L. von der Römisch Kays. Maiestät, unnserm allergnedigsten Herren, befurderung oder Beibrief ann die Bäpstl. H. u. Jr Mai. potschafft ann dem B. Hof ausgebracht hette; welche brief aber nit als schlechte Credentzen, sonnder in meliori forma, fürbitlichen, und furderungs weis steen, unnd auch der massen lautten muessen, das gedachte Kayserl. Potschafft selbs von der K. M. wegen aigner Person mit Bäpstl. H. hanndelte, welches vast fruchtpar were. Achten auch, E. L. solten solche Schreiben bey der K. M. wol ausbringen; wie wir dann Irer M. wo E. L. an ausbringung deren ainichen zweifel hetten, gern selbs auch underthenigst zu schreiben genaigt. Dergleichen befürderungen möchte auch E. L. von der Röm. Kunigkl. M. an irer M. potschafft zu Rom, ob sy annderst aine alda hette: desgleichen an das Collegium Cardinalium auch erlangen; Des Versehens, E. L. solte allso mit diesen allen Fürschrifften etwas würcklichs zu wegen bringen; das wir dan derselbigen, unnd auch sonnst von dem Allmechtigen alle wolfarth von hertzen

Quod proprio motu ad Papam pro confirmatione scripserit. Rursus nunc et ad praecipuos Cardinales;

Litterar. Copiam in lingua Italica accludit. Suadendo, ut sibi procuret Commendatitias Caes., non autem in forma communi, sed meliori.

Ita nempe, ut Illius Orator in persona desuper cum Pont. agat.

Nec minus profuturum, si huiusmodi Litteras ad Colleg. Cardd. consequi posset Electus;

hertzen gönnen u. wünschen. Und thuen unns damit zu E. L. diensten ungespart unnsers vermögens freundtlich erpietten. Wolten auch Derselbigen solchs hinwider im besten nit verhalten.

Datum Dillingen den V. Novembris Anno MDXLV.

quem propria manu securum reddit, de paratissimo voluntatis suæ absequio.

E. L. soll sich gantz und aigentlich zu mir versehen, daß ich Derselben nitt weniger guttwillig Dienst beweisen will, alls meinem Herren u. Freund löblicher gedechtnus; Solichs mag sich E. L. zu mir versehen, und dem widerwertigen kein Glauben geben.

Otho Cardinal zu Augspurg.

Quæ sequuntur, propria Ottonis *manu in chartula seiunctim annexa scripta sunt. Videlicet, se iam ad* PP. *&* *Card.* Farnesium *Litteras amandasse; quodque negotium perlibenter eo dirigeret, ne conditionis existat minoris, ac antecessor. Quandoquidem ipse* Otto, *Cardinalis in Romano Imperio ægre vellet esse solus & unicus.*

Darzu kan ich vertreulich E. L. onangezaigt nitt lassen, daß ich schon für mich selbs fleissigst der Bäpstl. H. und dem Cardinal Farnesio geschrieben; und wolt die Sach gern dahin richten, daß E. L. nitt in wenigerm standt, dan ir Vorfar were. Dan ich E. L. taugenglich, gelert, erber, berett ꝛc. darzu, hör beruembt. Und ich wolt ie gern nit allain in disem stand im Reich sein. Versich mich gäntzlich, die B. H. werden sich in allen sachen recht halten und beweisen.

Inscriptio.

Dem Hochwürdigen Fürsten, unnserm besonnder lieben Herren und Freund, Herren Sebastianen, Erwelten zu Ertzbischoven zu Meintz, Ertzcantzlern in Germanien, und Churfursten.

Zu Ir Lieb aignen Handen.

CCCXII.

CCCXII.

SEBASTIANVS *omni qua par est observantia supplicat Pontifici M. ut electionem de se factam confirmet. Simul exponendo causas admodum graves, quarum intuitu Iura, alias præstari solita, sibi gratiose remitti, plene confidit. Hunc in finem scribit quoque Litteras Sacro Cardinalium Cœtui, et* FARNESIO, *Papæ nepoti, seorsim. Etsi vero forte videantur nimis extensæ, quia tamen res continent, tum lectu curiosas, tum scitu dignissimas; tanto pronius arbitramur, earundem communicationem nemini non gratam acceptamque fore.*

1545.

SANCTISSIMO *ac Beatissimo in Christo Patri & Domino* PAVLO TERTIO, *divina providentia Sanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ Summo Pontifici*, Domino meo *Clementissimo.*

SI flecti vertive fata possent, esset querimoniis & ardentibus meis votis iam dudum in vitam, adeoque in *Moguntinam* hanc sedem revocatus Reverendissimus in Christo Pater, idemque Princeps Illmus, Dominus ALBERTVS, S. R. E. nuper *Cardinalis*, Archiepiscopus *Moguntinus* & *Magdeburgensis*, meus ille mihi nunquam absque honoris & laudabilis memoriæ præfatione nominandus Antecessor; in cuius Viri morte merito possumus Germani deflere casum Reipublicæ nostræ; quam nisi ille in tanta hac rerum perturbatione, sua virtute & autoritate sustinuisset, essent iam pridem non modo nullæ reliquæ in Germanicis ecclesiis possessiones, sed & totam illam ecclesiasticæ vitæ & gubernationis rationem amisissemus.

Fuit enim hoc unicum ei studium, ut Patrum religionem, Canones, exempla, & de vera pietate consensum in hac conservaret natione, & traditam a Maioribus libertatem, Romanæque ante omnia Sedis dignitatem contra Novatores defenderet. Qua in re etsi tempestati cedere coactus persæpe est, in Imperialibus tamen, aliisque publicis Conventibus hoc lau-

dis ſemper, etiam ab Adverſariis, tulit, ut dictus paſſim ſit, propter excellentem ſuam ſapientiam & moderationem, *publici conſilii Dux*, *Pacificator*, *& in componendis diſſidiis Vir unus inſtar multorum*: Qui ſervandi populi gratia perpeti omnia maluerit, quam ferro decertare, & Germaniæ Cives, maximeque in his ſibi ſubditos in diſcrimen adducere. Vidit vir prudens, non poſſe in hac novitate & licentia Vulgi in Clerum odia ſedari, neque concordiam & diuturnam pacem coaleſcere, prius non compoſitis de Religione controverſiis, conſenſioneque & benevolentia inter Principes, aliosque in Imperio Ordines non legitime prius reſtituta.

Itaque, ut commune hoc animorum vinculum reſarciretur, nihil non ille, ad annos viginti & amplius, eſt paſſus & expertus; nihil non pertentavit, mirifico utpote iuvandi ardore accenſus, præ quo non pepercit valetudini, nec ullam rationem habuit privatæ utilitatis: Cuius ut pro heroica natura ſua ſemper fuit negligens, ita cogente his temporibus publica neceſſitate, quicquid undecunque æris alieni conflare & corradere poterat, in publicos uſus, ut a Sectarum metu, & ab infinitis aliis periculis liberaretur res publica, impendebat, populi ſemper in his contemnens de ſe iudicia; ut qui hoc unum ſpectaret, quomodo Religionem, & quæ ex religione naſcuntur virtutes, iuxta SSmæ *Patern. V.* approbationem in hac natione recuperaret; quomodo dico inteſtinas diſcordias mitigaret, et quatenus fieri poſſet, diſſidentia membra in congruentes ſpiritus redigeret.

Aſſerta vero Religione paceque reſtituta, ſperabat, cætera omnia fore in prono, quod eſt reditura ſperabat commoda, cenſus, & vectigales proventus; quos omnes iam olim ille in tantum attenuaverat, ut eorum, quæ paucos ante annos ad *Moguntinam* pertinuerunt Eccleſiam, vix nunc arbitrer reſtare Trientem. Maxima enim ditionis portio translata iam dudum ad alienos eſt; quæ reliqua adhuc manet, impignorata illis eſt, qui pecuniam ad fœnus numerarunt.

Quod

Quod ſi præmiis & otio, ac non ipſa potius virtutis pulchritudine & labore fuiſſet delectatus, vel ſi ad inſanæ multitudinis cupiditatem & plauſus voluiſſet ſe accommodare, huc inopiæ non recidiſſemus. Sed abſit, ut honeſti ratio non ſemper plurimum valere debeat; & pudendum ſit, Præſulem eſſe *Moguntiæ*, qui ſuæ obliviſcatur fidei; qua ſcimus totam hanc adminiſtrationem Romanæ Sedis ſanctitati eſſe devotiſſimam. Habet namque ab antiquo elogium hoc Diœceſis *Moguntina*, ut dicatur ROMANÆ ECCLESIÆ FILIA, non quidem vulgariter, ſed ex ſingulari quadam prærogativa, VERA *&* eximie FIDELIS. Vt hoc ipſo iam Anteceſſor meus ſubiectionis & fidelitatis iure, non veteris Reipublicæ tantum adactus deſiderio, videatur *Moguntinas* vires & opes, non dico debilitaſſe tantum, ſed funditus ipſas quoque quaſi exhauſiſſe. Neque enim obſcurum eſt, quam fido ſemper & erecto ille animo, quantis item ſtudiis & ſumptibus, *Veſtræ Sti* in hac natione negotia ſemper egerit. Et arbitror, quædam eius erga Romanam Sedem obſequia *Sti V.* fuiſſe non vel ignota, vel ingrata.

Multis certe clariſſimis ac ſpectatæ autoritatis in Germania Viris luctuoſa mors eius vel uno hoc nomine viſa eſt, quod putent Germanicam Rempublicam in Viro orbatam eſſe, qui Romanæ Eccleſiæ dignitatem in his iam periculis poterat cum autoritate defendere & illuſtrare, atque in eo ipſo quoque *SSmæ Ptis* Veſtræ, ſimiliter & *Maieſtatis Cæſareæ* erga hanc nationem emereri & retinere favorem. Cui emerendo alendoque quantopere ſtuduerit, argumentum inter alia multa eſſe etiam hoc unum poteſt, quod Oecumenicam Synodum, proxime *Tridenti*, & ante hac *Vincentiæ* indictam, pene ſolus ex hac natione per Legatos frequentaverit; tam alacriter & cupide, quam fuit idem his ultimis vitæ ſuæ diebus multiplici oppreſſus calamitate; adeo erat nunquam ille in exequendis mandatis remiſſus & languidus, etiam tunc, cum ſpiritum ægre traheret, eſſetque corpus iam poſiturus. Spero autem, tot tantaque illius ſtudia, officiaque, quibus approbare ſeſe

bonis omnibus, ſed cumprimis S^{ti} V. eſſe voluit, mihi meisque iam commodum aliquod eſſe allatum.

Cum enim iam inde a puero amplexus & veneratus ſim Romanæ Eccleſiæ in Religionis dogmatibus conſenſum, & creſcentibus poſtea annis ordinariam poteſtatem S^{ti} V. divinitus traditam religioſe coluerim; fieri non poteſt, quin, poſtquam iam voluntate DEI, & legitima Capituli noſtri electione & autoritate (addam & precibus & inductione) ad laborioſiſſimam Archiepiſcopalem hanc functionem vocatus ſum, non paratiſſimus ſim ad S. V. imperium omnes obedientiæ partes explere, ingentisque adeo theſauri loco ducere, ſi declarare obſequiis animum ita meis potero, ut ſentiam, me, meamque iam Diœceſin eſſe in SS^{mæ} P. V. tutela, commendatione, favore & gratia.

Etſi enim, collatus cum Anteceſſoribus meis, qui dignitate & opibus floruerunt, facere paria non poſſum, nec tam præclare de Romana ſede mereri (fatis utpote iniquioribus;) non committam tamen, ut cuiquam illorum dicar in præſtandis poſſibilibus officiis, voluntate & diligentia ceſſiſſe; fortaſſe quod negat fortuna, hoc dabit amor & cura. Et ſpero, Dominum, qui in hunc me ordinem & ſpeculam, nihil tale unquam cogitantem, multo minus ambientem collocavit, mihi dextre adfuturum. Libentius quidem, reiecto hoc tanto curarum laborumque pondere, vacaſſem mihi, meis ſtudiis & amicis, ſed quoniam videbatur nec me reſiſtere debere huic divinæ vocationi, nec poſſe ulla bona etiam conſcientia labores pro paterna re publica *Moguntina* fugere, induci, & ut ita dicam inaugurari me paſſus tandem ſum, cum diu ante recuſaſſem moroſe, quod impudentiſſimum & absque *polypragmoſynes* vitio minime alienum eſſe illum cenſeam, qui inter tam diſſidentes nunc Germanorum animos regere, aliqua ingenii ſui fiducia optet.

Ipſe ſane dum contemplor in fatali iſta Germanicorum principatuum diſcordia Eccleſiæ *Moguntinæ* faciem, dumque conſidero, quæ mihi ad navis huius clavum ſedenti ferendæ

ſint

ſint ærumnæ, quæ ſuſcipienda certamina; quam ſub iſta Creditorum turba nihil usquam ſuppetat facultatum & ſumptuum, quibus opus eſt ad ornandas eccleſias, ad illuſtrandam gloriam DEI, ad gubernanda Religionis ſtudia, Iudicia, diſciplinam & mores, totus profecto horresco, nec rationem teneo, qua, ſine *SS^{mæ} V.* P. ſingulari ope & conſilio, poſſim tam grave adminiſtrationis pondus ſuſtinere, et vel tolerabiliter, non dico iam aliqua mea cum laude & populi ſalute, in ſtatione manere.

Referam quidem ego omnia mea conſilia, omnes vires, induſtriam & labores, ad antiquæ huius Diœceſeos retinendam poſſeſſionem; verum ex quo tantus omnia diſſipantis diaboli furor ſuccrevit, prorſus diffido id me poſſe, niſi ad auxilium duo Chriſtiani orbis capita accerſivero, *SSmam Veſtram* ſcilicet *Paternitatem*, & *Cæſarem Auguſtam*. Hunc, ut retundat ſingulari ſua virtute & felicitate violentiam, *Stem* vero *V.*, quæ vice DEI fungitur, feſſis rebus noſtris ut ſuccurrat, iuvetque favore, conſiliis, commendatione; Et quod ſumme in votis hoc tempore mihi eſt, legitime electum me in Archiepiſcopum *Moguntinum* gratioſe confirmet; unde intelligere vere poſſim, vocationem meam ad hoc munus divinitus eſſe factam, ipſasque etiam animorum in ſubiecto populo erga me inclinationes, a cœleſti Numine gubernari.

Cogit autem urgentiſſima neceſſitas, præter veteris conſuetudinis exemplum, audacem eſſe me nunc, atque adeo petere, quod, & incenſus admiratione Paternæ Veſtræ charitatis, & opinione præſentiæ DEI in *S. Væ* officio, cum omni mentis meæ humilitate, quave reverentia decet, oro & obſecro, ut *S. V.* velit ipſam iam Confirmationem, quam ſpero, cupidusque impetratam exſpecto, metiri non pretii antiquitate, & rationabiliter aliquo olim inducto iure, ſed paterna illa potius benevolentia, qua *S. Vram* ſcimus totam eſſe paſſim in ſuccurrendo labentibus rebus effuſam, ac in Fiſco putare ſuo ſolere, quicquid commodi acceſſerit eccleſiis, quæ Romanæ Sedi

coniunctæ ſunt voluntate, confeſſione, iudicio, & iuramenti religione.

Hac fiducia ablegavi *Romam* hos etiam meos Nuncios, quos ut *S. V.* dignetur ad pedum oſcula procumbentes admittere, eosdemque ipſos, vota mea plenius quam Litteris adumbrare hic potui, exponentes audire, paterneque & clementer exaudire, ſupplex menteque ad *S. V.* pedes provolutus, oro. Orat eadem humilitate mecum tota *Moguntina* diœceſis, quæ in Ptis V. intuens benignitatem, efflictim hoc cupit, ut *SSma V. P.* ſinat ex genuina ſua bonitate pecuniam illam, quæ pro Confirmatione dari hactenus conſuevit, impendi fulciendæ, & ab interitu vindicandæ Eccleſiæ noſtræ; Cuius opera conſtat, annis iam ſeptingentis & amplius conſervatam eſſe in hac natione Religionem. Eſt enim, aut certe ante paucos hos annnos fuit, inter Germanicas Metropoles *Moguntina* adminiſtratio longe eminentiſſima; optimis ſemper munita diſciplinis & legibus, quæ Romanæ Sedi non magno tantum fuit & eſſe adhuc poteſt ornamento, verum dubiis etiam temporibus magno, ſicuti perſæpe fuit, præſidio.

Quare, cum certo perſuaſum habeam, nihil tam eſſe *S. V.* in votis, quam ut diſſipatæ in Germania eccleſiæ recolligant vires, & inſtaurentur; cum & ex fideli Nunciorum meorum narratione, meiſque adeo his Litteris *S. V.* intelligat, quas in anguſtias res *Moguntinæ* ſint redactæ, nec leve interim ex gratuita confirmationis donatione adiumentum nobis acceſſurum eſſe; tamen ad Religionem pariter & autoritatem, cum meam, hoc eſt archiepiſcopalem illam, tum præcipue *S. R.* Sedis in hac natione reſtituendam, ſtabiliendam & propagandam, ſit, ut ſupplici iterum mente, quemadmodum prius, ad *SS. V. P.* confugiam, orando obteſtandoque, ut, ſi votum meum hoc non viſum fuerit usque adeo improbum, ut eſſe in his Seditionum tempeſtatibus æquiſſimum & plane neceſſarium mihi videtur, *SSma P. V.* dignetur, animum vere paternum in remittenda pecuniæ ſumma illa oſtendere, condonationemque ipſam, aut mediocriter ſaltem, ſi fieri aliter prorſus nequit, deferre

deferre benefactis & memoriæ mei Antecessoris, quem ego, ut successione muneris, ita perpetua quoque erga *S. V.* fide, obedientiaque imitari studebo. Nec ius exigendæ pecuniæ pro confirmatione propterea deferetur, si nunc ratio temporis habebitur; nec ego eram remissionem quoque hanc iam flagitaturus, nisi tali beneficio scirem Populum, toties iam quæsturis & expilationibus vexatum, revocari & retineri posse in officio.

Itaque cum multæ honestæ rationes ad petitionem hanc me exstimulent, et quod tanto ipsi hoc studio expetimus, dare tam facile, tamque adeo laudabile *SSæ P. V.* & munificentiæ sit, quam accipere idipsum mihi totique Ecclesiæ est honorificum, utile & necessarium; putavi decere, & esse ex usu reipublicæ, ut ista, dum consuli rebus adhuc potest, ad *S. V.* referrem.

SSma P. V. velit ad Christi Capitis exemplum adesse nobis propitia, & creditam mihi Ecclesiam non idcirco odisse, quod deformior facta sit, sed vicem eius dolere potius & misereri, atque ex misericordia illam, sicuti iterum iterumque toto supplices pectore rogamus, iuvare. Quod ubi iam, uti confido, *a. S. V.* impetraverit vel dura nos premens necessitas, vel Antecessoris proximi mei erga Románam Sedem pietas & studium; vel spes denique illa, quam *S. V.* de mea diligentia, & Episcopo digna fide, optimam concipere debet; omnes in hoc nervos intendam, ut in his rerum publicarum mutationibus & turbis dicar me gessisse semper ad *SSæ P. V.* præscriptum, & arbitrium. Sique sperati huius, iam & accepti muneris magnitudini respondere, nullo digno possum officio, dabo operam, ut fidei saltem integritate, & grati animi significatione, quoties & ubicunque potero, respondeam.

Interea subiicio me, meaque omnia pedibus SSæ. *V.* P. quam precor, ut Pater in cœlis DEVS quam diutissime nobis & Christianæ Reipublicæ incolumem & bene valentem tueatur, ac servet. AMEN. *Moguntiæ* in Arce S. *Martini* - - - * Anno MDXLV.

* *sub finem mensis Novembris.*

CCCXIII.

CCCXIII.

Collegio Cardinalium.

Reverendissimi in Christo Patres & Domini, Salutem, & quem debeo Rmis *PP. VV.* cum iusta veneratione affectum.

Rmum in Christo Patrem, eundemque Illmum Principem, Dominum Albertum, S. R. E. nuper Cardinalem, Archiepiscopum *Moguntinum* & *Magdeburgensem*, meum illum in *Moguntina* administratione *felicis memoriæ* Antecessorem dignissimum, diem suum obiisse, arbitror iam dudum *Romæ* non tantum esse divulgatum, sed & *PP. Vestris* (quibus in status & dignitatis excellentia par, adeoque frater erat) eius in publica hac perturbatione casum non minus acerbe tulisse, quam eædem ipsæ *RR. PP. VV.* ex animo cupiant Germanicas Ecclesias habere propugnatores multos tales, qualis fuerat laudabiliter memoratus noster ille, cui præcipuum semper erat studium, Ecclesias sibi commissas non in antiqua solummodo tituli & gloriæ possessione conservare, verum insuper, ac multo etiam magis sanctam Patrum religionem, cultus & ritus propugnare, omninoque in his se præstare talem, ut maluerit, quod & fecit, de possessionibus, quam de sententia, de usu receptis legibus, deque adeo Summi Pontificis & sancti vestri Senatus approbatione discedere.

Hac constantia cum tot annos periclitantem ecclesiarum apud nos libertatem defendisset, variosque persæpe, non absque summis *Moguntinæ* Ecclesiæ detrimentis, repressisset motus, maximum sui desiderium moriens reliquit, cum apud omnes sibi subditos, tum apud illos potissimum nationis nostræ Magistratus & Principes, qui Romanæ Ecclesiæ de vera pietate consensum amplectentes a præsenti abhorrent novitate. Tam enim diligentem in Comitiis populorum Germaniæ, & in aliis quoque Conventibus omnibus navavit operam publicæ paci & saluti, ut illius beneficio, labore & sumptibus multæ hactenus

ctenus apud nos servatæ sint ecclesiæ, quæ alioqui procul dubio fuissent iam pridem desertæ & deletæ.

Quod si, quemadmodum bono & serio ille studio, ita pari quoque eventu per varia incommoda publico illi malo restitisset, *Moguntina* nostra ecclesia ad tantam non redacta fuisset paupertatem, ad quantam video, atque indies magis ac magis recidisse eam experior & doleo, qui proxime sum ad res ipsius gerendas, gubernandasque legitima vocatione accitus, nulla mea profecto cupiditate. Quis enim, nisi dementissimus, sponte se in tantum curarum pelagus cupiat coniicere! Nec opus est verbis attollere, cum res ipsa loquatur, quam sit in hac Sæculi audacia & pravitate onerosum & difficile, gubernare Rempublicam, omnibus suis iam pridem, & opibus & viribus exhaustam & nudatam, quam tot insuper circumstent pericula.

Ego sane, qui tranquillitatem & honestum otium anteferre didici magnis dignitatibus, fortunis, & imperio, manibus pedibusque, quod dicitur, annitebar, ut nostra illa, non laboriosa minus quam sancta, Oeconomia crederetur alteri cuipiam apud nos Capitulari. [Sunt enim in Capitulo nostro non pauci Viri, et sapientes & timentes Deum.] Verum cum nihil efficerem meis conatibus, & omnium in me conversi essent animi & vota; nec viderem, alios precibus, alios multis ut perpellerer inductionibus desistere; recusare desii tandem: Vnum hoc scilicet veritus, ne, cum mentem haberem duntaxat defixam in ærumnosum ecclesiæ nostræ statum, non pie satis viderer de Dei erga me voluntate sentire; quam tanto nunc alacrius studebo intelligere, amare & exequi, quanto plus in ministerio hoc meo difficultatum & miseriarum futurum prospicio. Certissime nimirum persuasus, eum qui gubernationem hanc dedit, additurum quoque esse mihi gubernationis peritos Angelos, quorum ductu, & forti suffultus præsidio tueri doctrinam puram, & S. Romanæ Ecclesiæ consensum; sollicitudini denique, & fidei meæ commissæ ecclesiæ subditos censum, resque adeo eius omnes ad extremum inopiæ gradum iam olim perductas, paulatim reparare valeam.

Quæ quidem ſperare & proponere auſim, collocanti mihi ſpem certam in Domini auxilio, & ſecundum Deum in Sanctiſſimo Chriſti Domini noſtri Vicario, Pontifice Maximo Pavlo *Tertio*, quem per Nuntios iam meos, & Litteras ſuppliciter rogo & obteſtor, ut felix aliquod meo huic propoſito & conatui det initium. Dabitur tale autem initium, unde ad res arduas adgrediendas ferventius excitabor, *ſi RR$^{mar.}$ PP. VV.* fideli commendatione, interceſſioneque ad miſericordiam commotus, publicum hoc mihi mandatum munus, una cum Pallii conceſſione, ille approbet, confirmet, & confirmatum diplomate *gratis* teſtetur.

Cogor enim *RR^{mi} PP.* præter Anteceſſorum meorum exemplum & morem petere: vt, ex quo deploratiſſimæ res noſtræ præſentem paratamque, ne in totum perdantur, requirunt operam, *SS^{ma}* illius *Paternitas* redimendæ confirmationis ius metiri iam velit, non ex antiqua numerationis conſuetudine, qua ſcio agnoſcoque quantum debeam, ſed ex paterna ſua potius benevolentia, & duriſſima ad præſens nos urgente neceſſitate. Nec puto, votum hoc meum improbum cenſeri debere, quo afflictam turbatamve iuvari cupio Eccleſiam ab eo, qui omnes omnium Nationum, cura & amore, Eccleſias complectitur. Et honeſtanda fovendaque præcipue ea Eccleſia eſſe videtur, quæ, deſerta cum ruat, multas huius nationis alias, etiam illuſtres & vetuſtas, in ruinam ſecum trahit; rurſus ea florente, aut non frigide ſaltem adiuta, vires mox accipiunt & aliæ.

Quod ſi magnum quidpiam eſt quod peto, idipſum mihi & meis duntaxat magnum eſt, *SS^{ma}* Ipſius *Paternitati* exile, & dare facillimum. Mihi certe, omnique populo meo *Moguntino* ut permagnum erit beneficium & maxime neceſſarium, ita longe quoque gratiſſimum; perpetuæque commendandum memoriæ, quod ex Sancti Cardinalium Senatus commendatione & ſententia, *Moguntinam* extreme periclitantem Eccleſiam tam liberaliter, tamque paterne in gratuita Confirmatione, ſacrique Pallii conceſſione, hoc tempore ſublevarit.

Quo

Quo igitur, *Patres Reverendissimi*, maior nobis ad singularem hanc gratitudinem præbeatur occasio, quove facilius redaccendatur nationi nostræ ergaSanctam Romanæ Ecclesiæ sedem amor & observantia, rogo, & quanto possum studio oro, obtestorque, ut *RR.* & *Amplissimæ PP. VV.* pro sua autoritate & gratia, proque summa sua etiam sapientia & humanitate, qua ecclesiarum nostrarum considerant miseranturque necessitates, meam hanc iam Causam commendatam sibi habeant; atque eius nomine *Sanctissimum* ipsum, *communem Ecclesiarum Patrem, & Dominum nostrum*, oratione eo flectant, ut ex paternæ ille bonitatis suæ thesauro dignetur sese nobis servandis impendere propitium, gratisque adeo largiri confirmationem & pallium; quibus acceptis vere possum intelligere, vocationem hanc meam esse ex DEO; et in afflictionibus tanto etiam potentius fide me erigere; sustentare promissionibus, petereque & exspectare consilia.

Itaque Patres Amplissimi, qui Christiani Orbis firmissimæ estis, quibus innitamur, quasi Columnæ & Cardines, supplici pronaque iterum mente oro, ut *Amplitudines & PP. VV.* sinant hac in parte promptam a se voluntatem & operam eatenus impetrari, quatenus illud ipsi, pro quo tanto hic laboramus studio, adsequamur. Quod uti fuerimus, uti confido, adsecuti; etsi quod vicissim *PPbus Vestris* promittam non invenio; si qua se tamen obtulerit rependendi officii unquam opportunitas, omnibus diligentis & fidelis ministri partibus defungar; Curaboque omnino, ne Venerabile & Sanctum illud *Rmar. VV. PP.* Collegium, tantum hoc se, & intercedendi & impetrandi beneficium penes male memorem & ingratum collocasse videatur.

Hoc de me volo ut *RR. VV. PP.* sibi polliceantur: Quibus totum me, meamque illam Ecclesiam *Moguntinam* submitto, commendoque. *RR. VV. PP.* in Domino IESV feliciter valeant. *Moguntiæ* ex Arce S. *Martini* - - - Anno MDXLV.

CCCXIV.

Cardinali Farnesio.

Reverendissime *in Christo Pater, & Domine colendissime.* Qua de re scripsi iam ad summum Pontificem, communem omnium Ecclesiarum Patrem & Dominum, simul ac ad sacrum Cardinalium Collegium, scribere de eadem ipsa visum quoque mihi est ad *R. P.* & *Dominationem vestram*, quam audio ob eximiam illam suæ naturæ vim, & civilem sapientiam, regere maximarum rerum consilia; ac propter multa præclara in Rempublicam studia merito esse gratiosam optimis quibusque, sed Summo Maximoque in primis Pontifici, apud quem, uti *Rma P. V.* commendatione me iuvet, unice oro. Quid autem negotii sit, in quo succurri in præsentiarum mihi cupio, paucis exponam.

Innotuit, puto, iam pridem *Rma P. V.* octavo Kal. Octobris vita esse defunctum apud nos Rmum in Christo Patrem, eundemque ipsum Illustrissimum Principem, Dominum Albertum, S. R. E. Cardinalem Archiepiscopum *Moguntinum* & *Magdeburgensem*, meum illum in *Moguntina* gubernanda Ecclesia nunquam satis laudatum Antecessorem; e cuius Viri in Republica nostra amissione nihil dubito quin *R. P. V.* tantum animo conceperit mœrorem, quantum concipere par est illum, qui necessitates nostras vidit & cognovit præsens; qui & intelligere probe potest, si revocari Natio nostra ad Ecclesiæ obedientiam debeat, Viris opus esse talibus, qualis fuerat feliciter memoratus noster *Moguntinus* ille, quem constat nullam regendæ Reipublicæ artem nescisse: Erat enim omnibus naturæ ornamentis, potissimum illis quæ egregium Principem efficiunt, præditus; Cuius autoritati, studiis & consilio hoc certe acceptum ferre debemus, quod conservatus hucusque sit, in præcipuis saltem Nationis nostræ Ecclesiis, Romanæ sedis de Religionis dogmatibus consensus.

Neque

Neque enim obſcurum eſt, quantis illam Patrum conſenſionem viribus, non ſine maxima ditionum ſuarum iactura, propagare & ſtabilire annixus ſit: Ibi nullum profecto remiſit laborem, nec ullis pepercit ſumptibus, aut deterreri paſſus eſt ſe ullis etiam difficultatibus. Vnum hoc nimirum ſpectans, ut ſua Eccleſiæ poteſtas retineretur, & cum hoc, Germaniæ populi manere in officio poſſent, ſicuti a *Moguntinis* Epiſcopis ad Annos haud multo infra octingentos in hac natione defenſa eſt, & ſervata. Hanc ipſius pro Patria noſtra, quod eſt Eccleſia, ſublatam hinc iam ſollicitudinem queruntur & deplorant, quotquot pietatem, & Reipublicæ amant tranquillitatem. Queror & ipſe tot noſtris ſubductas uſibus virtutes plane heroicas, atque tanto eas quidem queror deploroque acerbius, quanto gravius eſt Archiepiſcopi *Moguntini* hoc tempore onus, quod *tredecimo Kal. Novembris*, qui eligendi Eccleſiæ noſtræ Archiepiſcopum ius habent, concordibus ſententiis invito, multisque modis renitenti, mihi impoſuerunt.

Dico quod res eſt: Verſatus in ſtudiis ſum, quæ vim virtutis & iuſtitiæ oculis ſubiiciunt, iudiciaque de Religione & humanitate firmant, ut munus *Scholaſtriæ*, quod quidem in Metropolitana eccleſia noſtra mandatum mihi fuerat, aliqua cum gratia & fructu gererem, eique muneri inſervirem, quam poſſem melius, niſi longe aliud de me ſtatuiſſet æterna DEI providentia, quæ in has curarum undas me coniecit. Quid enim, ab ambitione alienus, non anteferrem tranquillius vitæ genus ei, quod non minus eſt irrequietum & anxietate plenum, quam eſt idem illuſtre & magnificum! Recte credo dici: *Epiſcopatum qui deſiderat, bonum opus* deſiderat. Ceterum Epiſcopatum qui hodie metitur reditibus cenſu ſplendore & lautiore vita, longe fallitur. Iſto ſiquidem nomine, quod in fatalibus hiſce Diſcordiis & mutationibus ad Epiſcopatum, & quidem ad hunc *Moguntinum* inductus ſum, videor ipſe mihi eſſe infelix; et Anteceſſorem meum felicem iudico, quod mortalem ſortem egreſſus, ſolidi littoris portum contigerit; extruſo me in procelloſum altiſſimumque difficultatum mare;

ubi navigandum esse mihi video, non, quo cursum instituo, sed quo fluctus & venti impellunt.

Commemorarem fuse, quot & quantis impetamur necessitatibus, quam & in desperatis & perditis quasi rebus plerique Nostrum hæreamus, nisi *R. P. V.* præsentem ecclesiarum nostrarum statum antea pernosset. Ex quo enim illa toties iam *in Comitiis Principum Germaniæ, Legati officio functa est*, vidit & audivit haud dubie, quæ fere apud nos ubique tendantur retia, opibus saluti & famæ eorum, qui ecclesiasticas regunt Oeconomias, quam & multi sint ex possessionibus suis deturbati.

Porro de singulari Ecclesiæ nostræ statu oro, ut *R. P. V.* dignetur audire Nuncios meos, quos in hoc ablegavi, ut Archiepiscopatus huius a me suscepti Confirmationem impetrent. Complecti enim paucis verbis nequeo, in quas angustias vitio temporum nostra hæc Diœcesis redacta sit. Dignitate & gloria omnes alias nostræ Nationis ecclesias hactenus vicit; quibus & absolutum quoddam quasi fuit exemplar, ampla ditione & opibus pollensl, & præcipuum Romanæ Sedis in hac natione ornamentum, cui dubiis temporibus persæpe etiam fuit præsidio. Quid dicam! Ecclesia, quæ, adiuta & restaurata, adhuc posset S. Romanæ sedi grata præstare officia, & Religionem Ecclesiasticamque autoritatem in hac natione retinere; fortunæ iniuria iam diu vexata, oppressa collapsaque multis suis partibus ita iam est, collabiturque indies magis ac magis, ut nullam ego plane rationem eius sarciendæ restituendæque teneam, nisi Summus & Sanctissimus omnium Christianorum Pater, pro exuberanti sua erga præsidiis destitutas Ecclesias, *R^ma P. V.* patrocinante, humiliter supplicanti mihi iam opitulatus fuerit. Opem feret autem, partemque adeo oneris huius mei videbitur paterne in se recipere, si non dedignabitur inceptæ rei optabilem supperaddere finem; quod est, si dignabitur traditum mihi munus confirmare *gratis*, inque gratuita confirmatione illa rationem habere, vel horum temporum, vel benefactorum mei etiam Antecessoris, qui, commodorum suorum oblitus, tam fideliter omnia referebat

sua

ſua conſilia & conatus, ad Romani Pontificatus amplitudinem, & maieſtatem.

Sane invitus aliquid ego contra conſuetudinem, rationabiliter olim introductam, audeo; Verum cum ob trudentem neceſſitatem non liceat declinare, & certiſſime ipſi ſciamus, SS. Pontificem, Patrem & Dominum noſtrum, nihil cupere tam ardenter, quam Eccleſiarum incrementa, ut illæ ubivis Terrarum emendatæ, precibus & votis communem ſalutem DEO commendent tanto ſtudioſius & efficacius, quanto diaboli in ultimis his temporibus ad omnia confundenda & evertenda furor eſt formidabilior; Exiſtimavi ſatis iuſtam & gravem me habere cauſam, ſuppliciter petendi, ut *Sanctitas* illius pecuniam illam, quam *Moguntina* Diœceſis pro confirmatione & pro pallio dare hactenus conſuevit, gratioſe remittat atque condonet; qua ſuffulta vel reſtituta, melius habebunt & aliæ nationis noſtræ Eccleſiæ; qua rurſus cadente, neceſſe eſt concidere & alias, quæ a *Moguntina* pendent.

Igitur, ut beneficium hoc, quod S[ti] Ipſius dare eſt facillimum, mihi vero & Eccleſiæ totique patriæ noſtræ maxime profuturum, nunquamque obliviſcendum, impetremus, prona mente confugio ad *R. P. V.* quanto poſſum ſtudio rogans, ut *R. P. V.* velit, ex nativa bonitate ſua, hanc meam ita ſibi commendatam habere Cauſam; ita benevolenter pro nobis intercedere, ut in impetrata gratuita confirmatione & pallii conceſſione ſentiam, cum meas, tum Eccleſiæ totius meæ preces apud *R. P. V.* habuiſſe pondus. Audacius iſta - - peto, ut *R. P. V.* materiam habeat ampliter merendi de Republica noſtra, quam iuvare ſanctiſſimum eſt officium. Nihil dubito autem, me, quod tantopere cupimus, conſecuturum eſſe, ſi unius *R. P. V.* adiutus fuero favore, quem ut in præcipuis bonis noſtris numeramus, ita omnes ego ingenii nervos in hoc explicabo meos, ut, quanta extiterint *Cardinalis* FARNESII in *Moguntinam* Eccleſiam merita, tanta & populo hoc meo & poſteris noſtris celebrentur, nullo unquam tempore intermoritura.

R[ma]

R^{ma} & Ampl^{ma} Vestra Paternitas, cui me meamque Ecclesiam commendo, in Christo Domino bene valeat. *Moguntiæ* ex Arce S. *Martini* — — — — MDXLV.

Prementes hæ Litteræ, num, & in quantum commoverint, nobis equidem haud constat. Æquissimum tamen est credere, Iura saltim ex medietate (sicut pro iustis rerum circumstantiis fieri amat) esse condonata. BVLLIS *igitur per Oratores cum Pallio allatis, actus ipse, qui ad Episcopum rite formandum exigitur, est subsecutus.*

CCCXV.

CONSECRATIO R^{mi} D. Sebastiani in *S. Sedis Moguntinæ* Archiepiscopum, *Dominica* Quasimodogeniti, *secunda Maii in Ecclesia metrop. celebrata*:

1546.

Erstlich haben die Sacristen oder Sendener Herrn den hohen Altar geschmückt cum rubeo Ornatu prætiosissimo Domini *Alberti* olim Archiepiscopi, sicut in festo Nativitatis Domini.

Dominica die *secunda Maii* mane hora 2ª ad *Matutinas*, ad *Primas* hora 4^{ta} pulsabatur — —, Et cantabantur *Primæ*, *Tertia*, *Sexta*. Deinde fiebat Circuitus cum aspersione, more solito. Interim venerunt quatuor Abbates, videlicet Abbas de *Hegene*, * Abbas de *Monte* S. *Ioannis* in *Ringavia*, ** Abbas de *Eberbach*, & Abbas in *Selgenstat* cum suis Ministris seu Sacellanis; Et statim Abbates induerunt se Alba, humerali, manipulis, stola, cappa chorali, chirothecis, annulis, baculo & infula. Ministri vero, quasi Missam celebraturi, cum Cappis.

Interim venit Reverendissimus Princeps ac Dominus, D. MELCHIOR ZOBEL Episcopus *Herbipolensis* ac Dux *Franconiæ*. D. GEORGIVS *Lorchius*, Monachus *Lorchensis* ac Suffra-

fraganeus *Herbip.* Rev. D. FRIDERICVS de *Wrisberg* Decanus *Herbip.* R. D. HENRICVS de *Wirzburgk*, ſenior Canonicus & Cantor *Herbip.*, cum aliis Nobilibus.

In primo acceſſu Dni Conſecratoris.

1. Stabellarii vel Caduceatores, cum argenteis deauratis baculis: IOANNES *Pfot*, & KILIANVS.
2. Marſchallus D. Conſecratoris.
3. Duo Chorales in Albis & dalmaticis Rmi Dni *Hennebergk*, cum candelis.
4. Duo Vicarii in rubeis Cappis Sociorum cum thuribulis: IOANNES *Erwein* & IACOBVS *Waldt.*
5. Duo Canonici domicellares in Ornatu aureo *Hennebergks*, cantantes *Alleluia*: D. IODOCVS de *Weiler* & D. WILHELMVS de *Bicken.*
6. Duo miniſtrantes vel Levitæ, Canonici Capitulares in ornatu rubeo Rmi D. *Alberti* olim Archiepiſcopi, cum libris argenteis: D. IOAN. *Fock* de *Walſtatt*, & D. CHRISTOFERVS ab *Hoenſtein.*
7. Duo Prælati Eccleſiæ *Moguntinæ* adſtantes loco Levitarum, in ornatu rubeo *Henneb.* R. D. ADAMVS *Kuchenmeiſter* a *Gamberg* Decanus, & R. D. PHILIPPVS de *Stockheim* Cantor.
8. Rmus D. CONSECRATOR in plenis pontificalibus, in ornatu aureo . . *Alberti* - -
9. R. D. FRIDER. de *Wrisberg* Decanus *Herbip.* in Cappa aurea *Vrielis* olim Archiep. cum baculo: R. D. HENR. de *Wirzburg*, ſenior Canonicus - - *Herbip.* in cappa aurea *Mauritii* cum albo panno ſerico, expectans pro Infula.
10. Sacellanus Dni Conſecratoris cum cappa.

Sequitur exitus Rmi Principis ac Domini, D. SEBASTIANI A. M.

1. Stabellarii. 2. Chorales. 3. GEORGIVS *Göler* Can. Cap. cum cappa aurea viridi *Gablenz*, deferens Pallium, amictus panno albo ſerico.

4. D. SIFRIDVS *Hund* Canonicus, cum cappa alba argentea Domini Marchionis, † deferendo Crucem; & Marschallus Reverendissimi, D. CONRADVS de *Hattstein.*

† *Subintelligitur* IOAN. ALBERTVS M. *Brandenb. Archieps* Magdeb., *tunc temporis Ecclesiæ metrop.* CVSTOS.

5. Rmus D. *Consecrandus*, cum casula, quasi Missam celebraturus.

6. Duo assistentes Episcopi plenis pontificalibus, cum cappis aureis D. *Alberti*: R. D. MICHAEL *Heldingius* Dr. *Sidonensis* Episcopus & in Pontificalibus Vicarius, & R. D. GEORGIVS *Lorchius*, — — — — Suffraganeus *Herbipolensis.*

7. Tres Sacellani cum cappis, pro Rmo D. Consecrando ad Mitram, Baculum, & Librum pontificalem: IOANNES *Eler*, IACOBVS *Kreich*, & CASPARVS *Coci*, omnes Vicarii.

8. Duo Sacellani cum rubeis cappis Sociorum (*Vicariorum.*) pro assistentibus Episcopis: IOANNES *Iordan* Vicarius, & PETRVS *Vmbstatt* Plebanus in *Eltvil.*

9. Duo Capellani - - cum cappis, respicientes ad Mensam.

10. Quatuor Abbates in pontificalibus, cum ministris suis in Albis, stolis & cappis.

NOTA: Rmus D. Consecratus Archiepiscopus hatt alle Persohnen des Dhumstiffts, Canonicken und Vicarien, Domicellares, Cantores, Præcentores, Chorales, Campanatores, Famulos Sacristiæ, Werckleute, Rüstmeister mit seinen Glöckner rc. auch alle Prelaten der andern Neben Stifften; die vier Abbates mit ihren Capellän, den gantzen Rhat, die uff der Rhent; den Schulteisen mit den vier Richtern sambt dem Schreiber, Vorsprechen u. Bedellen, die Zollherren und Beseher: Wachtmeister mit sambt allen Amptleuten u. Bevelchhaber rc. laden, und zu dem Prandio berufen u. bitten lassen; also daß in die Sechzigh Dische gespeiset sein worden. Die Essen und Gericht so vorgetragen, waren wie nachvolget.

Hirtzen

Hirtzen Wilpred gebraten.	Aell, weis gesotten.
Rindfleisch.	Grünen Salmen.
Hüner in einer gelen Brü.	Krebs gesotten.
Fladenn dabei.	Erbesen gekocht.
Wilpred in einem Peffer.	Wein Müslein.
Ein geroesten Kalbskopff.	Gebackens.
Gebratens: Kälber / Lämmer.	Kaes.

Und speist köstlichen guten Wein.

„ Anno MDXLVI. sexta mensis Iunii affixa ad valvas Ec-
„ clesiæ *Mogunt.* erat cedula, in qua sic notatum:

ANTONIVS *Widmeyer*, Eccl. B. M. V. Decanus, atque a R^mo — — — — ad infrascriptum negotium publicandum Commissarius specialiter deputatus: Notum facimus per præsentes, quod R^mus in X.o P. &D. — — SEBASTIANVS D. G. S. *Mog.* Sedis Archiepiscopus — — — — Sabbatho quatuor temporum proxime futuro, quo in DEI Ecclesia pro Missæ introitu *Charitas* DEI cantatur, DEO auxiliante in Metropolitana sua ecclesia - - Clericorum ordines, tam sacros quam minores, collaturus & administraturus est.

Quos exinde solenniter contulit, in feriis autem Pentecost. sacramentum Confirmationis.

ARCHIEPISCOPVS *itaque consecratus, primum sibi curæ habuit Religionis negotium. Eapropter an.* 1546. Ratisbonæ *Comitiis per Legatos interfuit, qui una cum* Trevericis *secessionem a Lutheranis fecerunt. Inundantes tum temporis calamitates perversis Cleri moribus imputans, eum & serio & paterne ad emendationem hortatur.*

CCCXVI.

1547.

[p. 850. n. 12.]

SEBASTIANVS *D. G. sanctæ* Moguntinæ *Sedis Archiepiscopus*, *S. R. I. per Germaniam Archicancellarius*, *Princeps Elector.* Venerabiles ac Honorabiles, devoti nobis in Christo dilecti.

Quando his inundantibus procellis, quæ indies magis ac magis invalescunt, in Ecclesia sursum ac deorsum omnia fluctuant, dum intestinis dissensionibus ac Bellorum tumultibus iam diu exulcerata Germania ad interitum procumbere pergit; dum fames temporum ac annonæ caritas, pestilentia, ac reliqua morborum incognita genera iam diu misere afflictos in summum vitæ ac rerum discrimen nos coniecerunt; pauci tamen admodum sint, qui hæc Mala ad vitæ emendationem referant; videmur nobis pro Archiepiscopali officio nostro facere, si Sacerdotes, Canonicos, Vicarios, Clericos, Parochos, Monachos, omnesque, quotquot in Ecclesiæ ministerium se recipi passi sunt, admoneamus, non in nostram perniciem hæc fieri, sed morum ac vitæ corruptionem, quæ multis annis in depravatissimam consuetudinem tracta est, huiusmodi flagellis emendari. Etenim cum multi Scripturæ loci testentur DEI severitatem, quæ iusto iudicio hominum peccata ulciscitur, immensæ bonitati, clementiæ ac misericordiæ coniunctam; ita attestante Propheta, quoniam benignus est, & patiens, misericors & præstabilis super malitiam, non possumus adeo de spe meliorum temporum diffidere, ut rursum, durantibus his malæ vitæ exemplis, de iis malis finem, ac maiore temporum felicitate bene sperare haud quaquam possimus.

Quæ enim salus, ac malorum lenitas nobis expectanda est unquam, cum hi, qui potissimum vita & doctrina, veluti terrarum ac mundi lumina, in Ecclesia splendescere deberent, quos Dominus noster *terræ Salem*, ut eorum condimento, scilicet moribus

moribus & doctrina, a peccatorum putredine servaretur populus, appellavit; qui oratione DEVM peccatorum veniam exorare, ac DEI iram placare deberent; quorum interest pro peccatis populi intercedere; hi vitiorum omnium labe conspurcati, mala vita, depravatissimis moribus, effrenatis cupiditatibus, in tot voluptates, tot libidines, tantam avaritiam, luxum, communem omnium fabulam, ac detestandum scandalum sese coniiciunt; dum præter ventrem & *aqualiculos* nihil aliud curandum student, potare item in multam noctem, emere Amicas, adsidere tesseris & aleæ, non sine blasphemo ore. Quæ Clericorum vitia vel testantibus Prophetis DEVM ad hæc malorum in nos deiecta fulmina commoverunt; dum Clerici, hoc est qui in sortem Domini sunt cooptati atque vocati, scelestissima vita sese ab eo alienant, cuius solius patrocinio in otio cum dignitate, in negotiis sine periculo vivere, & temporum tranquillitate frui debebant.

Vnde pro munere nostro pastorali integrum nobis videri non poterat, in tanto nutantis Ecclesiæ periculo constitutis hæc diutius dissimulare; certo persuasis, non aliunde, quam vitæ novitate, & abusionum emendatione, in Ecclesia adversus hæc mala, auxilia posse parari; præsertim eorum, e quorum depravatissimis moribus ea primum scaturire cœperunt; Sed nostris consiliis atque auctoritate, citra alicuius reprehensionem, generatim hac prævia mansueta correptione omnes adhortari, ut imperantibus Scripturis, ipso Servatore Christo Domino, horrendum atque interitum minitantibus Prophetis, adhortantibus Apostolicis canonibus, Pontificum decretis, Patrum Sanctionibus, Constitutionibus synodalibus, omnes Clerici, Sacerdotes, Canonici, Vicarii, Parochi, Monachi, positis vera pœnitentia veteris vitæ scandalis atque delictis, ad vitæ novitatem, qua sola Ecclesiæ nostræ oppressionem possunt vitare, sese convertant; Bono animo confisi, piis his nostris monitis obtemperaturos, ne, si fidelem hanc & generalem mansuetamque corrigendi lenitatem passim aspernari plerosque videamus, nulla nobis iis malis medendi relicta sit via alia, nisi ut

Visitationis severitate, quæ nobis, ab iis etiam quorũm voluntate & consiliis hanc archiepiscopalem curam suscepimus, iniuncta est, nostra auctoritate interposita, veterum Canonum tenore ad vitæ castigationem eos impellere cogamur; novimus enim, quam grave & difficile existimetur, a malæ vitæ & peccandi consuetudine avelli.

Ergo, O vos Clerici, Sacerdotes, — — — Diaconi, Subdiaconi, & quotquot in sortem Domini vocati estis, ad maturam resipiscentiam nedum nos, sed & *Paulum* ipsum hortantem audite. Sic inquit: Nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum DEI: Non superbos, non iracundos, non vinolentos, non percussores, non turpis lucri cupidos; sed hospitales, benignos, prudentes, sobrios, iustos, sanctos, continentes, pudicos, habentes mysterium fidei. In conscientia pura amplectentes eum (qui secundum doctrinam est) fidelem sermonem; Potentes exhortari doctrina, & eos qui contradicunt, arguere; abiicientes opera tenebrarum. Induimini arma lucis; Non in commessationibus & ebrietatibus, non in cubiculis & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: Scortatio autem, immunditia, avaritia, turpitudo, stultiloquium, scurrilitas ne nominentur in vobis, ut decet sanctos. Peccata iustis pœnitentiæ lachrimis deleantur: vincat superbiam humilitas, libidinem castitas, avaritiam liberalitas, crapulam abstinentia, otium sacrarum literarum lectio, dolum simplicitas ac vitæ innocentia, odium charitas: Domino servientes, orationi instantes: necessitatibus pauperum communicantes. A quibus vitæ rationibus quantum omnis Sacerdotum ac Clericorum ordo abfuerit, atque hinc periclitata omni nominis existimatione tot malorum hominum contemptus *ledoria*, scommata, atque armorum insaniam in se sentiant esse conversa, nemo agnoscere non potest. Iusto nimirum peccatorum ac scelerum supplicio icti; cui infatuatum salem subiectum esse constat, nulli scilicet usui futurum, quam ut hominum pedibus conteratur.

Vnde

Vnde si nostri nominis atque auctoritatis veneratio ulla in his est, apud quos in summa dignitate merito esse debebit, prohibemus omnes Clericos - - a publica illa & omnibus seculis detestata scortatione, a compotationibus, ab aleæ lusu, a prava illa blasphemandi consuetudine, & reliquis malis actibus, quibus gratiæ & benignitatis DEI, æternæ felicitatis, pacis, concordiæ, Ecclesiarum unitatis, fortunarum atque salutis faciunt iacturam.

Hortamur autem, invitamus atque monemus, ut sacrarum Literarum lectionem, bonarum rerum studia, & orationis sedulitatem frequentent, preces horarias, psalmos, & quicquid est precationum, plena intelligentia & attentione dicant: in Templis sint frequentes, apud Caupones, in popinis & tabernis rari; vestitu decorem gerant, sacerdotibus & Clericis dignum; non Thrasonico more discissas vestes, (sunt enim animi levitatis indices,) sed integras, & ad decorem compositas. In sacrorum voluminum lectionibus, vigiliis, lucubrationibus tempus omne ac vitam collocent, ut vetus illa tandem, & diu expectata redeat Clericorum & Sacerdotum vitæ puritas, existimationis & nominis dignitas, quam HIERONYMVS ad *Neopotianum*, CHRISOSTOMVS sex libris nobis promittunt, Canones ipsi atque Concilia præcipiunt, ut aliquando ex ingruentibus his malorum turbis erepti, temporum tranquillitate recuperata, DEO O. M. perpetuas gratias agamus. Quem, ut huius exhortationis fructum aliquem ex vobis sentiamus, supplices rogare, obsecrare, atque implorare debetis; inde omnem DEI gratiam, modo nostræ expectationi, quod futurum speramus, satisfeceritis, et æternæ vitæ salutem ac felicitatem consequuturi, et nos, Clementissimum Principem, vestros focos, aras, templa fideli patrocinio tuentem, sensuri. Annuente nostris votis Domino Iesu, ad nominis sui gloriam, & Ecclesiæ suæ pacem.

Datum *Aschaffenburgi*, die XXVIII mensis Marcii Anno MDXLVII.

POST

POST *hæc*, (1548) *ad Comitia profectus est* Augustana: *Vbi*, *dum Cæsar* Saxoniæ *Duci* MAVRITIO 24. *Febr. dignitatem conferret* Electoralem, *eidem hanc petenti*; Sebastianus *ad Imperatoris nutum respondit*, *& iurisiurandi formulam recitavit.*

SYNODO *Diœcesana eodem anno habita*, *postero*, *qui fuit* 49^us^, *Provincialem coegit. Ex tunc ultimam.*

AN. 1550. *perrexit ad Concilium Oecumenicum Trident. Vnde ob impendentem patriæ tempestatem*, *cursu celeri m. Martio reversus*: *Quippe* SAXO, *contra fidem Cæsari datam*, ALBERTVS iunior *M*. Brandenb. WILHELMVS *capti* Landgravii F. *ceterique*, *Regem* Franciæ HENRICVM, *ut oppressis Germaniæ Proceribus*, *ceu vindex* Germanicæ libertatis,*succurreret*,*instantius rogabant. Hic*, *numeroso instructus Exercitu*, *sensim appropinquans*; EPISTOLA * *maxime notabili*, MOGVNTINVM *in partem trahere*, *animumque ipsius a* CAROLO *dimovere studuit.*

* CCCXVII.

1552.

[*p.* 857. *n.* 21.]

HENRICVS D. G. FRANCORVM REX. *Reverendissimo & Illustrissimo* S. R. I. *Principi Electori Archiepiscopo* Moguntino,*Consanguineo & Amico nostro charissimo salutem.* Quando ita præsens occasio postulat, ut, quæ in gratiam & fidem mutuæ amicitiæ animo concepimus, re tandem ostendamus, statuimus tibi veteri amico & consanguineo consilium aperire, cum libertati vestræ gentis salutare, tum Reipublicæ Christianæ utilissimum.

Ignorare te non arbitramur, quid CAROLVS *Cæsar* in parentem nostrum FRANCISCVM Regem superioribus bellis tentaverit, quid nunc in nos moliatur; in id scilicet unum studia & vires intendens, ut, cum nos illius conatibus maxime obesse sensisset, quo minus Germaniam sibi assereret, & Imperium Romanum a Germanis ad Hyspanos transferret, nomen nostrum

noſtrum *Francum*, (quamquam illi prope omnia debeat) labefactare, vires etiam atterere & comminuere ſtuduerit.

Quod cum difficile admodum exiſtimaret, Germaniamque nobis integris & invicem amicis in ſervitutem redigere propemodum deſperaret; eo tandem ſe vertit, ut nos diſſociare niteretur, quo facilius nos a vobis ſeiunctos, (quos ſciebat libertatis & dignitatis Germanicæ ſtudioſos) Hyſpanis ſuis per vim & iniuriam ſervire cogeret. In quo quid egerit, nec diffuſius referendum, nec minutatim ſingula proſequenda exiſtimamus; quod facile coniiciamus, in recenti adhuc vulnere ea in animo tuo non ſine aliquo dolore verſari, quæ nuper ante oculos erant. Si tamen eſſe deſierint, dum occurrit antiquiſſimæ veſtræ gentis libertas non mediocriter labefactata, immunitates violatæ, cives fortunis ſpoliati, Civitates tormentis & apparatu bellico nudatæ, æraria exhauſta, pecunia falſis impetrata nominibus, ac Exercitus denique germanici in Germanos ducti; atque eo tempore, quo maxime nos omnes conſpirare & niti oportuerat, ut Chriſtianæ religionis hoſtes, utrique Panoniæ iam incurrentes, quam longiſſime a finibus veſtris arcerentur.

Quæ quo alio ſpectant, niſi ut, cum Germania ſuis viribus deciderit, Cæſar voti compos Romani Imperii Ordines ad Hyſpanos transferri curet; ac, dum Religionis & iuſtitiæ Vindex & aſſertor haberi & prædicari cupit, hisque præclaris titulis & nominibus imponit rudioribus; vos interea ſeditionibus inficiat, concidat, committat, perduellionis ac Maieſtatis reos pro arbitrio fingat; Oppida arces ditiones veſtras ſui iuris faciat; Imperii dignitate nudet, infami ſervitute premat! Quæ cum plurimi ex vobis propius animadvertiſſent, Germanosque ſe eſſe meminiſſent, non ferendam diutius rei indignitatem ſtatuerunt; quin potius vires & conatus opponendos; gratiamque Cæſaris (quamquam plurima apud illum utebantur) libertati poſtponendam: Id patriæ debere, ut vitam, nedum fortunas in ea conſervanda profunderent.

Inter hos Illustrissimi Principes ac Consanguinei nostri, Dux *Saxoniæ* Imperii Elector MAVRITIVS, Duces *Mechelnburgenses*, Landgravius *Hessus*, una cum aliis non paucis Principibus, Comitibus, Baronibus ac Civitatibus, mentem suam nobis aperuerunt, consiliaque communicarunt, quibus & Cæsaris immodica regnandi cupiditas coerceretur, & agenti iam radices tyrannidi maturrime [*obviaretur.*] Fidem insuper nostram implorarunt, per veterem ac nunquam cum gente vestra intermissam amicitiam obtestantes, ne illis in re tam sancta deessemus.

Quorum postulata, cum ad salutem Germaniæ, & nominis nostri dignitatem pertinerent, abnuere noluimus; quin potius in communem hostem, qui sibi omnia tribuat, nihil aliis concedat, arma capere, & Exercitum ducere instituimus; iniurias ulcisci potius, quam novas expectare, dignum iudicantes.

Quamobrem, cum omnis hæc nostra molitio rationibus Germaniæ commodet, Te maxime attendere oportet, (quod & per amicitiam nostram postulamus,) ut susceptam pro Germania expeditionem, ea qua par est benevolentia prosequaris. Illud interea animo tuo fixum & immotum habens, omnia quæ a nobis procedunt, eo tantum spectare, ut nostram amicitiam, tot affinitatum & sanguinis vinculis copulatam, totque seculis corroboratam officiose colamus; nosque nullum alium laborum & sumptuum fructum hinc expectare, quam conservatæ, atque in libertatem assertæ Germaniæ laudem & gloriam; in quo, quicquid in nobis situm est, præsentes impendere, [non enim per Legatos agere statuimus,] nihilque omittere, quod e re vestra fuerit. Quod si pater, FRANCISCVS Rex, parem animi significationem in gentem vestram recenti memoria edidit, multosque sacri Imperii Principes, quorum res tam afflictæ erant, opibus & consilio iuvit, nos parentem optimum secuti, ac exemplum etiam illius superare cupientes, omnia nostra in hanc rem conferre statuimus, siquidem de conservanda tota Germania agitur.

Tuum

Tuum igitur erit expendere, quam iuſta ſit huius expeditionis deliberatio, quam præſens rei bene gerendæ occaſio, quam denique magnus (modo Superi his cœptis annuant) fructus ſperetur, dum extincta prorſus tyrannide, quam Cæſar, a Germanis exorſus, in reliqua Europa introducere ſtudet, Rempublicam Chriſtianam ſuæ reddemus libertati & quieti. Quæ cum & Germanis omnibus ſint admodum commoda, & nobis honeſtiſſima, exemplumque reſpiciant illorum, qui poſt hac tale quicquam in Germanos molirentur; in ſpem maximam adducimur, te conſilia noſtra probaturum, & qua potes ope & ſtudio corroboraturum.

Verum enim vero, ſi Cæſareani, pro innata illis fingendi licentia, his diverſa de nobis commententur, ut te falſis ſuaſionibus in diverſam ſententiam trahant; tibi fide Regia promittimus, actiones noſtras impudentiam illorum facile detecturas, dum, quæ a nobis procedent, dictis conſentire oſtendemus.

Quod felix fauſtumque eſſe velit D. O. M. in cuius laudem ſucceſſus noſtros cedere ſummopere optamus; qui & te pro clementia ſua conſervet. Ex caſtris noſtris *Nanceio* XV. Aprilis. Anno ſalutis MDLII. Regni noſtri Sexto.

Veſter Conſanguineus
& Amicus

HENRICVS.

de Laubeſpine.

Rmo & Illmo S. R. I. Principi & Electori Archiepiſcopo *Moguntinenſi*, Conſanguineo & Amico noſtro chariſſimo.

LITTERIS *his ex inſperato acceptis contulit ſe* Wormatiam: *Et deliberatione cum Principibus vicinis iſtuc vocatis inita,* Weiſſenburgum, *quo Rex pervenerat, Legatos mittere decretum. Auditi, flagitabant, ne ultra in terras Germaniæ progrederetur, quin mentem potius flecteret ad pacem.*

Interea HASSVS, *per Tribunum* MARCVM Lesch * *præfecturas* Fritzlar. Ameneb. & Neustad. *occupavit*, Eichsfeldiam *afflixit*, *plurimaque Loca militi dedit prædæ.*

* *Litteris an. 1538. signatis hoc utitur titulo:* Ich Marx Lesch von Mölnheim, der Zeit Obervogt zu Wetzflar und Amtman zu Königsberg, † Und ich Elizabeth, gebohrne von Buchen, sein ehelich Gemahel. Bekennen etc.

† v. T. II. p. 267.

In tractu Mœni Rhenique sæviit Brandenb. ALBERTVS: *Ipsamque demum adortus Metropolim*, [*e qua manifesto se periculo subduxerat Elector*] *omne in eam iræ furorisque virus effudit; Clero & Civibus enormissimam condonandi incendii redemptionem dictans. Spreta, quæ allegabatur, impossibilitate, tam magnam pecuniæ vim confici statim posse; moræ impatiens, splendidam* D. Martini *Arcem, nobilissimas Deo dicatas Basilicas*, Albani, Victoris, S. Crucis, *una cum annexis Canonicorum ædibus, pariter* Carthusiam, *iniecto igne ad solum delevit.* * *Prima quarum & secunda e ruinis non surrexerunt, tertia, ob confluxum populi ad Crucem miraculosam, piorum subsidiis utcunque reparata.* †

* Actum pridie *S. Barthol. Ap.* 23. Aug. 1552, quatuor scil. mensibus a Dato epistolæ Regis HENRICI supra insertæ.

† v. *T. III. p.* 993. Quoad *Carthusiam*, IOAN. *Vol. II. p.* 858. Hæc annis novissimis in tantum excrevit nitorem, ut sui consimilem nuspiam reperiri, plane sim persuasus.

Inter sic fluctuantes Reipublicæ procellas SEBASTIANVS *Archiantistes, curis, laboribus, ærumnisque fractus, tandem succubuit* Elfeldiæ 17. *Martii* 1555, *ætatis XLVII^mo vix tum completo.*

* * *

CCCXVIII.

CCCXVIII.

INSTRVM. *Electionis Archiepiscopi* DANIELIS, *quatenus ab illo* Prædecessoris *discrepat.*

1555.

[*p. 865. § Enim vero*]

SANCTISSIMO — — *in Christo Patri* — — *Domino* (N.) *divina providentia* S. R. E. *summo Pontifici futuro.*

IOAN. ANDREAS *Mosbach* de *Lindenfels*, Dei gratia DECANVS.
ARNOLDVS de *Bucholtz* CVSTOS.
IOANNES *Fock* de *Walstatt* SCHOLASTICVS.
GEORGIVS *Göler* de *Ravensburg*, CANTOR.
PHILIPPVS ex Comitibus *de Waldeck.*
PHILIPPVS *de Wichsenstein.*
RVDOLPHVS de *Franckenstein* Episcopus *Spirensis.*
OTTO de *Benzenau.* ALB. de *Fischborn.*
RICHARDVS ex *Comitibus Palatinis Rheni*, & *Bavariæ* Ducibus.
LVDOVICVS de *Isenburg*, Comes in *Büdingen.*
IOAN. de *Hoenstein.* HENR. de *Stockheim.*
IOANNES ab *Eller.* IODOCVS *de Weiler.*
PHILIPP. de *Trobe.* ARNOLDVS de *Meroda.*
[DANIEL BRENDEL *de* HOMBVRG.]
MARQVARDVS de *Hattstein.* IOANNES de *Bicken*, & IOANNES HENRICVS de *Walbrun.*

Omnes Canonici Capitulares Ecclesiæ *Moguntinæ*, Capitulum eiusdem Ecclesiæ repræsentantes, — — — —

SANCTITATI *Vestræ* notum facimus - -, quod b. m. Reverendissimo — — — D. SEBASTIANO, *S. Moguntinæ Sedis Archiepiscopo, S. R. I. per Germaniam Archicancellario ac Principe Electore* — — — anno præsenti, videlicet a nativi-

tate Domini MDLV. die Lunæ poſt Dominicam *Oculi* XVIII *menſis Martii* — — — viam univerſæ carnis ingreſſo, — — — — nos Canonici prædicti — — — diuturnæ - - vacationi — — — obviare cupientes, in loco capitulari — — — convenimus, & ad Electionem — — futuri Pontificis noſtri canonice celebrandam, — — *decimam octavam* huius menſis *Aprilis* — — — duximus ſtatuendum.

Vocatis itaque atque legitime citatis — — — — primo Miſſa — — — ſolemniter decantata locum Capitularem — — ingreſſi, ianuisque clauſis, & tribus Notariis — — — — ad intereſſendum — — — — convocatis — —, ad ſalubre negotium — — — intendentes; contumaciam primitus non comparentium - - accuſantes, deinde omnes & ſingulos admonentes & aviſantes, ſi aliqui ex nobis quavis cauſa excommunicati — — — — forent, — — — — — — — nequaquam intereſſe præſumerent, — — — — His peractis incepimus de futuri Pontificis electione ſeu poſtulatione, ac modo & forma — — — tractare. Sane poſt diverſos tractatus — — —, tandem — — placuit, per viam Scrutinii & compromiſſi mixtam procedere.

Quapropter tres ex Collegio noſtro, ut puta prædictos Dominos, ARNOLDVM de *Bucholtz* Cuſtodem, RVDOLPHVM de *Franckenſtein* Epiſcopum *Spirenſem*, & MARQVARDVM de *Hattſtein* — —, Canonicos Capitulares fide dignos, — — — elegimus, dantes illis plenariam poteſtatem - -, ut, adhibitis Notariis — — — infraſcriptis, primo ſua ad invicem, & deinde omnium — — noſtrorum, & abſentium, videlicet D. MARQVARDI de *Stein* Præpoſiti, & PHILIPPI de *Coppenſtein* — — —, ad hoc per eos conſtitutorum Procuratorum vota, unius tantum, D. IVLII, electi & confirmati *Neumburgenſis*, etiam Concanonici noſtri Capitularis, propter continuam a Præbendæ participatione ſuſpenſionem mandato non admiſſo, diligenter — — — ſcrutarentur, eaque in ſcriptis - - - redacta mox - - publicarent; et illum in Archiepiſcopum - - - eligerent - -, in quem reperirent maiorem

partem

partem & numerum Capituli - - conſenſiſſe - -; quodque - - Electionem - - - unus ex eis — — — publicaret & pronuntiaret.

Qui quidem tres ſic electi — — — — promiſerunt, ſe commiſſum negotium fideliter executuros: Et illico ſe ad minorem ſtubam - - capitularem — — — receperunt, et — — — — primo ſe ipſos — — —, deinde — — — omnes alios & ſingulos — — — ſecundum dignitates & ſenium — —, quemlibet — — — fecerunt accerſiri, & cuiusque votum — — — — ſcrutati fuerunt. Quibus itaque — — — ſic — — — —, mox prælibati - - ARNOLDVS de *Bucholz* Cuſtos, RVDOLPHVS Epiſcopus *Spirenſis* & MARQVARDVS de *Hattſtein* ad nos — — — reverſi retulerunt, — — — ſe ſua, ac omnium - - noſtrorum vota diligenter — — — — ſcrutatos eſſe; & maiorem partem Capituli reperiſſe in unam perſonam eligendam conſenſiſſe.

Vnde præfatus D. *Arn.* de *Bucholz* Cuſtos — — — — illico - - vocatis - - Notariis - - infraſcriptis, Dominum DANIELEM BRENDEL ab *Homburg*, tanquam habilem & idoneum, ac Virum plenæ ac maturæ ætatis, * de legitimo matrimonio ex utroque parente nobili procreatum, — — — — in Subdiaconatus ordine conſtitutum — — — — in Archiep^um^ - - - elegit, Electionemque ipſam in ſcriptis pronuntiavit - - in hunc modum: *Annot. 33.

Ego ARNOLDVS de *Bucholz* Cuſtos & Canonicus Capitularis Eccleſiæ *Moguntinenſis*, unus de tribus Scrutatoribus electis, — — — — Capituli nomine — — — — Venerabilem & Nobilem Dn. DANIELEM BRENDEL de *Homburg* Canonicum & confratrem noſtrum, — — — — in quem, — — — — maiorem partem - - conſenſiſſe comperimus, in — — — Archiepiſcopum eligo, & eandem electionem pronuntio, & ſolemniter publico — — — in his ſcriptis.

Cui quidem Electioni de perſona prædicti D. DANIELIS - - ſic factæ, idem — — — — aſſeruit, ſe ad huiusmodi dignitatis præeminentiam indignum & inſufficientem; ne tamen divinæ

vinæ diſpoſitioni adverſari videretur, expreſſe annuit, conſenſit, & — — — acceptavit. Quo facto talis Electio — — — per organum præfati mei Decani Clero copioſe — — — congregato, — — — ex teſtudine alta iuxta chorum intimata & publicata fuit.

SANCTITATI itaque *Veſtræ* devote & humiliter ſupplicamus, quatenus — — — D. DANIELEM ſic electum prænominatæ Eccleſiæ præficere, ipſique curam, regimen & adminiſtrationem d. Eccleſiæ — — — — committere gratioſe dignetur, ut velut Electus — — — — — [*ſicut in Sebaſt.*]

In quorum — — — fidem & teſtimonium præſentes Litteras — — — — — fieri — — — mandavimus, maiorisque Sigilli Capituli noſtri iuſſimus — — appenſione communiri.

Acta — — — *Moguntiæ* — — — ſub Anno a nativitate Domini MDLV. Indict. XIII, die vero Iovis XVIII menſis Aprilis. Sede Apoſtolica per obitum Sanctiſſimi D. N. D. *Iulii* Papæ *III* vacante. Præſentibus ibidem venerabilibus - - viris, Domino IODOCO *Selbach*, I. Lto, Decano D. *Petri* extra, Sque *Moguntinæ* Sedis Prothonotario: IOANNE *Vnckel*, Decano S. *Stephani* & Sigilliſero; nec non LVDOVICO *Carpentarii*, Decano S. *Mauritii*, Eccleſiarum, intra muros *Moguntinenſes*; Teſtibus fide dignis, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et quia ego IOANNES *Segen*, alias *Cuſanus*, Art. M. Clericus *Trevir*. diœc. Publicus ſacris Apoſtolica & Imperiali authoritatibus Notarius, Venerabilisque Capituli Inſignis Metropolitanæ Eccl. *Mog*. Secretarius iuratus, prædictis Scrutatorum deputationi, poteſtatis dationi, iuramentorum præſtationi, Votorum collectioni, collectorumque publicationi, & Electionis decreto, illiusque pronuntiationi & pariter publicationi, omnibusque aliis & ſingulis ſic ut præmittitur peractis, una cum prænominatis teſtibus & Notariis publicis infraſcriptis præſens interſui, eaque ſic fieri vidi & audivi; Idcirco præſens — — — Inſtrumentum, manu mea propria ſcriptum, — — — — — — exinde confeci, ſubſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, Signoque, nomine & co-

& cognomine meis solitis & consuetis consignavi. In fidem & testimonium omnium præmissorum rogatus atque specialiter requisitus.

„ In simili VALENTINVS *Weicker* Notarius Sedis subscri-
„ psit. In simili quoque EVCHARIVS *Dornberger* Iudicii
„ Curiæ Scriba iuratus subscripsit.

Eminentium sane virtutum decore, donisque magno Principi congruis radiasse DANIELEM *oportet, quod Capitularium antepenultimus in hanc celsissimam dignitatis atque honoris sedem locatus fuerit.* ELECTO *munus Consecrationis* (Aschaffenburgi *Dominica Pentecostes* 1557) *impendit* RVDOLFVS *de* Franckenstein *Episcopus* Spirensis. *Arce* S. Martini *hostiliter exusta, residere elegit in Monasterio Carmelitarum.*

CCCXIX.

INSTRVMENTVM *super traditione* PALLII.

1555.

[*p. 865. § Quarto post.*]

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS, PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI. *Amen.* *ex Aut.*

Noverint universi & singuli hoc præsens publicum Instrumentum inspecturi, lecturi & audituri, quod Anno a nativitate Domini MDLV, Indict. XIII, die vero *XIX* mensis *Decembris*, Pontificatus SS^mi in Christo Patris & D. N. D. *Pauli*, divina providentia *Papæ IV* anno *primo*, coram R^mo in Christo P. & D. D. *Alexandro* S. R. E. Cardinali, de *Farnesio* vulgariter nuncupato, ad infrascripta per præfatum SS^mum D. N. Papam Commissario specialiter deputato, ac in mei Cerimoniarum Apostolicarum Magistri & Notarii apostolici, testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Reverendus Dns ARNOLDVS de *Meroda*, Procurator R^mi Domini DANIELIS Archiepiscopi *Moguntini*, et procuratorio nomine eiusdem, post celebrationem Missæ submissa voce in palatio Apostolico & in Ca-

 pella

pella ſuæ habitationis prope Aulam magnam, vulgariter nuncupatam *Innocentii*, ut moris eſt, *Pallium* de corpore B. *Petri* ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officii, alias in Conſiſtorio pro parte R^mi^ D. *Danielis* Archiepiſcopi petitum & obtentum, ſibi tradi & aſſignari per prænominatum D. *Alexandrum* Cardinalem Commiſſarium, cum inſtantia ac humilitate, & reverentia debitis poſtulavit;

Dictus vero R. D. *Alexander* Cardinalis Commiſſarius petitioni huiusmodi annuens, volensque mandatum Apoſtolicum ſibi in hac parte commiſſum ut decet reverenter exequi, *Pallium* prædictum de altari dictæ ſuæ capellæ ſuſcipiens, eidem R. D. *Arnoldo* Procuratori, & procuratorio quo ſupra nomine coram præfato R^mo^ D. Cardinali - - genibus flexis conſtituto, ſuper eius humeris imponens, ſibi tradidit cum ceremoniis & ſolemnitatibus, in ſimilibus fieri & ſervari ſolitis. Sub his verbis videlicet:

> Ad honorem omnipotentis DEI & B. *Mariæ* ſemper Virginis, & SS. App. *Petri* & *Pauli*, et Domini noſtri D. *Pauli* divina providentia Papæ *Quarti*, ac S. Romanæ Eccleſiæ; nec non Eccleſiæ *Moguntinæ*, præfato R^mo^ D. *Moguntino* Archiepiſcopo commiſſæ, tradimus tibi *Pallium* de corpore B. *Petri* ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officii, ut eo utatur infra dictam ſuam Eccleſiam, certis diebus & temporibus, quæ in privilegiis ſibi a Sede prædicta conceſſis exprimuntur: *Cum Archiepiſcopalis nominis appellatione.* In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti Amen.

Super quibus omnibus & ſingulis ego Ceremoniarum Ap. M. - - infraſcriptus, ex officio a præfato R. D. *Arnoldo* Procuratore requiſitus, de præmiſſis hoc præſens publicum confeci Inſtrumentum.

Acta fuerunt hæc *Romæ* in præfato palatio Ap^co^ in prædicta Capella habitationis præfati R^mi^ D. Card. Commiſſarii. Præſentibus ibidem Venerabilibus viris Dominis, BERNARDINO de *Citbara* Subdiacono Apoſtolico, & HIERONIMO *Buslidio*

dio * Clericò *Camaracensis* diœcesis; testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis. * *v. n. 159. in fine.*

Et ego IOANNES FRANCISCVS *Firmanus* de *Macerata*, Sacrarum Ceremoniarum Apostolicarum Magister, & Apost. sedis Notarius, quia præmissis interfui ex officio ceremoniarum prædictarum, ideo hoc præsens publicum Instrumentum aliena manu scriptum subscripsi & publicavi, Signum nomenque meum consuetum apposui, rogatus & requisitus.

CCCXX.

Anno MDLVII. d. XI. Septembris celebratus est primus Consessus *Wormatiæ*, præsidente Rmo Domino IVLIO *Pflug* Episcopo *Numburgensi*, Regiæ Maiestatis nomine ac mandato; præsentibus inclytis DD. Assessoribus, Auditoribusque eorum Adiunctis, Colloquutoribus, item horum Adiunctis, & Notariis, iuxta Recessum proximi Conventus Imp. *Ratisbonensis* ad Colloquium deputatis, & a Rmo D. Præside ad hoc vocatis.

Legatus *Moguntinus* erat DANIEL *Mauch* I.V.D. Scholasticus *Wormatiensis*.

COLLOQVVTORES VETERIS RELIGIONIS:

D. IOHANNES *Delphius* Suffraganeus *Argentor.*
IODOCVS *Tilletanus* (a) *Lovaniensis*, S. T. D.
MARTINVS *Rittovius* (b) *Lovan.* S. T. D.
PETRVS CANISIVS. (c) M. FRIDER. *Staphilus.*

(a) *Iuxta locum originis ita vocatus; Familia* Ravestein. *Præpositus* Walcurcensis -- -- *Hæreses suo tempore contra Catholicam fidem atque Ecclesiam insurgentes doctrina & libris scriptis profligavit.* Valer. ANDREÆ Bibliotheca Belgica p. 594.

(b) *al.* Balduini: *ex* D. *Petri Decano & Academiæ* Lovaniensis *Procancellario primus* Iprensium *Antistes* 1583. IDEM p. 655.

(c) *e* S. I. *Toto Christiano Orbi notissimus.* IDEM p. 727.

COLLOQVVTORES AVG. CONF.

PHILIP. *Melanchton.* EBERH. *Schneppius* S. T. D. Superintendens *Ienensis.* D. IOH. *Brentius*, Ecclesiæ *Stuttgard.* Præpositus. D. IOHAN. *Pistorius*, Nidanus Hassus. M. GEORGIVS *Karich*, Pastor Eccl. *Onolsbacensis.* M. IACOBVS *Rungius*, Superintendens *Gripswaldensis.*

ADIVNCTI COLLOQ. VET. RELIG.

FRANCISCVS *Sonnius* (*d*) *Lovaniens.* S. T. D. GEORGIVS *Wicelius* Senior. (*e*) NICOLAVS *Gaudanus* S. T. D. IOH. *Gressenius*, Ducis *Bavariæ* Concionator. MATTHIAS ZITTARDVS (*f*) Ecclesiastes *Aquensis.*

(*d*) *al.* de Campo [van dem Velde.] *Ex Campania Brabanticæ vico* SON, *unde &* Sonii *eidem cognomentum adhæsit*, *oriundus.* Romæ *apud* Paulum IV. *de novis per Belgium creandis Episcopis peregit* Philippi II. *nomine* : *Ipseque primum apud* Sylvæducenses *annos* 4, *post* Antverpiæ *Episcopus. Sedit annos* 6. 1576. ANDREÆ p. 242.

(*e*) *De quo* SERAR. Rer. Mogg. p. 181. & COD. *noster* II. p. 521.

(*f*) *Ord.* S. Dominici, *claruit in aula* Caroli V. *Cæsaris*, *verbi divini facundus Præco.* ANDR p. 664. *Fratrem habuit eiusdem Ordinis*, *cui nome* LEONARDI, *Episcopum* Mysiensem *Suffraganeum* Mogunt. IOANNIS Vol. II. p. 446.

ADIVNCTI COLLOQVVTORIBVS AVG. CONF.

M. HENR. *Stollius*, Superint. *Heidelb.* D. IOH. *Marbachius*, Superint. Argentor. IOACH. *Moklinus*, Sup. *Brunsvicensis.* ERASMVS *Sarcerius*, Sup. *Mansfeld.* M. IOHAN. *Stosselius.*

CCCXXI.

CCCXXI.

VT *provinciæ* Moguntinæ *populis ministretur Communio sub utraque, Pontifex permittit.*

1564.

[*p. 873. §. Ceterum.*]

PIVS PAPA IV.

VENERABILIS *frater salutem & Apostolicam benedictionem.* Cum sacrosancta *Tridentina* Synodus, in sessione *de sacrificio Missæ* habita, referendum ad nos esse decreverit negotium, alias in eadem Synodo propositum de *usu sacri Calicis* alicuius Nationis vel Regni populis concedendo, ut id nos consilium caperemus, quod animabus ipsum calicem petentibus salutare futurum esse iudicaremus; peracto Concilio Charissimus in Christo filius noster FERDINANDVS, Romanorum Imperator Electus, insigni & perpetuo suo pietatis zelo adductus, re prius, sicut ad nos scripsit, communicata cum nonnullis præcipuis S.R.I. Prælatis & Principibus Ecclesiasticis, & dilecto filio, Nobili viro ALBERTO *Bavariæ* Duce genero suo, per Literas & per Oratorem suum diligentissime nobis exposuit ingens evidensque periculum, quod in Provinciis inclytæ nationis Germanicæ, & aliis Regnis ac dominiis suis imminet religioni Catholicæ, ne ibi penitus extinguantur propterea, quod illæ Catholicorum reliquiæ tanto desiderio communicandi sub *utraque specie* teneantur, ut non pauci iam ad hæreticos sese ob eam ipsam causam contulerint, a quibus catholicæ fidei veritatem abiurare coacti sunt, & de cœteris, nisi Calicis usus ipsis concedatur, magnopere, ne idem faciant, atque ita omnes ab Ecclesia recedant, verendum sit; Itaque vehementer nos oravit, obsecravit & institit, suo & ipsius Ducis *Bavariæ* nomine, ut tot Germanicæ nationis, & Regnorum ac provinciarum suarum populis opitulari, pro concessa nobis a Domino potestate vellemus. *ex Aut.*

Qua eadem de re idem *Bavariæ* Dux, princeps non genere magis quam pietate insignis ac nobilis, per Oratorem, ipse quoque & per Literas diligentissime nobiscum egit; multique præterea doctrina religione prudentiaque præstantes viri nos hortati sunt. Commota fuerunt proinde ac debuerunt & penitus concussa viscera nostra dolore quodam intimo, postquam de tot animarum iactura, pro quibus Christus Dominus noster pretiosissimum suum sanguinem in ara Crucis effudit, & de tanto ac tam manifesto discrimine, quod Catholicorum reliquiis in illa nobilissima natione & dictis Regnis ac dominiis impendet, ex tam piorum Principum, & aliorum gravium Virorum testimonio cognovimus.

Huic igitur periculo, quod proponitur, pro pastorali officio cupientes obviam ire, et multorum infirmitati paternæ charitatis visceribus subvenire, ne unquam de nobis dici possit, tot pereuntes animas a nobis neglectas fuisse, & non fecisse nos, quicquid potuerimus, ut nutantes confirmaremus, lapsos erigeremus, errantes in salutis viam reduceremus; de fraternitatis tuæ zelo, diligentia & circumspectione confisi, si ita esse, & saluti animarum expedire cognoveris, in quo conscientiam tuam oneramus, tibi, & iis qui maturo rectoque iudicio subdelegabuntur a te, tenore præsentium de potestatis Apostolicæ plenitudine facultatem damus atque concedimus eligendi & deputandi catholicos Sacerdotes, qui in Provincia tua [exceptis illis partibus, in quibus Charissimus in Christo filius noster PHILIPPVS, *Hispaniarum Rex Catholicus*, temporale dominium aut aliquod ius habeat] *utramque speciem*, decenti ordine servato, & omni offensione vitata, quæ oriri posset inter Communicantes *sub utraque*, & sub una tantum specie, ministrare possint, illam ex devotionis fervore petentibus, dummodo ii, qui illam petierint, cum sancta Romana Ecclesia communionem habeant, & cum cæteris in rebus fidem eius doctrinamque sequantur, tum hoc quoque confiteantur, profiteantur, & credant, in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, tam sub *una* quam sub *utraque* specie, verum & integrum Christi corpus esse, nec

nec Romanam Ecclesiam errasse aut errare, quæ, exceptis duntaxat Sacerdotibus celebrantibus, cæteros tam Clericos quam Laicos, sub specie tantum Panis communicat; et præterea contriti ac confessi, munere sacramentalis absolutionis accepto, ad ipsam *sub utraque* specie communionem accedant.

Vt vero etiam lapsis, si ad gremium Matris Ecclesiæ redire voluerint, remisso rigore Canonum consulamus, permittimus, ut, si vere & ex animo resipiscant, erroresque & hæreses, in quibus fuerint, apud te, vel subdelegatos abs te, detestentur, abiuratio eis secreta sufficiat, iniuncta tamen eis pœnitentia salutari; nisi magis eam abiurationem publice fieri, expedire tibi, ipsisve subdelegatis visum fuerit, quod arbitrio vestro relinquimus; atque ita ab omnibus pœnis, censuris & sententiis, in quas propter hæresis crimen incurrerint, absoluti, & fidelium unitati ac sacramentis Ecclesiæ restituti, ipsi quoque ad communionem sub utraque specie admitti possint.

Illud fraternitatem tuam monemus, & diligenter curari volumus ac mandamus, ut Confessores & Sacerdotes, abs te, illisve quibus tu hanc potestatem delegabis, eligendi & deputandi, in concionibus & hortationibus suis sedulo populum sub utraque specie communicaturum doceant, adhortentur ac moneant, ut integrum Christum, sicut diximus, tam sub *una*, quam sub *utraque* specie contineri, fideliter credat, confiteatur, & teneat.

Dat. *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris. die XVI. Aprilis MDLXIIII. Pontificatus nostri Anno quinto.

ANT. *Florebellus Lavellinus.*

Venerabili fratri DANIELI Archiepiscopo *Moguntino*, S. R. I. Principi Electori.

CCCXXII.

CCCXXII.

Neo Pontifex sui Electionem Danieli *notam facit, simul rogando, ut assiduis precibus auspicatum Ecclesiæ regimen Deus benedicere velit. &c.*

1566.

PIUS PP. V.

ex Aut. VENERABILIS *frater salutem & Apostolicam benedictionem.* Placuit omnipotenti DEO, cuius iudicia intelligentiam humanam effugiunt, cum Apostolica sedes vacaret obitu *fel. record.* PII *PP. IIII*, nos, licet indignos & immerentes, ad eius regimen vocare, cunctorum Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consensu. Deterrebat nos sane a tanto onere suscipiendo virium nostrarum infirmitas, sed Domini auxilio freti iugo eius cervices nostras humili corde subiecimus. Quod quo facilius ferre possimus, fraterne te in Domini charitate salutantes, rogamus, ut pias ad Deum preces et fundas ipse pro nobis, et a religiosis viris fundi cures, ut, qui ad tantum munus humilitatem nostram vocare dignatus est, idem ad sustinendum & implendum nobis vires subministret, & imperfectum nostrum misericorditer suppleat.

Hortamur quoque, & fraterne monemus atque obtestamur, ut, pastoralis officii memor, pro tua parte levius hoc nobis onus efficias, commissas tibi oves pervigili cura diligentiaque pascendo, easque a luporum circumiacentium insidiis fideliter & fortiter defendendo, talis fidei & curæ id a summo illo æternoque Pastore præmium accepturus, quod bonis & fidelibus servis suis promissum. Illud quoque officio tuo conveniet, nos de statu Ecclesiæ tuæ sæpe facere certiores, et quascunque ad res acciderit, ut consilio, favore, vel auxilio nostro tibi opus erit, ea fidenter & audenter postulare. Et deferimus, & libentissime, quantum poterimus, impartiemus.

Datum

Datum *Romæ* apud *S. Petrum* ſub annulo Piſcatoris die XI. Ianuarii MDLXVI. Suſcepti a nobis Apoſtolatus officii Anno primo.

ANTONIVS *Florebellus Lavellinus.*

Venerabili fratri DANIELI Archiepiſcopo *Moguntino*, S. R. I. principi Electori.

CCCXXIII.

DANIELIS *probitatem ac zelum Religionis deprædicans, ipſum ad corrigendos depravati Cleri mores paterne hortatur.*

1566.

[*p. 1028. in addit.*]

PIVS PP. V.

Venerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *ex Aut.*

Quandoquidem Altiſſimo placuit, infirmitati noſtræ in hac tam affecta ætate tantum & tam ingens onus Apoſtolicæ ſervitutis imponere; ita miniſterium noſtrum ad DEI laudem exequi, ipſius miſericordia freti, decrevimus, ut, cum nos ad ſe vocaverit, villicationis noſtræ rationem reddere poſſimus.

Etſi autem *Fraternitatem tuam* pro ſua probitate & Catholicæ religionis ſtudio, cuius eiusmodi teſtimonia habuimus, quæ iucunda nobis admodum & optata fuerunt, paratam eſſe confidimus ad ea, quæ ad DEI honorem, & ipſius officium ſpectant; tamen præcepti Dominici non immemores, confirmandos, & exhortationibus ac monitis noſtris excitandos te, & reliquos iſtius inclytæ nationis Prælatos ac fratres noſtros duximus; ut eos, qui in ſolicitudinis noſtræ partem a Domino vocati,

nobis fideliter ac devote adesse, & pia ac salutaria nostra consilia prompto animo adiuvare debetis.

Præcipuam sane hæresibus causam dedisse constat, in ista olim tam catholica natione, Pastorum incuriam ac negligentiam, et Cleri mores depravatos atque corruptos. Irrupetunt enim lupi, & oves dominicas laniarunt, dum ii, qui ad earum custodiam vigilare debuerant, dormiunt; & laicorum mores Sacerdotum vita depravata corrupit. Illud igitur primum te, frater, hortamur & obsecramus, ut memor officii tui, memor illius tremendi Iudicii, ovibus fidei tuæ commissis pastoralem curam & vigilantiam præstes; et, cum eas, quæ in ovili dominico remanserunt, vitæ ac morum tuorum exemplo & verbo, saltem per Catholicos & religiosos viros fideliter ac diligenter pascas; tum eas, quæ aberrarunt, ad salutaria Ecclesiæ pascua reducere coneris. Clerum vero tuum assiduis hortationibus & monitis exstimulare debes, ut, cogitantes vitam suam Laicis ad imitandum esse propositam, sobrie, caste, & religiose vivant.

Et quia, quæ ad Catholicæ religionis veritatem, quæque ad correctionem morum, & commodius Ecclesiarum regimen pertinent, in sacro *Tridentino* Concilio Deo auctore fuerunt providentissime diffinita, statuta, decreta; ipsum Concilium, quod auctoritate fuit sedis Apostolicæ confirmatum, devote suscipere te, & fideliter observare, atque ut a Suffraganeis tuis itidem & suscipiatur & observetur, sedulo & enixe curare necesse est.

Ad Comitia *Augustana* iam profectum esse te credebamus; sin nondum ivisti, ut illuc non procuratorem mittas, sed ut ipse te conferas, vehementer hortamur ac monemus. Permagni interest, te, & reliquos catholicos Antistites illis Comitiis interesse, et ea qua decet concordia, virtute atque constantia vos paratos esse ad obsistendum hæreticis, hæreticorumque fautoribus, si de rebus ad Religionem catholicam pertinentibus agere voluerint: quod quidem si tentarint, sicut timendum

dum est, *Fratern. tuam* vehementer monemus, & per Omnipotentem Deum obtestamur, ut, quantum in te erit, nihil eiusmodi in eo Conventu agi, nec quicquam de antiquis institutis, & ritibus Ecclesiæ immutari patiaris; cum retractare nefas sit, quæ in veneranda Synodo universali mature decreta & constituta fuerunt; nec sacri Canones, neque Imperatorum leges, nec mos perpetuus Ecclesiæ patiatur, de rebus huiusmodi in Laicorum conventibus disputari.

Illud præterea cavendum Devotioni tuæ & cæteris fratribus fuerit, ne quid ibi decerni agive patiamini, quo vel huius sanctæ Sedis, omnium Christi fidelium Matris, auctoritas aut dignitas violetur, vel vestrum & vestrarum Ecclesiarum ius imminuatur. Quin instare apud Charissimum in Christo filium nostrum, Romanorum Imperatorem Electum, & postulare debebitis, ut, quæ Ecclesiis nonnullis, contra ipsa imperialia Edicta, sacrilega quorundam cupiditate fuerunt ablata, reddantur. Vestra enim interest, huiusmodi laicorum cupiditatibus obviam ire, & ne res tam perniciosi & impii exempli longius serpat, occurrere ac providere.

Cætera, de quibus hortandum te & admonendum esse duximus, referri tibi voluimus a Dilecto filio nostro, IOANNE FRANCISCO Cardinali *Commenduno* appellato, viro integerrimo & nobis probatissimo, quem nostrum & Sedis Apostolicæ Legatum ipsis Comitiis interesse, tibique ac cæteris fratribus adesse, & fraternam charitatem nostram repræsentare voluimus; cuius orationi fidem ut habeas, utque nostra per eum consilia & hortationes admittas, perinde ac si nos ipsos de eisdem rebus audires, abs te petimus.

Illud Fraternitati tuæ persuasum esse cupimus, nullum tibi, quod quidem pro loco, in quo sumus, proficisci a nobis in te possit, officium defuturum, nosque propensissimos fore ad omnia concedenda, quæ vel ad commissi tibi gregis salutem, vel ad tuum ipsius honorem & commodum pertinebunt, quantum quidem nostra & huius sanctæ Sedis dignitas patietur.

Illud quoque diligenter & ſedulo curare te volumus, ut notitiam habeas Clericorum, non ſolum Civitatis ſed etiam Dioceſis tuæ, quos conſtat eſſe catholicos, quique vitæ ac morum honeſtate & doctrina ad ſerviendum Deo & huic S. Sedi ſint idonei; ac delectu quodam eorum, cum fide, & ſine perſonarum acceptione habito, nobis indicem, ſigillo tuo obſignatum & manu tua ſubſcriptum, cum eorum nominibus, & locis ubi habitant, mittas. Nos enim, ut communis omnium parens, proborum virorum, ubicunque ſint, rationem habere decrevimus, & eorum opera uti, cum occaſio oblata fuerit, ad eas res, quæ ad Dei & huius S. S. obſequium pertinebunt.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* ſub annulo Piſcatoris, die XXIIII. Ianuarii MDLXVI. Pontificatus noſtri Anno primo.

Ant. *Florebellus Lavellinus.*

Venerabili fratri Danieli Archiepiſcopo *Moguntino*, S. R. I. principi Electori.

præſ. 24 Mart. 66. Auguſtæ.

CCCXXIV.

Reſpondet Archipræſulis *gratulationi: Petitam Indulti conceſſionem quoad menſes Papales tantiſper differendo.*

1566.

Pivs PP. V.

ex Aut. *Venerabilis frater noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Intelleximus ex literis tuis, quantam lætitiam ceperis, poſtquam ad Te allatum fuit, nos *fel. record.* Pio IV in Apoſtolicæ ſedis regimine ſucceſſiſſe. Grata nobis fuit perinde ac debuit iſta tuæ charitatis ſignificatio. Sed, ut aliis

aliis literis nostris tibi scripsimus, ad tantum onus sustinendum tuo, dilectissime frater, & aliorum Venerabilium fratrum nostrorum auxilio indigemus; vires enim nostræ infirmæ sunt, onus autem his tam turbulentis & calamitosis Ecclesiæ temporibus adeo grave, ut nobis timorem & tremorem iniiciat. Spem tamen nostram in eo repositam habemus, cui placuit nos sibi in hoc munere deservire. Et cum ab aliis fratribus nostris, tum abs te nos adiutum iri confidimus.

Quod rogasti, ut Indultum, quod tibi a prædecessore nostro - - *Pio* IV. concessum fuerat super Beneficiis, quæ vacare contigisset in mensibus sedi Apostolicæ reservatis, tibi confirmare velimus, de eo cum Vener. fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus consultabimus, ut moris est, et tibi postea de eorum consilio respondebimus.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris, die II. Maii MDLXVI. Pontificatus nostri Anno primo.

ANTONIVS *Florebellus Lavellinus.*

Venerabili fratri nostro DANIELI Archiepiscopo *Moguntino*, S. R. I. principi Electori.

CCCXXV.

OMNIVM *tum temporis malorum originem, caussamque genuinam, effrenatæ Clericorum libidini adscribens, serio inculcat, ut Concubinatui medeatur.*

1566.

PIVS PP. V.

V*enerabilis frater, salutem & Apostolicam benedictionem.* Pro loco, in quo visum fuit Domino nos constituere, paterno animo de salute nobilissimæ nationis *Germanicæ* *ex Aut.*

nicæ cogitantes, non desistimus dies nec noctes meditari, quibusnam remediis tantas hæreses, quæ inde ortæ tanquam ex fonte quodam in alias provincias demanarunt, quæque præter miserabilem animarum iacturam tot & tam graves illi nationi calamitates invexerunt, extinguere possimus.

Sed cum nobiscum cogitamus, & cum viris rerum Germaniæ peritis de tanti mali remediis consultamus, tantis hæresibus causam in primis dedisse intelligimus turpem, inhonestam & pudendam Ecclesiasticorum vitam. Qui enim lumen Laicis præferre debuerant ad recte honeste pieque vivendum, ii, sicut accepimus, (quod tamen sine bonorum contumelia dictum volumus) *Concubinas* domi habentes, sine ullo Dei timore, sine ulla hominum verecundia; easque secum circumducere soliti, et in Ecclesiis ac conviviis, perinde acsi *legitimæ uxores essent*, (quod sine pudore referri non potest) etiam *ordinis ac dignitatis suæ nominibus appellatas* ostendere, tam impudenti vitæ nequitia populos adeo offenderunt, ut propter eorum infamiam & contemptum facile potuerint hæretici suas frequentare Sectas, & hæresum venena diffundere. Itaque huius tanti mali illud in primis aptum & necessarium existimatur esse remedium, ut Sacerdotes & alii Clerici concubinas dimittere, & vitam professione sua dignam degere cogantur. Quod ni ita fiat, propediem (quod Deus avertat) nullæ supererunt in Germania Catholicorum reliquiæ, & omnis prorsus lux Catholicæ religionis extinguetur.

Quocirca cum pro commisso nobis officio prætermittere nolimus, quin faciamus quicquid possumus, ut Catholicorum reliquias in Germania conservemus, eosque etiam, qui a recta fide deducti sunt, ad unitatem Ecclesiæ reducamus; Fratern. tuam sub divini obtestatione Iudicii hortamur ac monemus, ut officii tui memor nec quicquam aliud, præterquam Dei honorem & animarum salutem, respiciens, diocesin tuam visites, & mores atque actus Ecclesiasticorum diligenter inquirens, cum alia, quæ correctionem exegerint, corrigas, tum quoscunque repereris Clericos concubinas habere, illos ab se segregare eas, & ex-

& expellere compellas; contumacesque & in nequitia perseverantes, iuxta Canonicas punias sanctiones; in subiectos tibi ordinaria tua, adversus exemptos autem Apostolica, quam tibi quatenus ea opus sit concedimus, auctoritate procedens.

Memento frater eius, quod B. dixit *Gregorius* antecessor noster: *Cum in subiecto peccatum non corrigitur, in eos qui præsunt, sententia retorquetur.* Cogita, quam hæc vita sit brevis, quam sint huius mundi honores fluxi & momentanei. Cogita, reddendam fore ab unoquoque nostrum rationem officii sui in illo tremendo Iudicio. Væ, væ illi, qui tanta scandala, quæ removere potuerit, negligentia confirmaverit, & dissimulatione approbaverit. Dum igitur potes, enitere, cura, & elabora, ne criminum tantorum, a quibus eos quibus præes revocare neglexeris, abs te pœna, quod absit, luenda sit.

Quo fidentius autem in Clero tuo quæ corrigenda fuerint corrigere aggredieris, scito, nos cum Charissimo in Christo filio nostro, Romanorum Imperatore Electo, cui ipsi quoque hanc Cleri correctionem maxime necessariam videri intelleximus, vehementer egisse, ut ad officium tam necessarium exequendum, tibi, reliquisque Episcopis & fratribus nostris, Cæsarei sui favoris auxilium efficaciter velit impendere. Quia vero Suffraganeos quoque tuos ad idem adhortandos duximus; petimus, nostras ad singulos eorum literas, quas cum his coniungi iussimus, diligenter perferendas.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris, die XVII. Iunii MDLXVI. Pontificatus nostri Anno primo.

ANTONIVS *Florebellus Lavellinus.*

Venerabili fratri DANIELI Archiepiscopo *Moguntino*, S.R.I. principi Electori.

CCCXXVI.

CCCXXVI.

INDULTI *supradicti largitionem evitans, vult; ut sibi mittatur nomenclatura Subiectorum capacium, propria* Danielis *manu signata: His de Beneficiis intuitu commendationis archiepiscopalis præ ceteris provisum iri.*

1566.

PIUS PP. V.

ex Aut. *Venerabilis frater, noster salutem & Apostolicam benedictionem.* Libentissime cognovimus ex literis, quas a te proxime accepimus, te diligenter curare, ut civitatem ac diocesim tuam a pravitatis hæreticæ zizaniis perpurges, eamque ad rem uti opera nonnullorum doctorum hominum, qui Iuvenes bonis moribus ac religione, in primis & pietate imbuant; laudamus admodum istam curam & sedulitatem tuam.

Quod vero ad tales ministros remunerandos confirmari tibi a nobis Indultum, a *fel. record.* PIO Papa IIII prædecessore nostro concessum postulas; nos, qui viros bonos & de Religione Catholica bene merentes honore & præmio dignos esse censemus, tibi etiam eos remunerandi & honorandi facultatem suppetere cupientes, in hoc *Fraternitati tuæ* gratificandum, hac ratione esse duximus, ut ad nos indicem, tua manu subscriptum & signo obsignatum, mittas eorum, quos in civitate & dioecesi tua propter vitæ honestatem & literarum scientiam idoneos & dignos esse scias, quibus de Beneficiis ecclesiasticis provideatur; et simul atque aliquod beneficium in mensibus sedi Apostolicæ reservatis vacare contigerit, certiores nos facias; Iis enim potissimum nos Beneficia ad nostram collationem spectantia conferemus, qui tuo nobis fuerint testimonio commendati. Certum habentes, in eis nominandis Frat. tuam nihil gratiæ nec precibus tributuram, sed virtutes tantum & merita spectaturam. Datum

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* ſub annulo Piſcatoris. die XX. Iunii MDLXVI. Pontificatus noſtri Anno primo.

ANTON. *Florebellus Lavellinus.*

Venerabili fratri noſtro DANIELI Archiepiſcopo *Moguntino*, S. R.I. principi Electori.

CCCXXVII.

FVNDATIO
Collegii S. I. *Moguntiæ.*
1568.

[*p. 873.* * *Immo.*]

DANIEL D. G. S. *Sedis* Moguntinæ *Archiepiſcopus*, S. R. *I. per Germaniam Archicancellarius*, *Princeps Elector*. Omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in Domino. *ex Aut.*

Poſteaquam DEI providentia in Archiepiſcopum Eccleſiæ *Moguntinæ* vocati ſumus, ea nos prima continuaque ſollicitudo occupavit, ut vera Chriſti religio pietasque catholica, hoc infinitis Sectis male tumultuante Seculo, in noſtra metropolitana Diœceſi illæſa conſervari poſſit: Nam ideo Chriſtus eccleſiæ ſuæ Apoſtolos & Epiſcopos præeſſe voluit, ut ſuum Verbum ſana doctrina piisque moribus conſtanter aſſerant, plantent, & defendant: Prævidit enim æterna ſua ſapientia antiqui noſtri hoſtis inſidias iterum in Paradiſum irrepſuri, iterum verbo DEI virus ſuum aſperſuri, quo populum ſanctum male perderet. Quare *Divus* PAVLVS, ex Aſia ab Eccleſiis quas in Domino genuerat diſceſſurus, ſumma diligentia monuit, & obteſtatus eſt convocatos Eccleſiarum Epiſcopos & Presbyteros, ut ſibi ſuoque gregi commiſſo vigilanter attenderent, quoniam ſciebat, poſt ſe exorituros falſos Eccleſiæ miniſtros, qui inſanis

doctrinis veritatem Evangelii corrumperent, eaque docentes non quæ Dei, ſed quæ auribus hominum placerent.

Quam Apoſtolicam prædictionem etiam hac noſtra ætate in Germania aliisque Europæ partibus nimis veram experimur; cum nullum ſit Regnum, nulla fere regio ac Civitas, in qua priſca catholica Fides novis hominum diſputationibus non impetatur, ipſa venerandæ Eccleſiæ concordia pro libito Novatorum in varias Sectas non diſſipetur, totaque Diſciplina, & ordinatio in Eccleſia Dei, ab Apoſtolis eorumque diſcipulis ad nos quaſi per manus tradita, ſummaque pietate iam per multa Secula feliciter obſervata, pene a primis fundamentis non diſſolvatur.

Vnde heu! nimium videmus & ſentimus iram Dei O.M. in nobis quotidie aggravari, a zelo ſanctæ pietatis timorisque Divini nos excidere, charitatem omnem refrigeſcere, ſalutares ritus & diſciplinam eccleſiaſticam a toto populo contemni; denique eos, qui Chriſti ſacris initiati, populus Dei appellari gaudent, in omnem inobedientiam, tam erga Devm quam eius inſtitutos miniſtros, extrema protervia prolabi, ſacra prophanis confundere, & tandem conculcare; ut valde metuendum ſit, niſi poſitis noſtris diſſidiis fraterno amore reconciliati, & mente mutata ad Domini miſericordiam pœnitentes convertamur, nos brevi, horrendo exemplo Orientalis Eccleſiæ, omnia extrema pericula, non ſolum corporum & bonorum, ſed Evangelii, fidei, & ſalutis animarum noſtrarum perpeſſuros; quæ tamen æternus Pater miſericordiarum a nobis clementer avertere, nobisque ſuo Spiritu in Eccleſia ſanctam concordiam reſtituere velit.

Nos ergo pro officio nobis in archiepiſcopatu noſtro a Chriſto iniuncto paterna cura perpendimus, non ſolum exempla Maiorum in Eccleſia abunde teſtari, ſed & ſacroſanctis Decretis Conciliorum graviter ponderatum & concluſum, præſenti calamitati Eccleſiæ nullo paratiori magisque ſalubri remedio poſſe ſubveniri, quam poſt divinam invocatam clementiam Viros

Viros pios, & in divinis Scripturis exercitatos advocari & foveri, qui primam Iuventutem [ſeminarium totius Eccleſiæ] ab ineunte ætate ſinceris doctrinis morumque ſanctitate imbuant; quæ pia iuventus deinde ſuccreſcens, ſine dubio maximo adiumento erit, ut priſca ſinceritas in Fide totaque Religione catholica, in noſtro præcipue Archiepiſcopatu *Moguntino*, retineatur, inſana dogmata averſentur, invaleſcentes ubique Sectæ a grege Domini noſtræ curæ demandato quam diligenter propulſentur; nam ut ager, ita iuventus, ſi probe colatur, probos & uberiores refundit fructus; & qua religione tenera ætas imbuitur, eandem adulta plerumque amat & tuetur.

Deinde ex tali bene inſtituta educataque iuventute fideles Miniſtros & plantatores Catholicæ fidei Parœciis noſtris eligere & præficere poſſumus, qui tam pia eruditione, quam erudita pietate plebem docere, & perverſis doctrinis præcavere ſciant, quorum inopia hac ætate paſſim non parum laboratur non ſine magno detrimento Eccleſiæ; dum miſera plebs, vel ab ignavis paſtoribus neglecta, vel a perverſis corrupta, in lanienam lupis rapacibus relicta eſt, quæ, debita diligentia adhibita, ad ovile Chriſti ex eremo ſalva reduci potuit.

Quare communicato conſilio cum Venerabilibus & Honorabilibus, Decano & Capitulo Eccleſiæ noſtræ *Moguntinæ*, aſcivimus viros aliquot, Religioni, & docendæ Iuventuti in Catholica pietate totos deditos, qui de *Societate* nominis IESV Salvatoris noſtri appellati ſunt; quos iam per annos aliquot, non ſine magno noſtro ſumptu, in metropoli noſtra *Moguntina* in peculiari domo ſive Collegio aluimus, ut ſubditorum noſtrorum, aliorumque bonorum liberos bonas artes, linguas, philoſophica tradita, & tandem ſacram Theologiam, una cum Catholica fide, a prima pueritia docerent, & Eccleſiæ ſanctæ ſanctam gentem erudirent. Quam functionem prædicti Viri, ex noſtro clementi mandato, atque Decani & Capituli noſtri conſenſu ſuſceptam, *Annos* nunc fere *octo*, pio zelo & diligentia - - - executi ſunt, magno ſane cum fructu iuventutis & Eccleſiæ, non ſolum in noſtra ditione *Moguntinenſi*, ſed &

 apud

apud alios veræ pietatis amantes populos, qui liberos ſuos rudes emiſſos, brevi temporis ſpatio, tam moribus quam ſcientia meliores, gratulabundi ex hoc religioſo Collegio acceperunt.

Cum igitur Eccleſiæ noſtræ non tantum perutile, ſed multo magis neceſſarium ſit, præfatum collegium *Soc. Ieſu* in metropoli noſtra *Mogunt.* ubi ſedes noſtra Archiepiſcopalis eſt, perpetuari, omnibusque neceſſariis ſatis provideri; deliberatione & expreſſo conſenſu prænominati - - Capituli - - - præhabitis, placuit ſæpedictum Collegium S. I. in *Moguntina* noſtra civitate, in nomine Domini perpetuo fundari, & dotari.

Primo donamus, deputamus, transferimus & tradimus Religioſis, Superiori & Societati - - antiquum Collegium, vulgo zum Algesheimer * dictum, una cum tribus aliis domibus, per nos emptis, dictoque Collegio applicatis, ſcilicet zum Hammerſtein, zum Herbſt, & zum Bierbaum nominatis, ex oppoſito dicti Collegii ſitis, pro communi & perpetuo domicilio, quod appellabitur *Collegium Principis Electoris*, (eo nomine a Fundatore ſumpto) a Religioſis dictæ Societatis libere habendum, poſſidendum & inhabitandum; videlicet hac lege, ut dictus Superior & Societas in eadem domo ſive Collegio Viris & ſtudioſis virtute, ingenio & adminiſtratione domeſtica præſint. Deinde curabunt & efficient, ut in eodem Collegio perpetuo ſint Viri eruditi & religioſi ex eadem Societate pro numero conveniente, qui ſecundum regulam ſive inſtituta eorum pie ſimul vivant, Iuventutem in Catholica fide divinaque pietate diligenter inſtituant, bonas artes, linguas, utilia

* ANNO 1478. *deputabatur hæcce domus ad uſum novellæ Univerſitatis Academicæ. De qua, uti etiam tribus aliis, v.* T. II. *p* 509. & 513. *Collegio S. I. illinc emigrante in Monaſterium quondam FF. Minorum an.* 1577, *applicata ſunt Convictui Iuventutis, ſub eorundem Patrum directione: Sedenim vero prementibus Urbem* SVECIS *diſſoluto, exinde ſurrexit Domus Probationis, ſive Novitiatus Provinciæ Rheni ſuperioris, vaſto hodiedum ædificio proſtans.*

utilia tradita philosophiæ: & ingenio maturos sacram Theologiam [absoluta dotatione] doceant, ad solitosque honores pro merito cuiusque in *Philosophia* & *Theologia* promovendi authoritatem habeant, et quos idoneos invenerint, promoveant; ut sic tandem dimittant meliorem factam Iuventutem, & idoneos Operarios ad excolendam vineam Domini, pro gratia cuique collata, sive in Republica, sive in Ecclesia. Præsertim autem operam dabunt, ut ex eo Collegio idonei Adolescentes, sive Viri, singulis annis a nobis nostrisque Successoribus peti possint, quibus pastoratus & curæ animarum in nostro Archiepiscopatu demandari valeant.

Præterea cum duo Monasteria in nostra diœcesi, quondam a Monialibus habitata, videlicet *Paderhausen*, non procul a Civitate imperiali *Francofordia*, & *Selgentahl*, vicinum Ducatui *Wirtembergensi* — — — hac temporum iniuria plane desolata, [quorum alterum aliquot annis ab illis, qui mutata veteri Religione se *Augustanæ Confessionis* asserunt, de facto occupatum,] quæ tandem cum omnibus bonis suis — — — periissent, nisi nostro præsidio & diligentia recuperata essent, nostraque potestate conservarentur; Et quia vicinum contagium non sinit in illis Monasteriis monasticam restaurari vitam; nos autem pietas admonet, ut, quæ DEO semel dicata, Ecclesiæ usui semper relinqui debeant; Ideo, præhabito consensu *SS. D. N.* Papæ — — utraque monasteria, cum eorum pagis, molendinis, decimis, prædiis, agris — — — præfato nostro Collegio — — — — pro perpetuis alimentis * concedimus, authoritateque nostra ordinaria applicamus; tali videlicet pacto, ut possessio & administratio eorundem monasteriorum in nostra — — — potestate permaneat, — — — —

* *his postmodum surrogabatur certa summa pecuniæ, ex Ærario Elect quotannis Collegio numeranda.*

In quorum — — — Datæ apud Arcem S. *Martini* — — — die Martis VII. Septembris, Anno - - MDLXVIII.

Ceteroqui mirandum, nullam his tabulis mentionem fieri de sacra, quæ PP. inserviret, Æde. Fuit autem parochialis ad S. Christophorum, *domicilio advenarum vicina, proin*

apprime commoda. Cuius rei memoriam ſignanter nobis reliquit ſequens Charta, in ſepulcro Aræ maioris reperta, cum illud poſthinc aliquando reſeraretur.

[CCCXXVIII.]

ANNO a nativitate Domini noſtri MDLXVIII, die XX. Aprilis feria tertia poſt Paſcha - - , cum hoc altare rationabilibus ex cauſis de ſuo loco ad alium translatum eſſet atque violatum ; R^mus^ in Chriſto Pater - - , ANTONIVS *Reſchius* S. T. D. Epiſcopus *Soloniensis*, R^mi^ & Ill^mi^ — — Domini FRIDERICI, Epiſcopi *Herbipol.* Imperii Principis in Pontificalibus Vicarius, ex conſenſu *ετ*. D. DANIELIS Archiepiſcopi *Moguntini*, Principis Electoris — —, hoc idem Altare conſecravit, in honorem DEI Omnip. glorioſæ *V. M.* — —, S. *Chriſtophori* Patroni huius Eccleſiæ, * — — — et illorum Sanctorum, quorum Reliquiæ in ipſo reconditæ ſunt, videlicet S. *Valentini* martiris — — — Concedens omnibus & ſingulis fidelibus dictum Altare viſitantibus, & pro conſervatione & augmento fidei Catholicæ — — — Deum orantibus in — — — diebus ſolennitatum C. D. N. — — — — & huius altaris, cuius memoria agetur — — — d. Martis poſt Octavas Paſchæ — — — dies XL indulgentiarum in forma conſueta.

* *de ipſius antiquitate v.* T. III. *p.* 1000.

Præſentes, & teſtes fuerunt R. P. *Antonius* ZINCK, Præpoſitus Collegiorum S. I. Provinciæ Rhenanæ, R. P. *Lambertus* AVER, Rector Collegii eiusdem S. I. archiepiſcopatus *Moguntini*, R. P. *Petrus* SYLVIVS, — — — S. T. DD. R. P. *Guilielmus* LYMBVRGIVS, qui eodem die profeſſionem ſolennem emiſit — — Adfuerunt præterea plures Sacerdotes & Religioſi viri dictæ S. I., Collegii Archiepiſcop . . alumni, præter magnam multitudinem populi devoti. Actum anno, menſe, die ut ſupra.

Ita eſt. Propria manu idem qui ſupra Epiſcopus indignus confirmat.

CCCXXIX.

CCCXXIX.

Sanctimonialibus ex agro Crucenacensi *Religionis causa depulsis appropriatur Monasterium* Eybingense.

1575.

[*Citatur (idque ex omnibus unicum) Vol.* II. *p.* 876.]

DANIEL - - *S.* Moguntinæ *Sedis Archiepiscopus* — — — Devotis nobis in Christo dilectis, MATRI & *Conventui* monasterii Ord. S. *Augustini* in *Eibingen* in *Ringavia*, nostræ - - dioec. eiusque *Sororibus*, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, salutem in Domino sempiternam.

Cum ante aliquot annos, vos in Monasterio S. *Petri* prope *Crucenacum* existentes, propter nova dogmata tandem expulsæ, nobis - - supplicaveritis, ut in nostra Dioecesi aliquod Monasterium, in quo Ordinis & voti vestri religiosam vitam peragere, Divino cultui vacare, atque ita vestras preces ad Deum fundere liceret, constituere dignaremur; nos tunc, nostri pastoralis officii memores, vestris votis libenter annuimus, vosque in monasterium *Eybingen* prædictum, ubi paucitas personarum eo tempore erat, ad ampliandum divinum cultum vos transtulimus & collocavimus.

Cum igitur in eodem Monasterio hactenus laudabiliter vixeritis, & divino obsequio mancipatæ, prout edocti sumus, nihil alienum a vera Religione & regulari vita egeritis; et ea intentione sitis, ut perpetuo in eodem permanere, & divino cultui operam dare incessanter, & sine intermissione precibus iuxta Regulam vestræ religioni præscriptam vacare velitis; Nos ad ulteriorem supplicationem vestram, quo ardentius pietatis operibus invigilare & insistere valeatis, præsentibus statuimus, ut perpetuis futuris temporibus in eodem Monasterio — — — — *Eybingen* permanere, divinum cultum inibi peragere, & re-

& regularem vitam ſub habitu veſtro Ordini convenienti tranſigere debeatis; & inſuper vobis omnium Bonorum eiusdem monaſterii poſſeſſionem & adminiſtrationem decernimus & concedimus. Volentes, & diſtricte præcipientes, ut omnino huiusmodi bona in debita ſtructura & cultura teneantur, & nequaquam ſine noſtro & Succeſſorum noſtrorum conſenſu alienentur, aut permutentur ſeu deſolentur; Cenſusque & reditus, ſi qui ſint, debito tempore exigantur & ſubleventur. Atque etiam illud volumus, ut huiusmodi adminiſtrationis veſtræ nobis ac ſucceſſoribus — — — — fidelem & legalem rationem reddatis, & in omnibus vos tales exhibeatis, quales decet eſſe Deo dedicatas Virgines, aliquando Sponſo ſuo de transacta vita & adminiſtratione rationem reddituras.

Vt autem præmiſſa efficacius adimpleantur, præcipimus & damus in mandatis — — — omnibus & ſingulis noſtris ſubditis — — — — ſub excom^nis^ pœna, — — — — quatenus - - prompto & benigno affectu prædictas Matrem — — — — — eiusque Sorores recipiant - - & admittant, noſtrisque . . mandatis pareant, ac efficaciter obediant, prout — — — tenentur.

In quorum (*&c.*) Datum apud arcem S. *Martini* — — — die XVII menſis Iunii MDLXXV.

Etſi vero, quæ bonis hiſce Virginibus manſio, Eybingæ *in perpetuum ſtabilita videbatur, tamen deflexit in temporariam: Archipræſul enim* Ioan. Svicardvs, *rationabiliter dubitans, num penes* Danielem *ſteterit, ita diſponere de Cœnobio, ad* Rupertinum *prope Bingam, ceu ſedem principalem a primæva ſua fundatione, ſpectante, tranſtulit * peregrinas illas Moguntiam; locavitque in parthenone tunc vacuo,* S. Agnetis, *alias* Ordinis Ciſterc., *ubi ſub* D. Auguſtini *regula Deo laudes perſolvunt.*

* Peculiari diplomate ſub Dato 25. Iul. 1605.

Qvan-

QVANTO *propius ad tempora nostra accedimus, tanto sterilius redditur* Ævum Diplomaticum, *sic in specie dictum, ceu rebus novarum detectionum paulatim elanguescens: Atque hinc de* Daniele *nihil ultra nobis restat, quod iam vulgatum non sit, præter Epigraphen vasis, quo viscera ipsius [in crypta sub Ara maiori ad* S. Gangolphum] *clauduntur.*

1582.

DANIEL Brendel, XXVII annis Archiepiscopus *Moguntinus*, Elector, suo tempore antiquitate simul & authoritate in Imperio Romano primus, obiit XXI die Martii.

Concionem denique funebrem habuit IODOCVS Camerarius, *Ecclesiastes longe celeber. v.* T. II. *p.* 335. & 364.

* * *

CCCXXX.

De WOLFFGANGO *qui, maior Præpositus existens,* Danieli *successit, Commentator* Serarii, G. C. Ioannis, *remissive ad* Cod. dipl. *nihil allegat; tangendo paucis tamen* * *articulum, desumptum e Charta, in pleno suo tenore hic subiuncta.* * p. 196.

1587.

VNIVERSIS & singulis, cuiuscunque ordinis, dignitatis & status fuerint, ad quos præsentes hæ nostræ

patentes Litteræ pervenerint, ſalutem in Domino, ac omnem officii noſtri & benevolentiæ denunciationem.

Cum præſentium noſtrarum exhibitor, Reverendiſſimus Dominus GABRIEL, *Achridonenſis, Bulgariæ Macedoniæ Serviæ aliarumque vicinarum provinciarum, ac primæ Iuſtinianæ Archiepiſcopus & Patriarcha*, ad nos, non tam Sacræ Cæſ. Maieſtatis Domini noſtri clementiſſimi, quam aliorum quorundam Regum & Principum literis patentibus munitus & commendatus veniſſet; Nos horum intuitu, & quoniam aliter deprehendere non potuimus, ut talem, pro ea qua decuit benevolentia & humanitate, recepimus, & dies aliquot nobiscum retinuimus. Sed quoniam iter ſuum inſtitutum proſequi, aliisque Principibus Chriſtianis ſtatum Eccleſiarum illarum, quæ in Oriente conſtitutæ magnam a tyrannide Turcarum patiuntur calamitatem, patefacere ac deplorare conſtituit, a nobis noſtras quoque Patentes, uti homo peregrinus & Græcus, quo ditionem noſtram, aliaque ſibi loca incognita tutius tranſire poſſet, poſtulavit.

Nos, quoniam in eo, quod ab homine Chriſtiano alienum eſſet, pauculis quibus apud nos fuit diebus deprehendere nil potuimus, eiusmodi Literas noſtras, quæ ei ad iter ſuum proſequendum, & ad commendandum quoque, uſui eſſe poſſent, denegare non potuimus. Vniverſos & ſingulos amice & benevole rogantes, ut eum, ſicut nos, benigne recipiant & habeant; eaque humanitatis & liberalitatis officia impendant, quæ quisque ſibi in calamitate & egeſtate conſtituto impendi cuperet. In eo rem facturi, Chriſtiano homine in primis dignam, & Deo nobisque gratiſſimam.

Datæ in Arce S. *Martini* civitatis noſtræ *Moguntinæ* ſub impreſſione ſecreti Sigilli noſtri. Prima Septembris Anno partus Virginei MDLXXXVII.

Cum

Cum igitur alia, Wolffgangi *vitam illustrantia*, *haud suppetant; visum nobis est, eum describere, qualem post annos ab obitu* 127 *se praesentavit in sepulchro.*

Acceptæ desuper relationis complexus:

Anno 1729. XV. Febr. dum iuxta tumulum huius Archiepiscopi effodiebatur terra ad exstruendum sepulchrum Lothario, *glor. mem.* Francisco, apertus est hac occasione tumulus ipsius *Wolffgangi* *. Quem cum aliis multis vidi facie adhuc integra nigra & indurata; tunicella amictum alba; casula, coloris violacei, more antiquo sacerdotem collo tenus obtegente, ad humeros usque succincta. Frons erat linteolo circumligata; Mitra ob occipite paulisper remota: E chirothecis non corruptis arida utriusque cubiti ossa prominebant. Cadaver in sarcophago comparuit ligneo, habente duas fenestrellas, tabulis mobilibus occluso, laminis cooperto plumbeis: Loculus (non concameratus) magnis lapidibus tribus transversim superimpositis fuit munitus, quorum primus capiti respondens sequentem inversa parte continet epigraphen.

* *conf. Ichnogr. T. II. p. 729 Lapide sub lit S. in summo Choro.*

Wolffgangus Camerarius de Wormatia, dictus a Dalberg, Archiepiscopus & Princeps Elector Moguntinus, Electus an. 1582. die 20. Aprilis, præfuit Ecclesiæ annis 19. Vixit annis 64. Obiit 1601. d. 5. Apr. C. A. R. I. P.

DIPLOMATA
SECVLI XVII.

CCCXXXI.

Summus Pontifex hortatur Capitulum, ut Antistitem eligant, Ecclesiæ ac Imperio profuturum.

1 6 0 1.

CLEMENS PP. VIII.

ex Aut. DILECTI *filii, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Allatum ad nos est, Archiepiscopum vestrum ex hac mortali vita, sicut Domino placuit, iam migrasse, cuius animæ is, qui dives est in misericordia Deus, sempiterna gaudia largiatur. Nos autem, pro nostra pastoralis omnium Ecclesiarum sollicitudine, & pro eo paterno amore, quo vos & insignem Metropolim istam complectimur in visceribus charitatis Christi, valde ut par est anxii sumus; illud summopere exoptantes, ut dignus successor, & tanto oneri ferendo idoneus a vobis eligatur; et denique talis omni ex parte, qualem calamitosa hæc tempora maxime requirunt. Videtis enim, filii, quantis insidiis & quantis machinationibus Ecclesia Dei eiusque Religio oppugnetur ab antiquo generis hoste satana eiusdemque ministris, præsertim in Germania, ubi olim præcipue fidei integritas & divinus cultus floruit. Quare viro egregio, Catholico, & zelo divini amoris incenso inprimis opus est; in ea præsertim Ecclesia, quæ tam multis ornamentis & prærogativis eminet, atque excellit, quemadmodum vos pro vestra prudentia optime intelligitis.

Ac

Ac sane in Dei clementia, vestraque etiam bonitate confidimus, vos Spiritu sancto auctore, id in hoc prægravi negotio acturos, quod Ecclesiæ salus, & vestri officii ratio postulat, multa cum animorum consensione & concordia, sepositis quibusvis humanis affectibus & perturbationibus. Causa enim Dei est sancta, & sancte tractanda. Quare vos etiam atque etiam hortamur, ut omnes unanimes in hanc curam incumbatis, ut Virum præstantem omnique virtute cumulatum deligatis, quem nos merito comprobemus, et nobili isti Ecclesiæ, nostra Apostolica auctoritate, in Archiepiscopum & pastorem præficiemus. Nihil est hoc tempore, in quo vos de Dei gloria, de Ecclesiæ istius utilitate, & de patriæ salute totaque Christiana republica præclarius mereri possitis: Quibus de rebus uberius etiam aget vobiscum iussu nostro Venerabilis frater * Episcopus *Auserensis*, Nuntius noster Apostolicus, cui fidem in omnibus habebitis. Nos interea nostram paternam & apostolicam benedictionem vobis benigne impartimur.

* *Cariolanus.*

Datum *Tusculi* sub annulo Piscatoris die V. Maii MDCI. Pontificatus nostri Anno decimo.

SILVIVS *Antonianus* CARD.

Dilectis filiis, Canonicis & Capitulo Ecclesiæ *Moguntinæ*.

CCCXXXII.

Capitulum respondet, Electionem esse factam in Persona IOAN. ADAMI de BICKEN: *Virtutem ipsius & merita plurimum collaudans.*

1601.

Post debitas nostras ad Deum preces, humillimaque ac devotissima pedum oscula, SANCTISSIME *ac Beatissime* PATER.

Quam graviter *S. V.* obitum Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi [Viri utique prudentiſſimi, & qui plurimum, hoc maxime tempore, nobis & Eccleſiæ totique Imperio Romano prodeſſe potuiſſet] una nobiscum tulerit & deplorarit; quamque paterne & benigne nos ad concordem Electionem novi Præſulis, qui tanto onere dignus & ſufficiens eſſe poſſit, adhortetur, ex Literis ipſius *S^tis^ Veſtræ*, nobis per R^mum^ Dn. Epiſcopum *Auſſerenſem*, Nuntium ſuum Apoſtolicum, virum ſane multis nominibus commendatiſſimum, redditis, pluribus intelleximus. Ad idem nos memoratus R^mus^ D. ſuis cohortationibus & admonitionibus non parum animavit, et in hac parte egregiam nobis operam præſtitit; cui etiam ita ſatisfactum confidimus, ut ipſæ quoque *S^ti^ V.* & Cæſareæ Maieſtati ceterisque vicinis ac Imperii Principibus ſimiliter ſatisfactum eſſe, omnino confidamus. Sic enim Spiritu ſancto cooperante & dirigente concorditer acta ſunt omnia, ut nullo noſtrum diſcrepante pacificam & prorſus fraternam & unanimem Electionem celebraverimus, paribusque votis & ſuffragiis noſtris elegerimus plurimum Reverendum & Nobilem Dominum, & confratrem noſtrum, IOANNEM ADAMVM a BICKEN, Eccleſiæ noſtræ *Scholaſticum*, Virum non tam impenſe Catholicum, quam in negotiis Eccleſiæ & ipſius Imperii ab annis iam pluribus exercitatiſſimum, & omnibus (uti ſperamus) futurum gratiſſimum; de cuius quidem perſona, ceterisque qualitatibus & meritis, atque adeo toto Electionis noſtræ proceſſu, cum præfatus *R. D.* nuntius Apoſtolicus [quem ob ſingularem eius ſolicitudinem, prudentiam & dexteritatem, ac etiam fidelem nobis præſtitam operam & aſſiſtentiam non poſſumus non *S^ti^ V.* plurimum recommendare] ſufficientem habeat notitiam & informationem, & S^tem^ *V.* utique iam informarit; non eſt quod *S^ti^ V.* plura ingeramus. Plane enim confidimus, talem a nobis eſſe & fore electum, qualem & ipſius Eccleſiæ neceſſitas, & ipſa *Veſtra* deſiderare potuerit, & facile confirmare poſſit *Sanctitas*. Quem etiam una nobiſcum *S^ti^ V.* cum ſanctiſſimorum pedum devotiſſimo oſculo humillime commendamus; ac, ut etiam clementiſſimus

Legati ad Curiam Rom.

tissimus DEVS nobis & Ecclesiæ suæ universæ diutissime feliciſſimeque præsidentem servare dignetur incolumem & florentem, submissius rogamus. Cetera vero per ipsius Domini Electi (quem prima commoditate ad *S. V.* ablegaturus est) Nuntium satis intelliget. *Moguntiæ* die XXVI. Maii, Anno MDCI.

Sanctitatis Vestræ

Humillimi & devotissimi filii
Decanus & Capitulum
Metropolitanæ Ecclesiæ *Moguntinæ.*

Sanctissimo Domino nostro, D. CLEMENTI Papæ VIII, Domino nostro clementissimo.

CCCXXXIII.

Imp. RVDOLFI *ad Pontificem in favorem neo Præsulis Litteræ.*

1601.

BEATISSIME IN CHRISTO PATER.

Gratulamur *Sanctitati Vestræ*, gratulamur nobis ipsi, & Imperio, talem *Moguntiæ* Archiepiscopum electum, qui sincerum ad Religionis zelum, & magnum Septemvirorum Collegio decus allaturus sit. Venerabilis enim IOANNES ADAMVS a BICKEN qui electus est, cum pervetusta nobilitate Nepos celebratissimi olim in Imperio Archiepiscopi *Danielis* sit, ita ab eodem a primis temporibus ætatis in literarum & pietatis studiis alitus & institutus fuit, ut, cum diversis in provinciis & Academiis quod a natura sortitus ingenium excoluisset, ad Ecclesiam *Moguntinam* reversus, inter Canonicos, quamvis ætate maiores, dignitate *Scholastici* ornatus, & a

& a proxime defuncto Archiepº. *Wolffgango*, quasi in spem successionis, negotiis omnibus & consiliis peculiari fiducia adhibitus fuerit; quæque non tantum ad Præsulis in ecclesiastico, sed etiam ad Principis Septemviri in politico regimine functionem pertineant, a multis iam annis experiundo didicerit.

Quoniam vero multum Ecclesiæ *Moguntinæ*, plurimum nostra & Imperii hac temporum tempestate interest, ut illius electionem *S. V.* quam primum confirmet, *auctoritatem merito* nostram studiis non vulgaribus apud Sᵐ *V.* interponendam duximus. Reverenter itaque ab Ipsa petimus *& contendimus*, ut non tantum Præsulis illius electionem libenter audiat & confirmet, sed etiam ea, quæ pro Confirmatione istic pendi ac persolvi solent, condonet. Cum enim Archiepiscopatus illius reditus vehementer horum temporum iniuria extenuentur; multum Archiepº novo negotii futurum, ut, quod sibi incumbit onus, cum dignitate sustineat. Quantum autem referat, ut Præsul ille, qui inter primos Imperii Principes Comitia Imperialia, conventus publicos, aliosque solenniores Ordinum actus dirigit, quam ab officio obtinet auctoritatem, in Imperio tueatur, Sᵗᵉᵐ V. minime ignorare existimamus.

Causas nos, cur illius patrocinium singulari benignæ voluntatis affectu suscipiamus, ita graves habemus, ut, quicquid illi a *S.V.* concessum ac condonatum fuerit, in proprium nostrum cessisse beneficium interpretaturi simus. Qui Sᵗⁱ *V.* caussam, quantum possumus, vicissim præstare quocunque tempore parati sumus.

Datum in Arce nostra regia *Pragæ* die prima Iunii Anno Domini MDCI.

CCCXXXIV.

CCCXXXIV.

De felici Electionis successu Pontifex suam Ioanni Adamo *testatur lætitiam.*

1601.

Clemens PP. VIII.

Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. ex Aut.
Cognovimus de tua electione ex litteris Venerabilis fratris Episcopi *Auserensis*, nostri Apostolici Nuncii, tua multa cum laude scriptis; qui & antea ex tuæ virtutis & meritorum æstimatione, quod consecutum est prudenter coniecerat. Nos autem, qui maiori charitate complectimur nobilem & primariam Ecclesiam istam in visceribus Christi, et quo magis ex nostra pastorali omnium ecclesiarum sollicitudine de tam gravis rei eventu anxii eramus, eo maiorem de tua electione voluptatem cepimus, & Deo ac patri misericordiarum gratias egimus, qui adiutor est in opportunitatibus; qui insigne Capitulum istud spiritu unanimi & pacis ita coniunxit, ut tam salutarem electionem magna concordia celebrarent; qui denique difficili tempore, cum respublica Christiana multis tempestatibus iactatur, ad istius ecclesiæ & metropolis navem gubernandam eum delegerit, qui illius gratia adiutrice tanti muneris personam & officium, nimirum Archiepiscopi, & principis ecclesiastici Electoris egregie possit sustinere.

Nos enim de tua pietate, prudentia, auctoritate, & catholicæ Religionis zelo, præclara omnia nobis pollicemur ad Dei gloriam, et eiusdem Catholicæ fidei propagationem, & sacri Romani Imperii utilitatem. Idque eo magis speramus, quod te oneris istius magnitudinem agnoscere, ac prudenter expendere audimus; sed in Dei clementia confidere, qui humilibus dat gratiam. Sic age fili, esto fortis, & confortare in Domino, qui te vocavit, ut pernecessario tempore tuam operam ad

ad magna adhibeat. Nos vero has ad te Litteras, gaudii nostri, & paterni erga te amoris testes statim dare voluimus, dum cetera de more adveniunt, ut tuam electionem nostra Apostolica auctoritate confirmemus. Te enim & sincero affectu amamus, & virtutes tuas plurimi facimus; tibique ad hanc salutarem vocationem rite exequendam divinæ gratiæ abundantiam precamur, & nostram Apostolicam benedictionem tibi amanter impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris, die XVI Iunii MDCI, Pontificatus nostri Anno decimo.

SILVIUS *Antonianus* CARD.

CCCXXXV.

Collegii CARDINALIUM *Epistola Gratulatoria.*

1601.

ex Aut. *Miseratione divina Episcopi, Presbyteri & Diaconi* S. R. E. *Cardinales.* Reverendissime in Christo, uti frater, salutem & sinceram in Domino charitatem.

Ecclesiæ *Moguntinæ* præest Fraternitas tua R^ma^, summa istius Capituli consensione, &, quod præcipuum est, Cæsaris accedit de tua virtute testimonium luculentum. Magnum id probitatis tuæ specimen certam in spem nos adduxit, te isti Ecclesiæ magno fore usui & adiumento. Quapropter favimus, quod ad nos attinet, tuæ petitioni, & te, omnium nostrorum summa cum gratulatione, in isto pastorali munere collocandum & confirmandum duximus. Summi Pontificis in primis erga te benevolentia enituit, nihilque in dicendis sententiis prætermissum, quod ad tuam pietatem exornandam pertineret. Speramus, te iudicio & exspectationi nostræ cumulate satisfacturum; spondetque hoc nobis pro te virtus tua, quæ hic magno iam in honore habetur. Tu te nobis efficies chariorem, si, quæ sunt istic a maioribus tuis ad cultum divinum instituta, retinueris,

nueris, & indies magis magisque amplificaveris. De nostra in te animi propensione cognosces ex tuis, quos huc misisti.

Fraternitati tuæ Reverendissimæ benevolentiam nostram deferimus, & secunda omnia evenire cupimus. Datum *Romæ*, sub Sigillis trium nostrum in ordine priorum. * Kal. Novembris MDCI.

MARTIVS *Malacrida.*

R^mo^ in Christo uti fratri, Domino IOANNI ADAMO Archiepiscopo Moguntino, Principi Electori.

* PTOLOMEI S.R.E. Card. *Comensis Ep. Tusculani.* [*secundum inscriptione caret.*]

ALEXANDRI *Peretti* Card. *de Monte alto.*

CCCXXXVI.

Vlterior propensionis Pontificiæ testatio.

1602.

CLEMENS PP. VIII.

Venerabilis frater salutem & Apostolicam benedictionem.

Respondemus his nostris *Fraternitatis* tuæ Litteris, quas superioribus diebus ad nos dedisti de tua electione, quæque nobis sunt redditæ a dilectis filiis nostris, IACOBO *Elzio*, Canonico istius Ecclesiæ, & VITO *Mileto*, Collegiatæ S. *Mariæ ad gradus* Decano, ac Notario nostro, viris præstantibus; quos & tui causa, & suo merito libenter vidimus, & tua negotia tractantes benigne audivimus, quemadmodum noster in te paternus amor, & præclara de tuis virtutibus opinio postulabat.

Nam cum accepiſſemus, te magno iſtius nobilis Capituli conſenſu electum eſſe, qui antiquiſſimæ & primariæ iſtius Metropolitanæ eccleſiæ eſſet Archiepiſcopus; & præſertim ex Litteris Venerabilis fratris Epiſcopi *Auſſerenſis*, noſtri Apoſtolici Nuntii, *qui te valde obſervat*, & tuorum meritorum locuples eſt teſtis & prædicator; ſane gaudio ſingulari affecti ſumus, Deoque immortali gratias egimus, quod difficillimis totius Chriſtianæ reipublicæ, & Germaniæ præcipue, temporibus, ad graviſſimum Archiepiſcopi & Principis Electoris munus obeundum, virum præparaſſet, multis donis cœleſtis gratiæ ſuæ, multisque ornamentis cumulatum; in quo cum generis ſplendore, doctrina & rerum uſu, inſignis pietas & zelus divini honoris ac Religionis Catholicæ propagandæ coniunctus eſſet; ex cuius vigilantia, prudentia & auctoritate, cum ad propriam illius Eccleſiæ, tum ad communem Germaniæ utilitatem multa egregia & ſalutaria iure eſſent optimo exſpectanda. Idque tanto magis de te nobis Deo iuvante pollicebamur, quo magis animadvertebamus in Litteris tuis, te Epiſcopalis oneris, Angelicis etiam humeris formidandi, magnitudinem & gravitatem æqua lance expendere, nec de propriis viribus confidere, ſed de eius ope & adiumento, qui humilibus dat gratiam, et qui dat velle & perficere pro bona voluntate.

Quare quod a nobis per litteras & per Internuntios tuos petiiſti, ut Electionem de te factam noſtra Apoſtolica auctoritate de more confirmaremus, id ſane libenti animo fecimus, teque Eccleſiæ *Moguntinæ* in Archiepiſcopum & paſtorem præfecimus, noſtrumque erga *fraternitatem tuam* amorem ex ſinceræ charitatis affectu promanantem aliis etiam non obſcuris ſignificationibus comprobavimus; quod eosdem Internuntios tuos tibi fideliter relaturos non dubitamus; ac nominatim Indultum apoſtolicum ad beneficia Eccleſiaſtica conferenda, quod poſtulaſti, tuis ſupplicationibus inclinati, propenſe conceſſimus. Nam quod attinet ad nobiles Iuvenes diœceſis tuæ, Clericalis militiæ & ſanctæ vocationis cupidos, alumnis noſtri Collegii Germanici adſcribendos, in eo quoque, cum opportu-

num

num erit, &, quoad fieri licuerit, pii desiderii tui rationem habebimus.

Tu interea, frater, Deo & nobis benedicentibus quando ad aratrum manum misisti, perge vineam istam amplissimam quam sortitus es diligenter excolere, & domesticam laudem *Danielis* Archiepiscopi propinqui tui, cuius memoria in benedictione est, non modo tueri, sed augere; ut te Archiepiscopo Ecclesia ista & Diœcesis divini cultus nitore, & fidei Catholicæ integritate, & ecclesiastica disciplina floreat; & late, cum Cleri tum populi ad tuam doctrinam & exemplum conformati, bonum Christi odorem effundat; quod ardenter optamus, & de tuæ fraternitatis zelo valde etiam in Domino speramus: Eiusque rei causa nostram paternam & Apostolicam benedictionem tibi iterum & sæpius toto ex animo impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris. Die XVI Februarii MDCII. Pontificatus nostri Anno undecimo.

Vltra biennium, si addas menses 7, dies 26, non duravit Ioannis Adami, *Principis, ob singularem Religionis zelum inclyti, regimen: Filum ne pertexeret longius, cæca disrupit Mors. Eius in locum iustis Eligentium suffragiis exaltatur, die 17. Febr. Summus Eccl. metrop. Decanus,* Ioannes Svicardvs a Cronberg.

Parergvm.

ad An. 1610.

In *æde sacra* Romersdorf *Ord.* Præmonstr. *visitur Mausolæum Principis, ante hac illius, qui, excelsa Dignitate Ecclesiastica a se abdicata,* * *Coniugium iniit cum* Antonetta *C. de* Aremberg. * 1577.

Epigraphe:

Illustrissimus Comes, Dominus Salentinus Comes *in* Isenbvrg, Archiepisco-

 pus

pus & Princeps Elector *Coloniensis* decennalis, Stemmatis propagandi causa resignavit, nupsit, liberos vidit, obiit Anno 1610 die 19. Martii, ætatis anno 78.

Nullibi, quod sciam, obvia.

CCCXXXVII.

Epistola Gratulatoria

1610.

cuius hæc est inscriptio:

Perillustri *ac Reverendissimo Domino* D. Philippo Christophoro *Episcopo* Spirensi.

Spirensis Ecclesia in luctu iam versari non debet, quod Eberhardo Præsule *piæ mem.* orbata; sed maxime lætari, quod ornata sit novo Pastore, singulari vigilantia & virtute prædito. Vnde & nos gaudemus ex animo, & nobilissimæ isti Ecclesiæ speramus optime, atque hoc ipso nomine gratulamur & Rmæ Dominationi vestræ, quæ nimirum huiusce dignissimi muneris accessione nacta est campum pietatis suæ, simulque Catholicæ religionis propagandæ! Nostra porro officia, quæcunque sint, plane supervacaneum arbitramur offerre denuo *Rmæ D. V.*, quæ scilicet iam diu nosse potuit, ea sibi iure suo patere. Precamur autem eidem a bonorum omnium auctore Deo maiora gratiæ suæ dona indies, cum diuturna incolumitate. *Romæ* XX. Novembris MDCX.

Octavius Cardinalis *Paravicinus.*

CCCXXXVIII.

CCCXXXVIII.

Consimilis.

1610.

SPIRENSIS Episcopus, quem ad capessenda suorum laborum præmia in cœlum migrasse credimus, totam istius Ecclesiæ curam *Dominationi vestræ* reliquit. In qua suscipienda, non est cur Ipsa vereatur præsentem Germaniæ statum, cum omnia secunda *Dominationis Vestræ* prudentia Ecclesiæ isti promittat; deinde *SS^mi D. N.* eidem nunquam sit defuturum auxilium, quandocunque postularit occasio. Sentit enim honorifice *S. S.* de virtute *D. V.*, ac eiusdem studio sperat, Catholicæ rei in istis partibus non qualecunque commodum proventurum. De mea vero erga *D. V.* benevolentia sibi perspecta modo nihil addam, expectans temporis opportunitatem, qua re ipsa eandem plene declarare possem. Deus Maximus diu servet incolumem. *Romæ* 27. Novembris MDCX.

Cardinalis *Lanfrancus.* *

Ex familia MARGOTTI, PP. Pauli *Secret. Status.*

Perillustri & Rmo Domino,
D. Episcopo *Spirensi.*

CCCXXIX.

EPISTOLA
CHRISTOPHORI LEHMANNI
ad
ADOLPHVM WOLFG. de METTERNICH,
Decanum Spirensem.

1610.

Pro eorum, quæ inibi leguntur, elucidatione notamus, qualiter Spirenses *Episcopi, electi & confirmati, priusquam Iura, hac in Imp. Vrbe sibi competentia, exerceant pacifice,*

cifice, Equestrem solenni pompa Introitum, (**Eintritt**) *veteri consuetudine adornent: Reverenter a Magistratu civico recipiendi, deducendique ad Principis palatium. Agebatur cum neo Antistite* PHILIPPO CHRISTOPHORO. * *Veruntamen, ut fieri assolet in raro contingentibus, non unam studiose obmovit difficultatem* SENATUS; *quibus tandem compositis, Introitus ipse, XII.* IAN. 1611, *habitus est. Ob recrudescentes autem dissensiones, posthac nullus. Atque in memoriam Auctoris huius Epistolæ, ceu* Spirensi *Chronico famigeratissimi, eam hic inserimus.*

* Sötern.

Salutem R^me^ & Illustris Domine.

Quæ hodie *R. T. Dominatio* mecum communicavit de ratione Ingressus R^mi^ Principis, D. Episcopi in urbem, ea absque mora ad Tredecemviros retuli. Illi vero animi benevolentiam *R. Tuæ D.* erga se & Cives, exploratam quidem hactenus satis, sed nunc novo argumento demonstratam, libenter cognoverunt; tum consilium illud saluberrimum, quod Senatus & civium commodum sibi propositum habet, grato animo amplectendum existimarunt. Omnia enim, quæ in hoc negotio in deliberationem venire possunt, inclinant eo, ut ea, quæ inanem pompam, & profusionem sumptuum non necessariam præ se ferunt, utilitatem vero nullam, damnum & iacturam certam afferunt, prudentibus quidem semper, hoc vero præsenti turbulento Imperii statu in primis, vitanda sint.

Itaque si aliquando tractatio de futuro ingressu aggredienda fuisset, comitatum alium, nisi accommodatum tempori, & restrictum, non recipiendum omnes hodie consenserunt qui Consilio interfuere. Quapropter si *R. T. D.* id, quod Senatui conficiendum erit, sua sponte illius nomine consequi in se suscipiet, labor ille utique et R^mo^ Principi & *R. T. D.* & gratiam & laudem pariet. Erecta enim est Civitas in bonam spem Clementis & pacifici Principis, quem e Collegio vestro elegistis; illumque & prudentia singulari, iudicio acerrimo exquisitoque excellentem esse, * omnibusque maximis virtutibus abun-

* *ita professo. v.* Ioan. *Vol. II.* p. 323.

abundare, vulgo ſermonibus circumferunt. Nunc ſi rationem Ingreſſus futuri ita temperabit, ut Senatus ſumptu & ſollicitudine ad oſtentationem inutilem ſuperſedere poſſit, et Cives cum apparatu armorum labore multo, vigiliisque ſe liberatos ſentiant, magnam omnino acceſſionem ad conceptam prius exiſtimationem fore, credibile eſt. Conſequens igitur eſt, quando R^mus Princeps ad *R. T. D.* ſenatusque noſtri ſententiam deſcendet, ut per Deputatos voluntatem ſuam de ingreſſu in urbem quam primum ſignificari curet, ſicut protocolla rationem omnem monſtrabunt.

Deus *R. T. D.* ſalvam & incolumem ſervet. Dabantur $\frac{1}{1}\frac{8}{9}$ Novembris Anno MDCX.

R. T. D.

Obſervantiſſimus

CHRISTOPHORVS *Lehman.*

Debiles hæ rationes Actum ſex hebdomadis retardarunt quidem, aſt effectu tali, ut eo ſplendidius in lucem emergeret. Etenim præter tot Nobiles, & Clientes & Honorarios, aderant Vaſalli perquam Illuſtres: PHIL. GEORG *Comes de Leiningen* Daxburg, *loco Portatoris (ceu vocant)* IOAN. LVDOVICI, *a domicilio ſuo* Türckheim *procul abſentis. Accerſebatur etiam* IOAN. PHIL. *Comes de* Eberſtein, *quo nuperrime defuncto comparuit* IO. IACOBVS *C. ab* Eberſtein, *Vexillum geſtans erectum.* [Haupt-Fahn] *Principis latera ſtipabant* WILH. Truchſeſs & CHRISTOPH. Zolleranus, (*quibus ſe adiunxit* CAROLVS Fugger) *Cameræ Imp. Præſides. Equi univerſim numerati ſunt* 272.

Deprompſimus hæc [a. n. 337.] e libro Copiali eiusdem Antiſtitis P.C. non ita pridem in Iudicio ſupremo exhibiti occaſione cuiusdam Cauſæ, ſub Rubro von Bohneck contra B. u. F. zu Speyer.

PARERGVM.

ad Ann. 1615.

Cœperunt exſtrui Scholæ, quibus præſunt PP. S. I. *primum lapidem ponente R^mo^* SVICARDO. *Tota ſtructura excurrit ad 20 mille imperiales.*

„ Den 31. Iulii auff S. Ignatius tag hatt Churfürſt Jo„ han Schweickard den erſten Stein zum Fundament der „ neuen Schul ſive Gymnaſii *Moguntini* gelegt zwiſchen 10 „ und 11 Uhr, als Er aus derſelben Kirch gangen. Solches „ beſchahe in beyſein Herrn Georg Friderich von Greiffen„ clau, Dhomprobſt, IODOCO von Ried Dhom Scholaſter, „ Anton Waltbott zu Baſſenheim Dhomſänger, Friderich „ von Sickingen Vicar. in Spiritualibus, und der gantzen Hof„ ſtatt, in magna populi frequentia. Ihre Churf. Gna„ den und übrige Herrn vom Dhomcapitul waren in Chor„ Röck. Das Fundament des Baues, bis zur Erden gleich, „ hatt $\frac{m}{5}$ Thaler gekoſt, und der gantze Bau ad $\frac{m}{20}$.

Ad An. 1619.

Obitus Imperatoris *denuntiari confeſtim debet Archipræſuli* MOGVNTINO, *ceu Collegii Electoralis* DECANO: Notes, *quod fieri ſoleat per relictos Conſiliarios primi ordinis. Ita obſervatum ipſo hoc Anno, dum Cæſar* MATHIAS *d. 20. Martii morbo apoplectico inopinate deceſſit. Litteras enim ad* SVICARDVM *notificatorias ſubſcripſerunt*

Paul Sixt Trautſon, Graf und Herr zu Falckenſtein.
Leonhard Helfferich von Meckau.
Carl Graf von Harrach.
Ludwig von Ulm.
Johann Barvitius.

Weyl. Röm. Kayſerl. Mayſt. hinterlaſſene Geheime Rhäte.

CCCXL.

CCCXL.

De acceleranda Electione.

1619.

PAVLVS PP. V.

Venerabilis frater salutem & Apostolicam benedict.

Mors inclytæ memoriæ MATTHIÆ, Imperatoris Electi, eam ob causam nos graviter affecit, quod in istos motus *Bohemorum* inciderit, quibus quælibet, res novas moliendi occasio procul dubio grata existit. Sed magnam in principum Electorum Ecclesiasticorum catholico zelo & spectata prudentia spem reponimus. Scimus, vos omnem conatum adhibituros, ut, quantocius fieri possit, Imperatoris electio acceleretur, eaque ratione adversariis insolescendi occasio præcidatur. Erunt fortasse nonnulli, qui, quæ sua sunt quærentes, non quæ Iesu Christi, difficultates offerendo, quo minus vestrum munus quam primum exequamini, moras iniicere tentabunt; sed non dubitamus fore, quin neglectis istorum artibus, pro vestra invicta virtute & sapientia, toto animo in Christi causam incumbatis; quod quidem cum de omnibus Catholicis Electoribus, tum præcipue de *tua Fraternitate* confidimus, ut non solum per te hoc agas, sed etiam, qua vales auctoritate, ceteros ad idem præstandum incitare studeas. Aderit procul dubio sua gratia Dominus tuis cœptis, eaque ad sui gloriam, & Ecclesiæ suæ utilitatem cumulate perficiet. Cetera *F. T.* a Venerabili fratre, Episcopo *Vigiliensi* Nuntio nostro accipiet, cui eandem fidem quam nobis adhibebit.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris, die VI. Aprilis MDCXIX. Pontificatus nostri Anno decimo quarto.

GASPAR *Palonus.*

Venerabili fratri IOANNI SVICARDO Archiepiscopo *Moguntino*, S. R. I. principi Electori.

Ad eundem Annum 1619.

a) „Die I. Septembris *Francofurti*, in Conclavi Electorali
„ ad S. *Bartolomæum*, vigore ſpecialis indulti Subdiaco-
„ natus ordinem conſecutus eſt D. LEONHARDVS
„ *Götzius*, deſignatus Epiſcopus *Lavantinus*, S. C. M.
„ *Ferdinandi II.* Conſiliarius Secretus & Procancellarius
„ aulicus.

b) „Feſto *Simonis* & Iudæ 28. Oct. IOAN. PHILIPPVS de
„ *Schönborn* induit habitum Clericalem. *

* *Auſpicato: propter maximos, ad quos virtute ſua emerſit honorum gradus.*

Ad Annum 1620.

„*Ex protocollo Facultatis Theologicæ.*„

II. Septembris Reverendus & Eximius D. DIDACVS a *Berreda* Hiſpanus & *Herdæ* in *Hiſpania* Licentiatus promotus, Exercitus Regis Catholici in Germania Provicarius, a Facultate Theologica Doctoralem dignitatem ſibi decerni petiit; Cuius petitioni etſi ægre annueret veneranda Facultas, eo quod prædictus D. a *Berreda* ſuæ Licentiæ gradus in *Hiſpania* adepti ſcriptum teſtimonium ad manus non haberet; quia tamen eius rei teſtem ſe exhibebat - - - D. COSMAS *Morellus*, Ordinis Prædicatorum COLONIÆ profeſſor, et ipſe Ill^mus^ ac Excell^mus^ D. AMBROSIVS Marchio *Spinola*, Exercitus a Rege Hiſpaniarum in Imperatoris ſubſidium ſubmiſſus Dux, per *Hiſpanum* quendam Comitem a Facultate poſtulabat, ne Doctoralia inſignia ipſi conferre gravaretur; quare die IX. Sept. eidem D. *Didaco* ea contulit R. P. REMIGIVS *Wanſoul* S. I. Theologiæ Doctor & Profeſſor ordinarius.

CCCXLI.

CCCXLI.

1621.

Venerabilibus fratribus, IOANNI SVICARDO, Moguntino, FERDINANDO *Colonienſi*, & LOTHARIO Treverenſi, *Archiepiſcopis*, *S. R. I. principibus Electoribus*. *Inſcriptio.*

GREGORIVS PP. XV.

VENERABILES *fratres ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

Catholicæ religionis, inter hæreticorum factiones periclitantis, ſatis firmum fuiſſe in veſtra pietate atque authoritate præſidium, Germania nuper in ipſo rerum diſcrimine experta eſt; quo, etſi nos in excubiis veſtris, quas in illuſtri veſtra ſtatione ab exercituum Deo conſtituti, vigilanter plane agitis, poſſemus ſecure conquieſcere; tamen culpa omnino vacare nos non arbitramur, niſi paternæ noſtræ in Germaniam voluntatis teſtem atque obſidem, paſtoralem noſtram ſollicitudinem exhiberemus, ſimul & divina beneficia non ſinant gratos animos ceſſatione torpere. *ex Am.*

Sed cum Imperator mortalium, DEVS, in victoriis *Bohemiæ* atque *Vngariæ* ſignum aliquod ad bene ſperandum ſubſtuliſſe videatur; omni ope atque conſilio providendum eſt, ne Germaniæ principibus ad religionis Imperii dignitatem aſſerendam non vires, quibus hæreticos perduelles pene profligaſtis, ſed conſenſus atque conſtantia defuiſſe videatur.

Nos ideo de veſtra tranquillitate ſolliciti, frequentibus precibus ſacrificiiſque non deſiſtimus, vobis miſerentis Dei benevolentiam conciliare; tum porro Apoſtolicis Literis Germaniæ proceres cohortati ſumus, &, quantum per pontificii ærarii anguſtias licuit, pecuniæ copiarumque ſubſidiis publicæ

 cauſæ

causæ inservimus. Nunc vero dilectum filium HIACINTHUM *Casalensem*, Capucinum, * virum rerum Germaniæ peritum, vitæ sanctimonia atque eloquentiæ gloria insignem, istuc ablegamus, ut catholici Principes Dei iubentis authoritatem, & Pontificis admonentis cohortationes, Religioso viro referente libentius audiatis. Ei, quam nobis loquentibus, fidem adhiberi postulamus a *Fratbus Vestris*; quæ, optimi viri consiliis opitulantes, & Germaniæ causam agetis, & vosmet ipsos immortali gloria decorabitis, quos dignitatis suæ Statores, iuriumque propugnatores Catholica respublica nuncupabit. Nos vero plurimi virtutem vestram facientes, vobis iterum Apostolica authoritate benedicimus.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris, die XXV. Iunii 1621. Pontificatus nostri Anno primo.

IOANNES *Ciampolus*.

* HIC *potissimum in mandatis habuit, ut Electoratum Palatinum ad manus Catholicas transferri summo curet studio. Imp.* FERDINANDO *etiam præsertim commendatus fuit a Pontifice, qui in Litteris suis credentialibus eum vocat* sibi charum ac confidentem. *Cæsari, Archiducibus, &* MAXIMILIANO Bavaro *admodum erat familiaris.* Vienna *scripsit* SVICARDO: † „Misit me huc *Sua Sanctitas*, ut eius nomine & auctoritate, Imperii rerumque Germanicarum angustiis præsens, nullo pacto restitutionem *Palatini*, nihilve aliud - - - adversus Catholicam Religionem fieri patiar.„ *Tale negotium non permitteret, vel momento abesse Aula Cæsarea, donec quid certi definiatur.* „ Imperator (pergit) optime dispositus, promissique memor, „ Bavarum Electorali dignitate omnino vult decorare. Sed quia „ nonnulli ex Aulicis evulgarunt, *Celsitudinem Vestram* in hac „ persistere sententia, ut Palatinus restituatur, ut in Imperio fiat „ pax, vel saltem non debere Imperatorem in Catholicum ullum Electoratum transferre dissentiente *Saxone;* Dico - -, „ Papam, nosque eius ministros neutiquam persuaderi posse, *V. C.* huius esse opinionis; Omnes enim Theologi asserunt, nullo pacto id fieri posse. „ *Aculeatum pro condigno responsum tulit.*

† *18. Aug. 1621.*

CCCXLII.

CCCXLII.

1621.

Gregorivs PP. XV.

Venerabilis frater salutem & Apostolicam benedictionem.

Est sane quod in eximiis miserentis Dei beneficiis ponat non Ecclesia solum *Moguntina*, sed ipsa Catholica religio, te sibi in his tumultuosis perturbatæ Germaniæ motibus Præsulem obtigisse. Nam, præterquam quod insigne pietatis studium, quod semper præ te tulisti, certissimum habitum est Templorum, & Sanctorum ipsorum contra hæresis iniurias propugnaculum; quis est adeo in Europa hospes qui nesciat, quantum *Fraternitatis tuæ* virtus atque authoritas profecerit in Catholicorum principum fœdere sanciendo, atque hæreticorum coniuratione dirimenda! Hæc cogitantes, facile coniicere potes, qua te benevolentia complectamur. Quod cum pluries significaverimus, tibi coram uberius nostro nomine declarabit Venerabilis frater, Petrvs Franciscvs Episcopus *Neocastri*, quem nostrum & Apostolicæ sedis Nuntium *Coloniam* mittimus: Ei eadem quæ nobis loquentibus fides merito habenda est; nam Præsulem selegimus, ac virtutis splendore clarissimum, rerum agendarum scientem, nobis vero ob insignia merita, quæ sedi Apostolicæ exhibuit, commendatum. Ei quidem, cum istarum provinciarum & Rhenani tractus Ecclesias non paucas, neque ignobiles hæretica impietas invaserit, fortibus consiliis præsentique animo opus est, ad ea damna prohibenda. ex Aut.

Proinde a te petimus, ut Nuntio nostro, qui omnem suam medendis istic catholicæ religionis vulneribus dicavit, authoritate opibusque tuis suffrageris. Neque enim solummodo nostram, sed divinam quoque benevolentiam ea ratione facillime prome-

promerebitur *F^tas^ tua*, cui Apoſtolica authoritate iterum amantiſſime benedicimus.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* ſub annulo Piſcatoris die quinta Auguſti MDCXXI. Pontificatus noſtri Anno primo.

IOANNES *Ciampolus*.

Venerabili fratri IOANNI SVICARDO Archiepiſcopo *Moguntino*, S. R. I. Electori.

CCCXLIII.

De paterna Pontificis M. ſollicitudine, ſubſidiisque ad Bellum pro re Catholica deſtinatis.

1621.

GREGORIVS PP. XV.

VENERABILES *fratres ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

ex Aut. Cum diuturnis bellis agitatam, perpetuisque Principum diſcordiis vexatam in Germania Catholicam religionem intuemur; cum Hæreticorum coniurationem nuper diremptam denuo integraſcere, cum PALATINVM iam diu profligatum vires reparare accipimus; iſtius quidem nobiliſſimæ nationis nos adeo miſeret, ut gementes cum ſancto Propheta ſubinde clamitemus, *O mucro Domini usque quo! non quieſces? ingredere in vaginam tuam.* Cum enim bellator ille omnipotens, qui mortem devicit, & de perduellibus infernorum copiis triumphavit, in cœlum rediturus Apoſtolico cœtui pacem, tanquam opulentiſſimam hæreditatem, reliquit; nos, qui licet immerentes eius vicem gerimus, par eſt bella cædesque horrere, & Domini noſtri imitatione eruditos, cogitare cogitationes pacis. Sed enim vero cavendum nobis eſſe

esse diligenter intelligimus, ne, iucundissimo pacis nomine ad ignaviam abutentes, eius sententia condemnemur, qui diserte dixit: *Maledictus homo qui probibet gladium suum a sanguine.* Cum enim eo furentium Hæreticorum audacia processerit, ut iam non disputationibus Sapientium, sed armis Militum coercendi sint; nos ipsi, licet & ingenio & moribus alioquin mites, ex hac Apostolicæ dignitatis statione classicum canimus, Principesque, quibus Religionis salus chara est, ad arma rapienda precibus hortationibusque inflammamus.

Neque enim pax ea appellanda est, ubi Religio e Templis, Cæsar e Regno eiicitur; ubi vitia impune debacchantur, Hæretici non solum de sua libertate, sed de nostra etiam servitute cogitant. Audimus, licet tanta locorum longinquitate disiuncti, perturbatæ Germaniæ voces nostram opem exposcentes; et quamvis inter eximia miserentis Dei beneficia Victoriam *Pragensem* enumeremus, non tamen nos ea otiose perfrui debere unquam putavimus. Sane non adeo rerum imperiti sumus, ut nesciamus, maximæ cladis occasionem frequenter vel ipsis victoribus exercitibus fuisse vincendi securitatem, hostiumque contemptum; præcipue cum ab hæreticorum partibus stet princeps tenebrarum, & insidiarum artifex, qui perduellium animos inflammare continenter credendus est, ne unquam, nisi extincto Catholicorum nomine, conquiescant. Nos proinde sollicitos semper habuere regionum vestrarum pericula; neque ante Arma deponenda esse arbitrati sumus, quam spei nostræ finem, debellato PALATINO, eiusque incendii reliquiis omnino extinctis, imposuerimus.

Vbi igitur *Fraternitatum vestrarum* Literas accepimus, tanta, qua rempublicam capessitis, sollicitudo nobis haud mediocre fuit molestiæ levamen, cum vos in vestra statione vigilanter pro domo Dei excubare comperimus. Quod vero tantam in paterna nostra charitate spem constituistis, daturi equidem operam sumus, ne vos eius unquam opinationis pœniteat; quapropter in omnes nos partes versamus, atque, cum id præstiterimus quod possumus, testatum nos Christianæ reipublicæ

relinquere videbimur quid voluerimus. Subſidiarium militem Cæſareis legionibus adiunximus, atque æra militaria non ſolum *Imperatori*, ſed *Poloniæ* etiam Regi ſuppeditamus. Italici Cleri decimas, vobis iam diu deſtinatas, nunc Auguſtæ a Trapezitis ſolvi mandavimus; auxilia ab exteris provinciis expoſcimus: clariſſima prorſus, in tanta Chriſtiani orbis perturbatione, extare volumus paternæ noſtræ ſollicitudinis argumenta: Intelligimus enim, nos Pontificatum Maximum adeptos eſſe, non ut ocio deliciisque diffluentes quieſcamus, ſed ut a Catholica Eccleſia pericula propulſemus, & tot Chriſtianæ reipublicæ vulneribus, noſtro etiam ſanguine ſi opus ſit, medeamur.

Pergite *Venerabiles Fratres* alacriter, Deo cauſam ſuam propugnante. Non vos *Hollandiæ* fœdus, non DANI aut *inferioris Saxoniæ* minæ deterreant. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine DEI exercituum deprælliabimur, cuius iræ nemo poteſt obſiſtere: ſub quo curvantur, qui portant Orbem. O fœlicia æra, quibus Copias Catholicæ religioni devotas aluiſtis! O prætioſam inopiam, quæ, cum veſtra æraria pecuniis exhauſerit, vos ampliſſimis divinæ gratiæ theſauris ditavit. Quod ſi eo hominum peccata proceſſerunt, ut iram indignationemque cœleſtem populus Dei mereatur, et operam ſollicitudinemque obſidem perpetuæ noſtræ in rem publicam voluntatis relinquemus. Sed plane, niſi ceſſabimus, ſi Dei auxilia aſſiduis precibus expoſcemus, ſperandum eſt, nos non minori fœlicitate quam pietate Eccleſiam propugnaturos.

Catholicorum omnium votis annuat miſericordiarum Pater, vosque Imperii & Religionis Vindices non ſolum defenſæ Reipublicæ gloria, ſed conſervatæ etiam atque amplificatæ, lætitia perfrui quam diutiſſime velit. Quod ſi contigerit, tunc nobis merito poterit Chriſtianus orbis de pontificatu maximo gratulari. Id quidem ex animo optamus, & *FFbus veſtris* Apoſtolicam benedictionem noſtram peramanter impartimur.

Datum

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* ſub annulo Piſcatoris. die XV. Septembris MDCXXI. Pontificatus noſtri Anno primo.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus fratribus, IOANNI SVICARDO Archiepiſcopo *Moguntino*, LOTHARIO *Trevirenſi*, FERDINANDO *Colonienſi*, S. R. I. principibus Electoribus.

PARERGVM.

Inter extremas huius temporis calamitates, ortum ab affectante Coronam FRIDERICO Palatino *trahentes, totus eidem (Proſcripto) deditus Aſſecla,* CHRISTIANVS Halberſtadenſis, * *cladibus & ferro in Præfecturas* Mogg. *Haſſiæ contiguas tam atrociter ſæviit, ut vix ullus unquam in Barbaria Tyrannus. De hac luctuoſa ærumnarum periodo lamentabilem nobis reliquit periphraſin ipſemet* Io. SVICARDVS *lingua vernacula, ſub dato* 30. *Ian.* 1622, *ita ſonantem:*

* Brunſv. Dux.

„ Wie tyranniſch und barbariſch der Mansfelder in theils Aemtern
„ unſers Ober Ertzſtiffts — — — mit ſeinem Kriegs Volck gehau-
„ ſet — — —, wobey es gleichwol nit verblieben, ſondern entzwi-
„ ſchen Hertzog Chriſtian von Braunſchweig - - mit ſeinem bey
„ ſich habenden Niederländiſchen Kriegsvolck in unſer Aembter, A-
„ meneburg Neuſtatt u. Naumburg, und benachbarte Stifft u.
„ Fürſtentum feindlich eingefallen, dieſelbe gebrandſchätzet, unſere ar-
„ me unſchuldige Unterthanen an Hauſ und Hof veriaget; Sie beraubt,
„ geplündert, zu Boden geſchlagen, theils iämmerlich erſchoſſen, die
„ Köpf und Arm vom Leib abgehauen, zu den Thüren u. Fenſter hin-
„ aus geworffen; Und mit ſolcher feindſeliger Gebahrung und tyranni-
„ ſiren ihnen zugeſetzt, daſ es zum höchſten zu erbarmen; Und derglei-
„ chen übelhauſens, auſſer vom gemeinem Erbfeind dem Türcken, nit
„ viel mehr erhört worden.

CCCXLIV.

In auxilium vocatus REX CATH. *favorabiliter se declarat.*

1 6 2 2.

ex Aut. PHILIPPVS *D. G. Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. Rex. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ & Mediolani. Comes Abspurgi, Flandriæ, Tyrolis &c.* Illustrissimi & Reverendissimi in Christo Patres, Domine IOANNES SVICARDE Archiepiscope *Moguntine*, S. R. I. per Germaniam Archicancellarie & Princeps Elector, Nepos & amice noster charissime. Domine LOTHARIE, Archiepiscope *Trevirensis*, S. R. I. per Galliam & Regnum Arelatense Archicancellarie, & Princeps Elector, Nepos & amice noster charissime. Domine FERDINANDE Archiepiscope *Coloniensis*, S. R. I. per Italiam Archicancellarie & Princeps Elector, Episcope *Leodiensis* & *Paderbornensis*, *Comes Palatine Rheni* ac utriusque *Bavariæ* Dux, Consanguinee noster charissime.

LITTERÆ, quas Vestræ Dilectiones 20. die mensis Decembris proxime præteriti ad nos dederunt, gratæ nobis admodum acciderunt; magni etiam fecimus, ut par erat, ardentem virtutis & amoris zelum, quo ea, quæ ad obsequium Imperatoris Avunculo nostro præstandum, ad nostræ domus dignitatem, & fœderis Catholici, quod præsenti rerum Germanicarum statui adeo conducit, conservationem pertinent, a vobis tractantur.

Nec vero ignorant *Dil. Vestræ*, cum hæc fœderis pacta anno præterito 1609 confecta constitutaque sunt, Regem, Dominum & patrem meum, qui utinam Divorum numero adscriptus sit, adfuisse libenter omnibus, quæcunque ab illo fieri, Principes iam dicti fœderis exoptarunt, in eiusdem libertate

tate positum fuisse; vero vellet, pecuniane, an conducto milite, Catholicis Statibus subvenire. Atque, ut *DD.VV.* præterea norunt, ad hanc rerum opportunitatem, ad quam ista petunt auxilia, ad seditionem scilicet atque tumultus sedandos, quos HERNESTVS *Mansfeldius*, & Dux *Brunswicensis Alberstadii* excitarunt.

In Germania habemus eum Exercitum, qui a GONSALVO *Cordubensi* ductatur. Nec non alia etiam ex parte Præfectus noster *Mediolanensis* ad Serenissimum Archiducem LEOPOLDVM avunculum nostrum tres peditum legiones, cum equitibus aliquot, auxilio transmisit. Postquam autem *Dilectionum Vestrarum* literas accepimus, Comiti *de Onate* * per veredarium proprium iniunctum est, ut, quando noster Avunculus cum *Transilvano* de pace transegit, tres alias Veteranorum lectissimorum quidem militum legiones eidem ableget.

* *Regius tunc Orator in Aula Cæs.*

Cæterum ad Serenissimam Infantem amitam nostram scribi mandavimus, ut, quam maximas possit, copias Rhenum transituras faciat conduci, quæ *Coloniensibus* adsint, & adversus prædictum *Brunswicensem* Ducem Statibus Ecclesiasticis opitulentur. Ex quibus omnibus *DD. VV.* facile coniicient, quanta cura & studio rebus suis non deesse cupiamus. Cum in primis vehementer optemus, cum in istis, tum in reliquis aliis, quæ sese nobis obtulerint, *Vestris DD.* exhibere continuam illam iugis benevolentiæ atque æstimationis constantiam, quam Rex Dominus meus, qui ævo fruatur sempiterno, prædecessoresque nostri semper erga *VV. DD.* cæterosque Principes atque Status Imperii Catholicos retinuerunt.

Deus O. M. *DD. vestras* servet incolumes. Datum *Matriti* die 15 mensis Martii. Anno Servatoris 1622.

PHILIPPVS.

IOANNES de *Cirica*.

Illustrissimis & Reverendissimis in Christo Patribus, Domino IOANNI SVICARDO. *Eadem qua supra titulorum repetitione.*

Litteræ Principum eucharisticæ sic ordiuntur. „ Non alio tempore opportunius reddi poterant *Regiæ Mai V.* litteræ ..., quam hoc ipso, quo ob ruinam nostris archiepiscopatibus & ditionibus a Rebellibus S. C. M., & maxime *Mansfeldio & Brunsvicensi*, imminentem Catholico fœderi - - - in *M. Vra præcipua salutis spes sit constituta* (&c) *16 Apr.*

PARERGVM.

Titulatura, cum curialibus, queis Card. a Ditrichstein, *Litteris* Nicolsburgi *14 Xbr. 1622 datis, Io.* SVICARDO *felicis novi Anni auspicia precabatur.*

„ Frantz v. G. G. der Heil. Röm. Kirchen des Tituls S. Silvestri Cardinal von Ditrichstein, Bischoff zu Olmütz, Fürst, der Königl. Böhmischen Capellen Graf, Röm. Kays. May. geheimer Rhat, und Derselben Königreich u. Erblanden *Protector*, wie auch gevollmächtigter *Gubernator* und *Commissarius Generalis* im Margrafthumb Mähren.

Ew. Liebden

Dienstwilliger Freund, und gehorsamer treuer *Suffraganeus.* *

Frantz Cardinal von Ditrichstein.

* *valde comiter, in memoriam subordinationis pristinæ.*

CCCXLV.

CCCXLV.

Moguntino *suadet Pontifex, ut Causam Religionis in Conventu* Ratisb. *quam firmissime tueatur, unitisque consiliis agat cum Ep.* Aversano *& F.* Hyacintho.

1622.

GREGORIVS PP. XV.

VENERABILIS *frater salutem & Apostolicam benedictionem.*

Eam gloriam, periculorum contemptu & Religionis defensione in his Germaniæ perturbationibus adepta est *fraternitas tua*, ut tanti Præsulis pietas atque fortitudo, præcipuum Romani Imperii munimentum, & illustre Ecclesiastici ordinis ornamentum habeatur. Tantis laudibus speramus non exiguum cumulum accessurum esse in Conventu *Ratisbonensi.* In eum Christiana respublica curas cogitationesque suas convertit, id a Catholicis principibus suo iure postulans, ut tandem aliquando Christiani orbis Imperium ea formidine liberetur, quam abiicere nunquam poterit, dum Cæsareæ electionis comitiis par suffragiorum ius in Hæreticis atque nostris erit. Theatrum illic tua virtute dignum nancisceris, ubi Germanicis nationibus probes, eam pietatis tuæ constantiam esse, quam nullæ hostium vires aut periculorum minæ opprimant, eosque non commoveri in æternum, qui habitant in Hierusalem. Dominus protector plebis suæ, qui tandem exsurgit & iudicat causam suam, a quo trepidabimus? *ex Aut.*

Eia Venerabilis frater, hanc perfecti decoris coronam gloriosæ *isti senectuti tuæ* impone, ut salutarium consiliorum non modo socius, sed princeps prædiceris in isto Principum concilio, a quo Orbis terrarum discet, quid hac ætate in Germania

fœlicius

fœlicius habere velitis? perfidia, an fides; Hæreticorum temeritas, an Catholicorum constantia.

Nos sane induci non possumus, ut vel minima suspicione lædamus perspectam virtutem *F^tis tuæ*; tamen ut intelligas, quibus nos sollicitudinibus tantum Religionis & Imperii discrimen conficiat, de eo tecum iterum agi volumus a Venerabili fratre CAROLO Episcopo *Aversano*, Nuntio Apostolico, & dilecto filio F. HIACINTHO *Casalensi*, Cappucino, quorum verbis eandem, quam nostris, fidem habere poteris.

Interea nos misericordiarum Patrem assiduis supplicationibus rogamus, ut ætatem hanc tam insigni beneficio in omnem posteritatis memoriam illustret, atque historiarum monumentis, tanquam publicæ salutis tutelam celebrari velit fortitudinem atque pietatem *F^tis tuæ*, cui Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris. Die XXII. Decembris MDCXXII. Pontificatus nostri Anno secundo.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabili fratri IOANNI SUICARDO Archiepiscopo *Moguntino*, S. R. I. principi Electori.

CCCXLVI.

CCCXLVI.

IDEM *applaudit Septemviris Ecclesiasticis & D.* Bavariæ *modo Coelectori, de secundis rerum successibus,* PALATINO *pro meritis ita coercito atque humilitato.*

1623.

GREGORIVS PP. XV.

VENERABILES *fratres, ac Dilecte fili Nobilis vir, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Par est eos, qui *Fraternitates vestras*, & *Nobilitatem tuam* in *Ratisbonensi* Principum concilio hoc tempore alloquuntur, sermonem suum a plausibus & aggratulationibus auspicari. Impii, qui in castris ceciderant, non resurrexerunt in iudicio, et peccatores, militum legionibus profligati, pœnas dederunt in concilio Iustorum. Triumphavit in eo conventu Catholicæ Religionis & Romani Imperii dignitas; vos autem, hæresum domitores & liberatores Germaniæ Christianus orbis nuncupabit. Stetistis in magna constantia adversus filios tenebrarum, ac quo propius periculum res fuit, eo illustrior magnanimitatis vestræ gloria enitet. PALATINVS autem *ex avito Principatu deiectus & Electorali dignitate orbatus*, docebit genus humanum, quibus suppliciis Germania perfidiæ crimen expiet, & quam potenter impietatis vires eludat, & Tyrannorum spiritus infringat ultionum DEVS. O diem illum fœlicissimum, qui sacrilegas centum annorum iniurias ultus est: qui Cœlo gaudium, & Ecclesiæ securitatem peperit. Parum abest ut fateamur, non debere bellorum fortiter gestorum, ac sanguinis gloriose perfusi istas provincias pœnitere. Nam quos rebellantis impietatis tumultus excitavit discordiarum pater, ii exercitatio virtutis ac triumphorum materia Catholicis legionibus fuerunt. ex Aut.

Quod ſi etiam calamitates noſtras reminiſcamur, eas poſſumus illius diei fœlicitate ſolari. Decretum enim, quod ſuffragantibus vobis Cæſarea Maieſtas *Ratisbonæ* edidit, ipſam Chriſtiani Imperii arcem, & Romanæ gloriæ ſolium communit; nec unius nationis aut ætatis finibus continetur, ſed ad conſequentia ſæcula, & omnes Chriſto ſervientes provincias, tanti beneficii magnitudo promanat. Catholico enim principe Cæſaris eligendi ius adepto, omnis hæreticæ temeritati ſpes adimitur, Romani Imperii occupandi.

Verum ita in hac Germaniæ fœlicitate lætari debemus, ut tamen impendentium periculorum non obliviſcamur. Scimus, quod præſidium principi tenebrarum in *Aquilone* ſit: qua temeritate præceps in noſtra damna MANSFELDIVS feratur. Non tamen eos timemus, quibus decet nos terrori eſſe: Superbia eorum, arrogantia eorum, & indignatio eorum, plus quam fortitudo eorum. Non habet impietas brachium ſicuti DEVS, nec voce ſimili tonat. Veniant deſertores, & præeunte diabolo arma rapiant, Templorum excidiis famoſi; tamen incedant, neceſſe eſt, cogitatione miſeriarum ſuarum timidi, & funibus peccatorum ſuorum conſtricti. Cognoſcent propediem, quos ſibi exercituum DEVS milites ſepoſuerit, qui nullis periculorum minis exterrentur, neque Victoriarum gloria ad ignaviam & ſuperbiam abutuntur.

Quare fruimini gloria nominis noſtri, & Catholicæ religionis fœlicitate, *Ven. fratres* ac *dilecte fili*. Conſilia veſtra in *Ratisbonenſi* civitate, publicæ ſalutis propugnacula fuerunt; erunt arma veſtra in acie flagella divinæ ultionis, quæ impietatis exterminio integram, auxiliante DEO, Germaniæ tranquillitatem parient.

Nos quidem ex hoc beati *Petri* ſolio & divinitatis ſanctuario vobis catholicisque legionibus amantiſſime benedicimus; tum accuratiſſimis precibus cœleſtia auxilia ab eo, cuius vicem in terris gerimus, aſſidue poſtulabimus, neque vobis humana ſubſidia deeſſe patiemur. Nam quantum in nobis erit, pontificio

tificio ære vobiscum contra armatos Religionis hoſtes militabimus; quantum vero curaverimus, ut ſtipendia celeriter atque opportune iſthic erogari poſſint, intelligetis ex Ven. fratre CAROLO Epiſcopo *Averſano* Nuntio Apoſt. cui fidem habere poteritis. Scimus enim, eccleſiaſticarum opum, quæ Religionis patrimonium ſunt, præſtantiorem nullum eſſe uſum, quam ſi eæ ad divini nominis gloriam & orthodoxæ fidei propagationem conferantur: Quod reſpondere voluimus Litteris *FF. VV.* & *N. T.*, quibus, de regno cœlorum atque eccleſia DEI præclare merentibus, Apoſtolicam benedictionem iterum impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* ſub annulo Piſcatoris, die XVIII. Martii MDCXXIII. Pontificatus noſtri Anno tertio.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus fratribus, IOANNI SVIÇARDO *Moguntino*, FERDINANDO *Colonienſi*, LOTHARIO *Treverenſi*, Archiepiſcopis; et Dilecto filio Nobili viro MAXIMILIANO Duci *Bavariæ:* S. R. I. principibus Electoribus.

CCCXLVII.

Commercii Litterarum inter neo Pontificem & Ligiſtas continuatio.

1624.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabilis frater, & Dilecti filii, Nobiles viri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Oceanum turbulentiſſimæ profunditatis nos ingredi exiſtimavimus, cum ad eccleſiaſticæ navis gubernacula nos, nobis nihil tale meditantes, Spiritus ſancti autho- *ex Aut.*

 ritas

ritas vocavit. Neque unquam aut ſacroſancti huius principatus maieſtas, Regum obſequiis culta, aut populorum gratulatio felicitatem Pontificatui noſtro prænuncians, eum ex animo noſtro mœrorem eximere potuit, quem nimis nota generis humani & præſentium temporum calamitas pepererat.

Omittimus nunc *Mauritaniæ* noſtra maria exterrentis inſidias, *Thraciæ* Chriſtianum ſanguinem ſemper ſitientis barbariem, *Italiæ* ipſius non bene quieſcentis pericula: Nonne una *Germania* in ſua viſcera ſæviens ſatis ſuperque hac ætate Pontificiæ menſæ præbet vinum compunctionis, & panem lachrymarum! Tot in *Septentrione* monſtra ſtabulantur, populorum noſtrorum ſpoliis ſaginata, ut ad ea aut profliganda, aut exarmanda, cum humanæ vires non ſufficiant, Bellatoris omnipotentis dextera requiratur.

Nunc autem iis Literis, quibus provinciarum iſtarum miſerias & impietatis vires lamentamini, non ſolum Germanicæ ruinæ ſtrepitum, ſed etiam pontificii doloris magnitudinem deſcripſiſtis; ſemiuſta ſimulacra Sanctorum inter proſtratos iacentia eccleſiarum poſtes, conquieſcere communem parentem non patiuntur; et ſacrilega flamma in aris & ſacrariis debacchantes lacrimas ex oculis noſtris eliciunt. Intelligimus, quid acciſæ provinciarum opes, deleta diuturnis bellis Iuventus, Vrbes vaſtatæ fuga & cædibus, a Pontifice Romano in tanto rerum diſcrimine flagitent.

Proinde *VV. FF.* & *DD. FF.* quid charitati noſtræ poteſt acerbius accidere, quam iis populis æra militaria negare, quorum incolumitatem proprio ſanguinis pretio cuperemus redimere? Credite, o ſtrenui Religionis & Imperii defenſores, eſt nobis cor carneum, & gladii, qui contra dominicam plebem diſtringuntur, charitatis pontificiæ viſcera vulnerant. Quid coniurata univerſi prope *Septentrionis* hæreſis moliatur, audivimus. Speranda pax nunquam eſt, donec illi aut vis ad bellum, aut fraus ad inſidias erit. Rapinis non ſolum delectatur, ſed etiam cædibus, gloriamque ſuam in Catholici nominis excidio conſtituit.

Hæc

Hæc damna cum commemoramus, transfigimur gladio doloris, cum eam, quam vellemus, opem vobis polliceri nequeamus. Atenim quis mortalium legem unquam dixit necessitati? aut quis potest ex ærarii inopia thesauros expiscari? Si facultas adesset, non pateremur certe nos aliorum Principum exemplis aut oblationibus admoneri; neque enim committemus, ut ullus nos unquam vincat zelo Apostolicæ charitatis. Scimus enim, nos ideo in hac Orbis specula residere, ut Religionis dignitatem ubique terrarum Pontificiis sollicitudinibus curemus, & viribus armemus. Patrimonium principis Apostolorum non unius familiæ hæreditas, sed fidei periclitantis præsidium esse debet. Atenim quorum Pontificum liberalitatem extollitis, ii neque adeo exhausta æraria, neque tot periculis obsessam rempublicam invenere. Quo maior pecuniarum vis variis Principibus suppeditata hactenus est, eo minor nobis relicta facultas, anxii amoris nostri stipendiorum copia declarandi. * Quantum Domino adiuvante poterimus, licet Ecclesiæ harum provinciarum non satis opulentæ, se tanto oneri impares conquerantur, Italici Cleri decimas frustra a fœderatis Principibus desiderari non patiemur.

* *Subsidia, quæ commode cum præstare non poterat, ad ulteriores instantias largiter supplevit.*

Cæterum nulli unquam parcemus labori, ut inter Christianos Reges optata concordia quam primum coalescat. Porro autem vota nuncupamus exercituum Domino, ut ii tandem aliquando salubrem generi humano societatem ineant Religionis proferendæ, & impietatis extirpandæ.

Interea vos *VV. FF.* & *DD. FF.* state in magna constantia adversus eos qui vos angustiaverunt. Ne commoveamini in æternum qui habitatis in Hierusalem. Hæretici vero cogitatione peccatorum suorum timidi, iniquitatum suarum funibus constringentur. Dux & signifer illorum est pater discordiarum, cuius tanta est immanitas, ut etiam asseclarum suorum stragibus & dissidiis delectetur. Pugnant in castris vestris Angelicæ legiones, quæ tam præclaris victoriis orthodoxam ec-

clesiam ad spem tranquillitatis erexerunt. Vincitis causa, vincetis quoque viribus. Nos certe vobis auxilia cœlestia parare studebimus sacrificiis & orationibus. Divina autem clementia & vestra fortitudine freti, vobis cœlestis regni propugnatoribus & Germanicæ dignitatis assertoribus novos triumphos prænuntiamus, atque Apostolicam benedictionem amantissime impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris, die XXVII. Iulii MDCXXIIII. Pontificatus nostri Anno primo.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabili fratri IOANNI SVICARDO Archiepiscopo *Moguntino*, et Dilectis filiis Nobilibus viris, MAXIMILIANO Duci *Bavariæ*, S. R. I. principipus Electoribus, cæterisque Principibus Germaniæ Catholicis fœderatis.

PARERGVM.

Hoc anno 1624, continuative ad 25tum, dira Moguntiam *afflixit mortalitas: prout legitur in Albo academico*, * *sub Rectoratu* STEPHANI Dominici, *condicti* Brunheimer, *M. D.*

* „ NOTANDVM, quod pestilentiæ seminaria, quæ oppida urbesque vicinas horrende toto præcedente Anno, & hoc etiam non minus pulsarunt, nostræ quoque Vrbi aureæ non pepercisse; adeoque lentas ab origine serpigines invaluisse, ut tota subinde pene infecta urbe, multis - - e vita sublatis, Musarum palæstras universim recludi oportuerit; ac non nisi prævio maturo libramine, serius tandem opinione, mense Maio subsequentis Anni 1625 iterum patuisse; quod iuventuti studiosæ causa fuit, vel studia omnino interrumpere, vel horum prosequendorum gratia aliorsum, non levi sumptu, emigrare. Vnde postmodum, ob difficilem illius huc retractionem, non mirum fuit, hanc almæ Vniversitatis Matriculam non parum elanguisse.

CCCXLVIII.

CCCXLVIII.

Osnabrugensem *deplorat expugnationem, &c.*

1626.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabiles fratres salutem & Apost. benedictionem.

Bibimus hoc passionis tempore acetum cum felle mixtum, qui in *Osnabrugensi* expugnatione captivitatem sacerdotum, & triumphum perfidiæ audivimus. Lætabamur antea, vineam illam tanta sollicitudine a Cardinali *Zollerano* excultam, pro labruscis uvas ferre; nunc autem ubi mystica torcularia vino sanctorum operum manare credebantur, ibi cogimur lamentari Altaria polluta sanguine fidelium interfectorum, & ferro hæreticæ crudelitatis. *ex Aut.*

Sane qui hisce diebus *Ieremiam* in solemni Ecclesiæ gementis officio audiebamus deplorantem excidium *Hierosolymæ*, potuimus in DANO hoste Babylonium Tyrannum, et in direptione *Osnabrugensium* ecclesiarum Israelitici sanctuarii vastationem agnoscere. Tanta tamen calamitate non consternari, sed excitari debent Catholicæ legiones. Quod si perduelles hæreticos tot Cladium ignominia hactenus exarmare atque exanimare non potuit, dedecus foret orthodoxæ Ecclesiæ, si nunc armati eius defensores ad primum accepti vulneris nuncium aut arma toties victricia abiicerent, aut conditiones quovis prælio sæviores cogitarent. In primo hoc impetu belli recrudescentis speramus fore, ut eosdem fructus aliquando ferat *Osnabrugum* DANO, quos *Praga* PALATINO: Maledicit Dominus sceptris impietatis, capiti bellatorum perduellium, qui cœlum adoriuntur, dum Religionem oppugnant. Explorat autem hoc præliorum incendio aurum animorum vestrorum, ut, in quibus periculorum magnitudo constantiam detegit, ii de manu eius accipiant diadema perfecti decoris. Nos autem non solum, questu parum proficiente, paternum

ternum dolorem testamur, sed etiam ad pias preces decurrimus, quas identidem Ecclesia experitur esse stipendia, quibus ad iustitiæ defensionem evocantur auxilia cœlestis exercitus.

Porro autem visum est alloqui *FF. VV.* quarum sacra authoritas fuit hactenus in Germania propugnaculum fidei, & flagellum iniquitatis. En tempus adest, quo possitis ostendere provinciis istis periclitantibus, non commoveri in æternum, qui habitat in *Hierusalem.* Canite tuba in Sion, sanctificate bellum, excitate populos trepidantes, militate stipendiis; atque omnino date operam, ut alpestrium scopulorum iuga habeantur minus firmi aggeres arcium oppugnatarum, quam isthic Ecclesiasticorum Electorum officia, qui plane videmini montes esse in circuitu populi fidelis. Excubet bellator omnipotens in stationibus vestris; et emittens coruscationem ulciscentis Divinitatis, properanter dissipet coniurationem impiorum sævientium. Quod populis istis exoptantes subsidium atque solatium, Apostolicam benedictionem *FFbus VV.* peramanter impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris, die XI Aprilis MDCXXVI. Pontificatus nostri Anno tertio.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus fratribus IOANNI SVICARDO *Moguntino*, FERDINANDO *Coloniensi*, & PHILIPPO CHRISTOPHORO *Treverensi*, Archiepiscopis, S. R. I. principibus Electoribus.

CCCIL.

CCCIL.

Geminatio precedentium.

1626.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabiles fratres salutem & Apostolicam benedictionem.

Quamvis nova semper fulmina isthic cudat infernus, quibus armet sacrilegas hæreticæ coniurationis dexteras, clypeus tamen patrocinii Omnipotentis non deerit defensoribus Religionis & Cœli. Vidit Europa rem Catholicam in Germania ad maximum discrimen adductam, proditores in subactis Regnis triumpharunt; AQVILO, superbia furens & sanguinem sitiens, principem Apostolorum e templis atque animis eliminare conatus est; patuit tamen, pugnante virtute & favente Christo plus arrogantiæ esse penes impios, quam felicitatis. ex Aut.

Exhausta quidem isthic sunt æraria, regiones ad inopiam redactæ, milites in acie interempti; tanto tamen pretio defensa est maiestas Imperii, propagata ditio Religionis, & parta immortalitas gloriæ. Atenim hæretici perduelles eodem illo pretio mercem longe diversam quæsiverunt: apud illos enim est fuga, clades, exilium, egestas, ignominia: omnino ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Quod si eos iam dudum profligatos idem ille spiritus conquiescere non sinit, certe non plus animi esse debet victis, quam victoribus, diabolis quam Angelis.

Scimus equidem, quantum Germaniæ periclitantis propugnaculum fuerit cor inexpugnabile *FFtum VV.*; nunc partæ victoriæ vos in consimili discrimine eumdem exercitum sperare docent. Nos certe de rebus vestris mire solliciti, et orationibus apud Deum, & hortationibus apud Principes num-

quam vobis prospicere desistemus. Vtinam ea facultas adesset, per quam possemus pontificiis stipendiis militare in castris Catholici fœderis, victoria & fide præstantibus; antevenire liberet preces *FFtum VV.*, et Germaniam doceremus, ad propellenda isthinc pericula sponte accurrere Pontifices Romanos, etiam non vocatos.

Nunc quantam ecclesiasticæ pecuniæ vim absorbuerit periclitans in *Valtellina* concordia Regum & quies Christianitatis, non ignotum esse arbitramur *FFbus VV.* Affulsit quidem spes pacis, sed ea ne evanescat, armorum apparatu & copia stipendiorum a nobis adhuc est sustentanda.

Audivimus dilectum filium nostrum Cardinalem *Ludovisium*, negotia vestra differentem, * ea animi alacritate, quam ille palam profitetur deberi fidei, quam in eius officio constituistis. Speramus tamen fore, ut ille, qui præsentis necessitatis spectator est, futurus etiam sit testis anxiæ illius ægritudinis, qua excruciantur viscera charitatis nostræ, dum hortationibus potius animare, quam armare opibus, possumus tam gloriosos Ecclesiæ & Germaniæ propugnatores. Oramus Regum arbitrum, ut desideriis nostris vires adiungat; ita enim possemus nullum precibus locum relinquere, consolantes pia vota *FFtum VV.* quibus Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

** Constitutus ille nuper fuerat Catholicæ defensionis Protector.*

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris die XXIX Augusti MDCXXVI. Pontificatus nostri Anno tertio.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus fratribus, IOANNI SVICARDO *Moguntino*, FERDINANDO *Coloniensi*, & PHILIPPO CHRISTOPHORO *Treverensi*, Archiepiscopis, S. R. I. Principibus Electoribus.

CCCL.

CCCL.

Lætabundus victoriam gratulatur de DANO *reportatam; utque eam gloriose prosequantur, animat.*

1626.

VRBANVS PP. VIII.

VENERABILES *fratres, & dilecte fili* NOBILIS *vir, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Conticescent aliquando lamentationes fidelium et hæreticorum minæ; luctus in gaudium, pericula in victorias convertuntur; et qui seminarunt in lachrimis, in exultatione metunt. Videbatur DANIA effundere furentes indignantis Oceani gurgites in patentes Germaniæ campos: temulenta scelere, & sitiens sanguinis, catenas Principibus, & incendia Templis somniabat; patuit Regnis universis Dominum Exercituum militare in castris Catholici fœderis, et non raro gladios impiorum in ipsorum cordibus defigi. Quid est tibi Oceane, quod fugisti? quid est tibi DANE, quod maioribus stipatus copiis, & ensem sceptrigera dextera tenens, trucidatas legiones, & catenatos Duces Rex ipse fugatus vides? Vivit DEVS, regnat Omnipotens, et qui Religionem oppugnat, Gigantum more cœlum adoritur, & DEVM e solio conatur detrudere. *ex Aut.*

In tam læto tantæ Victoriæ nuntio cantavimus Domino gloriose, & in hac patria mundi nos ipsi, una cum Apostolico senatu, inter festas gentium acclamationes Romanum Germanæ nationis templum adivimus, agentes Altissimo gratias, cuius clementiæ beneficium fuit & Comitis TILLII consilium, & Catholicarum legionum robur, & minitantium Hæreticorum fuga. Gratulamur *FFbus VV.* ac *Nobti T.* tantum decus, quod sempiterno plausu colere debet fama posteritatis. Visentur

castra illa, ubi furiæ inferni sævientis stabulabantur, & vestris decorata trophœis docebunt Europam, nil aliud esse armatam hæreticorum coniurationem ante DEVM, quam pulverem ante faciem venti. Cupit tamen Ecclesia, vestris laudibus plaudens, perpetuos percipi ex tam insigni victoria fructus felicitatis. Experti iam pridem estis, hostem ignominia incitari potius, quam deterreri. Si tempus illi detur animi confirmandi, & reparandi exercitus, aderit odio magis exacerbato, & consiliis magis sagacibus deleturus sanguine fidelium acceptæ cladis memoriam. Quare opprimendus est omnino, dum tanti fulminis tonitru attonitus, & amputatis impii exercitus brachiis, sentit meticulosus contra reliquias infelicium copiarum militare terrores Domini, & triumphos Ecclesiæ.

Audite *VV. FF.* & *N. V.* consilia ipsius victoriæ, & vota totius Christianitatis: Rapite arma inimico cruore rorantia, & molas frendentium leonum ita conterite, ut divitias, quas devorarunt, evomant; et satis se feliciter dimicasse credat DANVS, si usurpatos Episcopatus relinquens, possit inglorius in Oceani latebris consenescere. Quam sublimi & pio ingenio sitis, facta ipsa declararunt. Voluimus tamen Pontificiis hortationibus vos ad tantum decus augendum animare, ut hic ad tam pii belli extrema conficienda audiatis tubam cœli, ubi assiduis orationibus parantur vobis arma lucis. Freti Deo dissipante inimicos nostros, memores virtutis vestræ, fructus palmarum cœlestium e segete terrorum colligentis, novas victorias & perfectum orthodoxæ fidei triumphum in Germania non solum precamur, sed etiam prænunciamus *FF*bus *VV.* ac *N. T.* quibus Apostolicam benedictionem amantissime impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris, die III. Octobris MDCXXVI. Pontificatus nostri Anno quarto.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus fratribus, IOANNI SVICARDO *Moguntino*, FERDINANDO *Coloniensi*, & PHILIPPO CHRISTOPHORO *Treverensi*, Archiepiscopis; ac Dilecto filio Nobili viro MAXIMILIANO Duci *Bavariæ*: S. R. I. principibus Electoribus.

Allatæ

Allatæ sunt hæ Pontificis litteræ, postquam Archipræsul, de Ecclesia Catholica & Imperio meritissimus, hac ex statione terrestri ad cœlestem paullo ante, die nimirum 17 Septembris, *evocatus erat. Mortis tempestive memor, cryptam, qua reconderetur, sibi dudum paraverat in* Choro ferreo, *pone aram Plebani.* * *Sedenim tanto* PRINCIPI *Epitaphium struere, posteritas incuriosa neglexit. Quum tamen eius sepulchrale nobis obvenerit Elogium,† credibile est, idipsum honorifico destinatum fuisse mausolæo quidem, illa temporis acerbitate vero nimis diu durante, in opus non redacto, sicque oblivioni sensim tradito.*

*v. Ichnogr. T II. p. 728. sub n. 15. Add. p. 749.

† HIC SITVS EST

Reverendissimus in Christo Pater, & Illustrissimus D. D. IOANNES SCHWICHARDVS Archiepiscopus MOGVNTINVS, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector, ex antiquissima & prænobili stirpe *a* CRONBERG: Natus 15 Iulii An. 1552. Qui anno Christi 1604 die 17 Febr. electus, post *Divum* MATTHIAM Imperatorem, eiusque Coniugem ANNAM, & *D.* FERDINANDVM II Francofurti coronatos: Arcem *Aschaffenburgensem* e fundamentis extructam: Stratam Montensem ad Ecclesiæ Moguntinæ ditionem reductam: avitam Religionem strenue conservatam, amplificatam, & multis in locis restitutam: multa, Divini cultus reique literariæ promovendæ gratia, pietatis ac liberalitatis opera præstita: totam denique Diœcesin turbulentissimis temporibus maxima vigilantia ac magnanimitate Annis 22, mens. 6. diebus 29 optime administratam, maximis laboribus, vigiliis ac curis, Patriæ totiusque Reipublicæ Christianæ causa exhaustus, senioque confectus, Anno 1626, die 17 Septembris *Aschaffenburgi*, pie in Christo obiit, anno ætatis 73. Inde translatus, in hanc Cryptam, quam vivens fieri curavit, magno omnium suorum luctu repositus fuit. Cuius anima æternis fruatur gaudiis.

Sede *ita vacante, in Archiepiscopum postulatus est* Georg. Frid. a Greiffenclav *Ep.* Wormatiensis. *Cuius negotii circumstantias ipsum eloquitur*

CCCLI.

Instrvmentvm Postvlationis.

1626.

[*Vol. I. p. 935.*]

Post debitas nostras ad Deum preces, humillimaque ac devotissima pedum oscula,

Sanctissimo ac *Beatissimo* in Christo Patri ac D. N. D. Vrbano divina providentia Papæ *VIII*, SS^tæ Romanæ & universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Domino nostro omnium clementissimo,

Georgivs Fridericvs D. G. Episcopus *Wormatiensis*, ac Præpositvs *Mogunt.* & *Spirensis.*
Fridericvs a *Sickingen*, D. G. Decanvs.
Ioan. Christoph. *Neustetter*, condictus *Sturmer*, Cvstos.
Iodocvs a *Ried*, Senior, Scholasticvs.
Antonivs *Waltbott* a *Bassenheim*, Cantor.
Fridericvs Georgivs a *Schönborn.*
Ioan. Reinhardvs a *Metternich.*
Ioannes Philippvs a *Warsberg.*
Anselmvs Casimirvs *Wambolt* ab *Vmbstatt.*
Ioannes Philippvs a *Dienheim.*
Hvgo Eberhardvs *Cratz* a *Scharpfenstein.*
Philippvs a *Ried.*
Henricvs Fridericvs ab *Hazfeld.*
Iodocvs Philippvs a *Weiler.*
Ioan. Vdalricvs ab *Andlau.*

Ioan.

IOAN. REINHARDVS ab *Enschringen.*
IOAN. CASPARVS *Speth* a *Sültzburg.*
GEORGIVS ANTONIVS a *Rodenstein.*
QVIRINVS CONR. HENR. a *Brambach.*
ADOLPHVS *Hund* a *Saulheim*, &
ADOLPHVS a *Waldenburg*, condictus *Schenckern*, Dominus in *Hilgenhoven.*

Omnes Canonici Capitulares & Præbendati Ecclesiæ *Moguntinensis*, Capitulum ibidem repræsentantes, eiusdem *Sanctitatis Suæ* humiles & devoti oratores & filii, obedientiam cum humillima subiectione ad pedum oscula.

Quam dispendiosa sit Ecclesiis earum vacatio, quamque periculosa esse soleat animabus, non modo Iura testantur, sed etiam efficax rerum magistra experientia abunde declarat: Ea propter *b. m.* Rmo in Christo Patre & Illmo Principe - - - IOANNE SVICARDO, dum vixit *Moguntinensis* Ecclesiæ Archiepiscopo, S. R. I. per Germaniam Archicancellario, Principe Electore, Domino nostro gratioso, Anno præsenti videlicet — — — MDCXXVI. die vero XVII - - Septembris sicut Altissimo placuit viam universæ carnis ingresso, corporeque ipsius in metropolitana nostra ecclesia - - honorifice ut decuit ecclesiasticæ tradito sepulturæ; nos — — Decanus ceterique Canonici prædicti — — — —, subsequente XIX - - Septembris, quot quot ex nobis tum præsentes erant, in unum convenimus, & ad Electionem seu postulationem futuri Archiepiscopi nostri Canonice celebrandam, terminum & diem, scilicet *vigesimum* mensis *Octobris* cum continuatione sequentium quatenus opus, duximus statuendum.

Vocatis itaque, atque legitime citatis — — — per nuntios & cursores nostros iuratos - - absentibus, & tum præsentibus etiam omnibus — — — —, tandem adveniente hoc die peremptorio, & trina vice præmisso pulsu maioris campanæ solenni, ac missa de S. Spiritu devotissime decantata, eiusdemque pariter gratia invocata, mox exinde capitularem locum ingressi,

gressi, ianuisque clausis, & tribus Notariis publicis — — — — ad interessendum — — — convocatis & rogatis, ad salubre negotium — — incedentes, primitus mandatum unius absentis legentes, deinde contumaciam non comparentium sub solita protestatione accusantes, eandemque per requisitos Notarios ante valvas proclamantes; ac omnes & singulos admonentes — — per organum R. D. FRIDERICI - - Decani, quod si aliqui ex nobis quavis causa excommunicati, suspensi seu interdicti — — — — forent, — — — — eiusmodi electioni — — interesse non deberent — — —, sed a nobis recederent, — — — —

His legitime peractis, in Dei nomine cœpimus de futuri Archiepiscopi electione seu postulatione, ac modo & forma, — — — — tractare; Ac sane sic præhabita ea de re deliberatione, universis & singulis placuit, per *Invocationem Spiritus sancti* procedere, & Ecclesiæ nostræ viduatæ de idoneo Archiepiscopo providere.

Considerantes autem, quod inter nos — — — essent, qui aliis Ecclesiis uti Archiepiscopi * & Episcopi præsunt, atque ob id nobis non constet, num per medium *Electionis* sive extraordinarium *Postulationis* assumi possint aut debeant; Idcirco monitione eius rei facta, R^mus & Ill^mus D. D. GEORGIUS FRIDERICUS Episcopus *Wormatiensis*, Præpositus *Moguntinus* & *Spirensis*, breve sive facultativum Apostolicum in suam personam directum exhibuit, tenoris subsequentis.

* *Trevir.* PHIL. CHRISTOPH.

[CCCLII.]

PAULUS PP. V.

Venerabilis frater salutem & Apostolicam benedictionem. Eximia tua pietas & religio, ac singularis erga nos & Apostolicam sedem devotio, aliaque tua merita, quibus personam tuam insignivit Altissimus, nos inducunt, ut Apostolica benignitate te libenter complectamur.

Motu

Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tecum, qui Eccleſiæ *Wormatienſi* ex conceſſione Apoſtolica præeſſe dignoſceris; ut occurrente vacatione *Moguntinenſis*, ſeu *Spirenſis* Eccleſiarum, in Archiepiſcopum *Moguntinum*, ſeu Epiſcopum *Spirenſem* — — eligi poſſis & valeas; quodque electio de perſona tua ad alterutram harum Eccleſiarum p. t. facienda, valida & efficax ſit, ac tibi ſuffragetur, & ſuffragari debeat in omnibus & per omnia; tuque eidem electioni conſenſum præſtare, perinde acſi iuxta Statuta Eccleſiarum *Moguntinenſis* ſeu *Spirenſis* - - ad id qualificatus eſſes, & dictæ Eccleſiæ *Wormat.* non præeſſes, tenore præſentium diſpenſamus, tibique concedimus & indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis ac in *Pictavienſi*, *Lateranenſi*, & generali etiam noviſſimo celebratis: nec non in provincialibus, ſynodalibusque & univerſalibus Conciliis, editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus; nec *Mogunt.* ſeu *Spirenſis* Eccleſiarum prædictarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis iisdem Eccleſiis illarumque Præſulibus, Capitulis, & aliis quibusvis perſonis ſub quibuscunque tenore & formis, ac cum quibusvis & derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & inſolitis clauſulis ac irritantibus, — — — — Quibus omnibus & ſingulis — — — — hac vice duntaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* ſub annulo Piſcatoris, die VI. Februarii MDCXVIIII, Pontificatus noſtri Anno XIIII.

S. * Card. S. *Suſannæ.* *Scipio

Venerabili fratri GEORGIO FRIDERICO
Epiſcopo *Wormatienſi.*

Quibus ſic præviis omnes & ſinguli in ſuo loco & ordine uno ſpiritu, unanimique conſenſu & voluntate, ac nullo penitus diſcrepante, illico, & in præſentia vocatorum - - Notariorum — — — — in Dei nomine elegimus prælibatum Rmum — — — Dominum GEORGIVM FRIDERICVM — — —, tanquam habilem & idoneum, ac Virum plenæ ac maturæ ætatis, — — — —, vita, moribus & virtutibus undique commendabilem, doctrina & eruditione inſignem, in ſacro

cro presbyteratus ordine conſtitutum, in ſpiritualibus & temporalibus ſobrium, ſuis negotiis ſemper caventem; atque omnibus, uti ſperamus, maxime Cæſari gratum & acceptum: in fide catholica ab ineunte ætate educatum, multarum rerum uſu & experientia præditum, exercitatum & perfunctum, Confratrem noſtrum honorandum, in ARCHIEPISCOPVM Eccleſiæ noſtræ *Moguntinenſis* prænominatæ. Vnde præfatus D. *Fridericus* a *Sickingen* Decanus electionem ipſam in ſcriptis pronuntiavit & publicavit, in hunc qui ſequitur modum.

„ Quod fœlix fauſtumque ſit, Nos omnes & ſinguli in ſuo loco „ & ordine, uno ſpiritu unanimique conſenſu — — —, no„ ſtro, noſtrique abſentis Conſtituentis nominibus, DEI in no„ mine elegimus in Archiepiſcopum huius noſtræ Eccleſiæ, *Rmum* „ & *Ill.* D. D. GEORGIVM FRIDERICVM Epiſcopum *Wor*„ *matienſem*, Præpoſitum *Mogunt.* & *Spirenſem*, Concanoni„ cum Capitularem & confratrem noſtrum; in nomine Dei Pa„ tris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Quam quidem Electionem, ſic ut præmittitur canonice & ſolenniter factam, celebratam & publicatam, in commune omnes & ſinguli recepimus & approbavimus.

Quo ſic facto prædictus — — — D. G. FRID. — — — — ſtatim — — ſurgendo, ex ſingulari humilitate aſſeruit, ſe ad huiusmodi dignitatem longe imparem, indignum, & inſufficientem fore: Ne tamen divinæ diſpoſitioni contraire videretur, tandem eiusdem auxilio, operaque noſtra in arduis tam Eccleſiæ quam Imperii Romani perfrequenter imminentibus negotiis obnixe atque iterum vehementer imploratis, in Electionem prædictam humiliter & amice conſenſit, onusque ſibi impoſitum patienter ſuſcepit & acceptavit; ac exinde hanc electionem ſic feliciter & expedite admodum perfectam & abſolutam — — — — ſepedus - - Decanus Clero & populo, copioſe in Eccleſia - - congregatis, more ſolito & conſueto ex teſtudine alta, tam verſus Chorum in latino, quam verſus alterum eccleſiæ corpus oppoſitum in teutonico, idiomate ſolenniter intimavit & publicavit.

Inſuper

Insuper & post hanc publicationem sic factam, R^{mus} — — — — *Electus*, manibus — — — — — *Decani*, & — — — — *Custodis* reverenter apprehensus, ex loco capitulari ad summum altare — — ductus, & super eo sedens, positus ibidem, usque decantatum Hymnum *Te Deum laudamus*, organis simul & campanis inibi omnibus lætissime pulsatis, humillime & reverenter se continuit; donec ad Versum, *Te ergo quæsumus* deventum, de altari descendit, inter prælibatos . . Prælatos flexis genibus orans; passim omnibus nobis, & amplissimo, generosissimo, nobilissimo & honorificentissimo hominum cœtu assistentibus, ac de tanto Patre contentis, una nobiscum Deo gratias ex cordis iubilo effundentibus.

Quapropter SS^{me} & B^{me} Pater, S^{ti} *V.* humiliter & devotissime supplicamus, quatenus prædictam electionem sic canonice & solenniter celebratam admittere, confirmare & approbare, eundemque R^{mum} — — — — *Electum* prænominatæ Ecclesiæ præficere — — — — gratiose dignetur, ut velut Electus idoneus, nobis & toti provinciæ, in his quæ ad Archiepiscopum spectant, præesse valeat & prodesse; nosque & populus illi commissus sub felici eius regimine possimus salubriter coram Deo militare, & post huius vitæ cursum, gaudium Domini Dei nostri fœliciter introire valeamus.

In quorum omnium — — fidem & evidens testimonium — — præsens publicum Instrumentum — — —

ACTA fuerunt & sunt hæc — — — —, respective sub Anno Domini MDCXXVI. Indict. IX, die vero Martis XX mensis Octobris, Pontificatus eiusdem S. *V.* anno quarto. Præsentibus ibidem circa Electionem, & eius publicationem ac Consensum sæpe dicti D. *Georgii Friderici* Electi, prout ipsius quoque inthronisationem, R^{mo}, Venerabilibusque Dominis — — AMBROSIO Episcopo *Mysiensi*, Suffraganeo *Moguntino*, Decano S. *Victoris* — — —, & PETRO *Renato*, *B.M.V.* — — — Scholastico — —, nec non Honorabilibus, FRIDERICO *Steig* & SIGISMUNDO *Schmeltzinger*, Summæ

ædis

ædis — — Vicariis, teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter rogatis & requiſitis.

Et ego ADAM *Lutz*, * ſacris Apoſtolica & Imperiali authoritatibus publicus Notarius, & Reverendi *Capituli metropolitani* - - *Secretarius*, quia univerſis & ſingulis præmiſſis — — — —

Et ego WENDELINVS *Löhr* — — —, Reverendique *Capituli* - - - Eccleſiæ S. Albani - - - Secretarius, — — —

Et ego IOACHIMVS *Hoenſtein* — — — —

* *Oriundus* Badena. *Eodem hoc temporis tractu exiſtens Rector Magnificus: Electus 18. Nov. anni præteriti 1625; conſueto alternationis ordine tunc revoluto ad Facultatem philoſophicam. In Magiſtrum promovebatur 24 Maii 1594. Obiit (libro parochiali notante)* 1645, *Ian.* 23, „multorum annorum cœcitate „ patienter ac pie perpeſſa; apud FF. Dominicanos ſepultus.

CCCLIII.

De turbis in Italia pacatis.

1627.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabiles fratres ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Non ſemper diſcordias Principum, & provinciarum clades lamentabimur. Affulget tandem Orbi Chriſtiano lux miſericordiæ Omnipotentis, quæ procellam in auram convertit. Hæreſis ſeditionum nutrix, quæ in Germania perduelles populos armavit impiis gladiis, didicit tandem pluribus infracta victoriis formidare Dominum exercituum, in caſtris Catholicæ Religionis militantem. Cum autem ſpargeret in clauſtris Italiæ diabolica ſedulitate peſtilentia bellorum ſemina, pluviam voluntariam demiſit ille, cui famulatur ſpiritus procellarum; et controverſia inimicitiarum ferax non iam amplius ſtrictis

ſtrictis militum telis dirimetur. Nos quidem nullum prætermiſimus officium, quod communis parentis affectum & authoritatem teſtaretur; & quamvis magno curarum opumque pretio redempta ſit concordia Principum ac nationum; melius omnino fuit eccleſiaſticum ærarium exhauriri, quam catholicum ſanguinem profundi.

Deponi cœperunt nuper arma diſcordiæ in *Valtellina*, ſperamusque, pacem iis propugnaculis muniendam eſſe, quæ fruſtra adoriatur coniuratio impiorum. Scimus *FF. VV.* gaviſuras eſſe Italicæ tranquillitatis conſervatione, non minus fere quam Germanicarum victoriarum triumphis. Si enim, quæ provincias iſtas perturbavit hæreſum proditio, potuiſſet Catholicorum Principum vires Italicis bellis implicare, clades huius provinciæ numeraſſet in ſuis laudibus, et ad defenſores cœli in Germania ulciſcendos deſperatum animum adieciſſet. Quare non immerito optatum hoc Pontificatus noſtri ſolatium pertinere arbitramur ad *FF. VV.*, quibus Apoſtolicarum literarum teſtificatione volumus in præſenti rerum opportunitate paternum Romani Pontificis amorem declarari; vobisque benedictionem noſtram peramanter impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* ſub annulo Piſcatoris, die VI. Martii MDCXXVII. Pontificatus noſtri Anno quarto.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus fratribus, tribus Archiepiſcopis * S. R. I. principibus Electoribus.

* *Inter hos igitur* GEORG FRIDERICVS; *Qui anno regiminis 2, menſe 8, die 18, ingenti ſui relicto deſiderio 6 ta Iulii 1629, ætatis 56 naturæ modum explevit. DD. Capitularibus deſignandi Succeſſoris ergo d. 6 Aug. coeuntibus, eminebant præ ceteris bini, æqua ſuffragiorum lance aliquandiu certantes; videl.* FRID. a Sickingen *&* ANS. CASIM. Wambolt *ab* Vmſtatt, *ille* Decanus, *hic* Scholaſticus. *Deciſione ad ultimum facta per* IO. REINH. de Metternich, *in gratiam* Wamboldii.

 CCCLIV.

CCCLIV.

Recredentiales ad Electum.

1630.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

ex Aut.

Iucundum plane nobis fuiſſet, coram complecti brachiis Apoſtolicæ charitatis *fraternitatem tuam*, cui Archiepiſcopalem *Moguntinæ* Eccleſiæ principatum quæſivit virtus in *Romæ* ſanctuario lacte pietatis. Porro autem Vrbs lætis plauſibus proſecuta eſſet alumnum, qui communis huius patriæ decora augens, non minus fere laudibus coronatur, quam infulis. Atenim cum publica ſalus ex iſta ſtatione decedere hoc tempore non patiatur *Frat. tuam*, libenter audivimus dilectum filium, religioſum *Societatis Ieſu* ſacerdotem, IOANNEM REINHARDVM ZIGLERVM *, obedientiæ tuæ ſponſorem. Mirifice ille nos conſolatus eſt commemoratione laudum tuarum, quibus freti, poſſumus populis iſtis felicitatem non temere augurari. Ex eodem, cui tot Antiſtitum benevolentia luculentum eſt plane teſtimonium chriſtianarum virtutum, *Fr. T.* cognoſcere poterit, quam hilari voluntate, & quam beata ſpe Canonicam electionem Pontificia authoritate confirmemus. Gaudemus autem, eum a te ſelectum eſſe in ſacro conſcientiæ tribunali inſpectorem, atque iudicem arcanarum cogitationum, qui prudentia pollens, & pietate præcipuus, ea ſemper conſilia ſtruet, quibus cœleſtis authoritas, & popularis ſalus muniatur. Cæterum quod ad diplomata ſpectat, in præſenti & plane inopportuna ærarii noſtri inopia, carere te non patiamur aliquo Apoſtolicæ liberalitatis fructu. Benedicimus *Fri T. Ven. F.*, cuius virtute cupimus in Religionis propagatione triumphare.

* *ex* Ocdinghoven *diac.* Spir. 1636. Mogunt. 24. *Iulii.*

Datum

Datum *Romæ* apud S. *Mariam* ſub annulo Piſcatoris die XVI. Februarii MDCXXX. Anno Pontificatus noſtri ſeptimo.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabili fratri ANSELMO CASIMIRO, Archiepiſcopo *Moguntino*, S. R. I. Electori.

CCCLV.

1630.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabiles fratres ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Sanabiles fecit Dominus nationes orbis terrarum; et quamvis non ſemper depluat panis Angelorum, non tamen eſt in eis medicamentum exterminii. Germinant autem etiam ex calamitatum zizaniis fructus felicitatis, cum rerum potiuntur Principes, qui propriam potentiam habere velint munimentum publicæ ſalutis. Diſcere id poſſunt a *FF^bus VV.* non modo nationes univerſæ, ſed etiam conſequentes ætates. Lamentabatur iſthic paucos ab hinc annos Religio principatus ademptos, opes direptas, trucidatos populos; omnino ſacrilegam manum miſiſſe videbatur hoſtis ad omnia deſideria eius; nunc autem, favente Domino Exercituum, & militante potentia Catholicorum Principum, eadem Religio ad frequentia ſalutarium triumphorum ſpectacula evocat oculos famæ: Porro hæreſis divitias, quas devoravit, evomuit, & de ventre illius extraxit eas Dominus, dimicans in legionibus veſtris.

Nunc autem in *Ratisbonenſem* Conventum congregamini, exſtructuri aggeres menſuræ felicitatis. Audire glorioſa iam videmur *FF^tum VV.* conſilia, quibus palam ſit, non potuiſſe in iſta ſtatione regnum cœleſte potentioribus defenſoribus communiri.

muniri. Quid a vobis exigat Ecclesia, quid Germania flagitet, exploratum est Electorum Antistitum prudentiæ, vigilantibus oculis tantam causam introspicienti. Iam vero, dum Imperii gloriam curabitis, dum de victoriarum fructibus differetis, & iucundissima hæc Germanicæ felicitatis argumenta tractabitis, convertite oculos *VV. FF.* in *Italiam* laniatim bellis, pestilentia exesam; atque ipsorum etiam hostium commiserationem magnitudine calamitatum excitantem. Digna est hæc provincia, ubi Princeps pacis constituit sedem Apostolicæ authoritatis, quæ toties pro Germaniæ salute milites centuriavit, cuius damna non aliena a vestris rationibus existimetis; Ea non legiones, non stipendia flagitant: cupit consiliis *FF^tum VV.* acceptam ferre propriam salutem, cuius se appetentem religiosissimus Imperator electus profitetur. Fieri non potest, ut tam facile, tam iustum subsidii genus Italicis calamitatibus desit per *FF. VV.*, a quibus quid pontificia sollicitudo petat, Nuntii Apostolici voce declarabit.

Exurgite *VV. FF.*, tonate eloquio, triumphent consilia vestra in conspectu potentum, ut nomina tantorum Principum sempiterno plausu, perpetua grati animi lex coli iubeat et Italia atque Ecclesia. Cupimus cœlestes has tantæ gloriæ infulas radiare in sacris frontibus *FF^tum VV.*, quibus Apostolicam bened. peramanter impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris, die XVII. Augusti MDCXXX, Anno Pontificatus nostri septimo.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus fratribus, tribus Archiepiscopis *S. R. I.* principibus Electoribus.

CCCLVI.

CCCLVI.

1630.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabiles fratres salutem & Apostol. benedictionem. ex Aut.

Cœleste patrocinium quam feliciter promerita sit virtus FERDINANDI Cæsaris, declararunt Omnipotentis beneficia, toti Germaniæ gloriosa. Quæ vero auxilia a Proceribus atque populis in adversis rebus optimi Principes sperare possint, docuerunt præcipue *Fraternitates vestræ*, quarum consiliis opibusque defensa isthic est maiestas Imperii, & ditio Religionis. Nunc autem in gravissimo Christianæ reipublicæ negotio speramus fore, ut religiosissimus Imperator experiatur, non potuisse facilius quæri Electorum principum voluntatem, quam gloria e christianis virtutibus efflorescente, et felicitate divinam benevolentiam testante.

Nuncius Apostolicus nostro nomine alloquetur *FF. VV.*, quarum suffragiis si Cæsarea authoritas maximum Austriaci generis solatium debebit, prænuntiat fama tranquillitatem Germaniæ, & gaudium Ecclesiæ. Nostri Nuncii verbis proinde ac nostris credere poterunt *FF. VV.*, quibus Apostolicam benedictionem peramanter impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris die XXIV. Augusti MDCXXX. Anno Pontificatus nostri septimo.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus fratribus, ANSELMO CASIMIRO Archiepiscopo *Moguntino*, ac FERDINANDO Archiep° *Coloniensi*, & PHILIPPO CHRISTOPHORO Archiep. *Treverensi*, S. R. I. principibus Electoribus.

CCCLVII.

Querimoniæ IACOBI Huntheri, *in Secretarium linguæ latinæ ab* ANS. CAS. *vix assumpti; veruntamen ante ipsam muneris functionem præter spem repudiati.*

1630.

Reverendissime & Serenissime Princeps Elector, Domine clementissime.

ex Ant. Nihil est difficilius, quam magnum & iustum dolorem paribus verbis depingere atque describere. O crassum infortunium! antequam felicitatem *Secretariatus* mei nossem, exemptus sum. Vltimum malorum est, ex vivorum numero exire, antequam moriaris. Ego ante vitam Secretarii vivere desii, quam inciperem. Quid tibi voluisti iuris atrox, inconstans, fragilis, perfida, lubrica, & tam violenta fortuna? quæ ista crudelitas? Tam cito indulgentiæ tuæ te pœnituit Facinus animadversione dignum. Luget HVNTERVS, & aliquid propitio dolet Rmo & Serenmo Principi Electori *Moguntino*. Hoc sine dubio magna cum ambitione Fortuna captasti, ut palam faceres, *Hunterum* contra te ne a Maximo quidem maximi Imperii Archicancellario defendi posse. Sed quis mihi benedictionem a Rma - - vestra Celsitudine donatam abstulit? Bonus? non credo. Malus? non miror. Imperator? Si reum ac male promeritum, & hoc supplicio dignum me pœnituit, cedo iustitiæ, si innocentem, cedo fortunæ. Deus? tum perdo operam, cum illi irascor, cum illum alteri precor iratum; Homines potentes? fortunæ manus sunt.

Iaciam licet multa in fortunam maledicta, proscindam conviciis, illamque verberem, non meo tantum ore, sed publicis mortalium querelis; nihil tamen de suo rigore remittet. Adversus omnes preces omnesque querimonias arroganti vultu superba

ſuperba ſtabit, & querelis ridebit. Ita luſit hactenus in rebus humanis *Fortuna*: ita ludet in omne ævum, omnibus ſeculis, annis, menſibus, diebus, horis, momentis; nihil inauſum ſibi reliquit, nihil intactum relinquet. Verum enim vero, quicunque nunc Secretarium agit, non eſt quod & vincet illum fortuna, niſi tota vincatur. Furtum appellare non audeo, quod, qui perdiderat, ſupplicium tulit, qui ſubripuerat, præmium. In veteri Teſtamento plus potuit manus *Iacob*, quam vox *Eſau*: in Novo potentior eſt vox *Eſau* quam manus *Iacob*. Sed ſi magnus cecidit, magnus iacet. Puſilla fortaſſis res eſt Secretariatus *Latinus*, ſed ingens res eſt eius contemptus. Iucundum tamen eſt quod habui, humanum, quod perdidi.

Deprimitur niſi pes alter, non tollitur alter,
Sic caſu alterius tollitur alter homo.

In *Suecia* ob fidem Catholicam capite deminutus ſum. In *Germania* Secretariatum perdidi, quia *Suecus* ſum. Vnum habet aſſidua infelicitas boni, quod, quos ſæpe vexat, noviſſime indurat; ſed dure tractandus eſt animus, ut ictum non ſentiat, niſi gravem. Egone recuſem Secretariatus mei finem, cum ſciam, me ſine fine non eſſe! Immo cum ſciam, omnia finita eſſe. Parum refert, utrum Secretariatus me deſeruerit, an ego illum. Nunquam certe indignabor inde me exiiſſe, quo admiſſus ſum precario. Amiſi Secretariatum, iubet me Fortuna expeditius philoſophari. Bonum tunc habebo meum, cum intelligam, infeliciſſimos eſſe felices. Vtrum ſtultius ſit, neſcio, fortunæ legem ignorare, an imprudentius, recuſare. Ego naufragium meum æquo animo fero, ſine riſu, ſine lacrimis; quamvis ob hanc iacturam *Democritum* imitari malim, quam *Heraclitum*. Humanius enim eſt deridere Secretariatum amiſſum, quam flere; et maiorem animi magnitudinem prodo, quando riſum non teneo, quam quando lacrimas fundo.

Grata ſuperveniet quæ non ſperabitur hora.

Sed peringratus eſſem, ſi, amiſſo Secretariatu, pro accepto nihil

hil debere vellem. Summam profecto Tuam in me humanitatem, Optime Princeps, Domine Clementissime, neque apud me patiar intercidere, neque dissimulabo. Animum certe memorem & gratum polliceor, qualem debet habere fidus clientulus erga Dominum ac Patronum suum optime meritum. Oro Superos, ut in multos annos Celsitudinem tuam servent, atque meritorum cumulum addant.

Rev^mæ & Seren^mæ Vestræ Celsitudinis

Humillimus & addictiss. servus
IACOBUS *Hunterus.*
Secretarius mortuus antequam viveret.

Viennæ VII. Sept. MDCXXX.

CCCLVIII.

Repræsentatio CASP. Sciopii *ad Collegium Electorale, continens in substantia, & exaggerans tritum illud:*

Improbus ille labor, quem præmia nulla sequuntur.

Exhibita Ratisbonæ in Comitiis.

1630.

Serenissimi, itemque Reverendissimi PRINCIPES ELECTORES.

ex Aut. Iam trigesimus tertius agitur annus, ex quo GASPAR *Scioppius* scribendis edendisque libris, consiliis excogitandis, & apud Pontifices, Imperatores, Reges, maximosque Principes, cum voce tum scripto expromendis, impiorum & hæreticorum Regum ac Principum inimicitiis magno animo contemnendis, itineribus denique longinquis ac periculosis suscipiendis, Ecclesiæ Catholicæ & sacro Romano Imperio inservire cœpit. Quantum vero fecerit operæ ac laboris pretium, nihil ab ipso prædicari attinet, cum Pontificiæ, Cæsareæ,

reæ, Regiæ, multorumque Principum Literæ exiſtant, quæ illum velut hominem de bono publico excellenter meritum, & optimi ac maximi cuiusque gratia & beneficiis digniſſimum, invidendis ornant laudibus, prorſusque ad cœlum tollunt. Interea tamen ei verba ſunt, ſine penu & pecunia; ipſeque inter tantas Principum acclamationes, teſtificationes & encomia, cum ſacculo aranearum pleno ſtrenue eſurire poteſt: quæ res quantum cum iuſtitiæ, tum momenti habeat ad excitandos aliorum animos, ut relictis privatis rebus in publicæ utilitatis curam incumbere velint, *Celſitudines Veſtræ* pro ſua prudentia & æquitate nullo negotio conſtituerint.

Cenſet quidem Catholici Regis Orator, ſi Sua Cæſarea Maieſtas ſuum in Hiſpania Oratorem pro *Scioppio* anniti iubeat, ei ſine dubio cumulate ſatisfactum iri, cum ipſe merita eius ampliſſimo teſtimonio proſequi ſit paratus; Atenim merito *Scioppius* veretur, ne Hiſpanicæ regiæ Proceres ſui ſimiles futuri, & idem ipſum porro dicturi ſint, quod ex iis multos ab hinc annos auditum fuit; ſubabſurdum ſcilicet eſſe, ut Cæſar & Imperii Principes tam prolixe *Scioppii* merita prædicent, ſimul tamen eius utilitatibus ab Hiſpaniæ Rege potius, quam ab ipſis, conſuli æquum putent. Si enim Hiſpanus quiſpiam in Germaniam veniat, & Regis ſui magnatumque Hiſpaniæ Literas exhibeat, quæ illum multa Maurorum & Turcorum millia interfeciſſe, complures in Mauritania arces expugnaſſe, maximum denique numerum Chriſtianorum mancipiorum ex ergaſtulis exemiſſe, & in libertatem vindicaſſe teſtentur; ac propterea Cæſarem rogent, ut hominem tam inſignem vectigali annuo liberaliter afficere velit; nullum eſſe dubium, quin poſtulationis abſurditatem Germani omnes ſannis & dicteriis proſequantur, et virum fortiſſimum Regi ſuo inanem remittendum cenſeant.

Vos ergo, maximi Principes, vel nationis veſtræ honori conſulentes, Civis veſtri cauſam conſilio ac deprecatione veſtra apud Sacratiſſimum Imperatorem agendam ſuſcipite; nec verendum videtur, ne non ſatis impetrabiles oratores futuri ſitis, ſi ſubiectis tantum verbis de eo, quid divino humanoque

 iuri

iuri sit consentaneum, suam Cæsaream Maiestatem admonere volueritis.

S. Gregorius M. *lib.* 2. *Ep.* 57.

Ecclesiasticis utilitatibus deservientes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere.

S. Bernardus serm. 36. super Cantica.

Non ignoro, quantum Ecclesiæ profuerint Literati sui, sive ad refellendos eos qui ex adverso sunt, sive ad simplices instituendos. Denique legi: *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor Firmamenti; Et qui ad Iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

Primo Corint. 9.

Quis militavit stipendiis suis unquam? Scriptum est: *Non alligabis os bovi trituranti; Debet in spe qui arat arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi.*

1 Timot. 2.

Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.

Proverb. 31.

Date ei de fructu manuum, & laudent eum in portis opera eius.

Caspar Scioppius.

CCCLIX.

„*Responsoriales* Anselmi Casimiri *Archiepi-*
„*scopi Electoris* Moguntini *ad Nuntium*
„*Apostol. Leodii.*

1630.

Illustrissime & *Reverendissime Domine.* Recte nobis redditæ sunt *Ill. D. V.* litteræ, quibus adiunxerat Decre-

Decretum, de Titulo *Eminentiæ* S. R. E. Cardinalibus inposterum tribuendo, cui etiam nos accommodabimus. Optamus vero, ut ea vivamus aliquando tempora, quibus non magis titulis, quam maximis Catholicæ fidei progreſſibus, Eccleſia illuſtretur. Ad quem ſcopum, ut noſtra omnia ſtudia impenſiſſime cupimus collimare, & feliciter pertingere; ita Deum orabimus, ut hac nos gratia donet, & ſimul longæva *Illmæ D. V.* felicitate nos exhilaret. *Ratisbonæ* 24. Sept. 1630.

CCCLX.

Conventui Principum Francofurti *celebrando P. adverſatur.*

1630.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabiles fratres ſalutem & Ap. benedictionem.

Ediſcere iam pridem potuit hæreſis, in perduellium militum clade, & Catholicorum legionum victoria non ſemper ignominiam a culpa, felicitatem a iuſtitia ſegregari. Nunc autem, quæ in acie dimicans cecidit, vim ſubdoli ingenii experiri velle dicitur in conſilio. Timendum plane non eſt, ne minor inſit vis Catholicorum ſapientiæ, quam fortitudini. Omnino qui in militum caſtris opes veritati devoverunt, eam certe non deſerent in ſubſelliis conſulentium. Nec minus lingua quam manu, ingenio quam robore pietas pollet. Non tamen patiendum eſt, Conventum in *Francofurtenſi* civitate haberi, hæreticis Catholicisque pari atque indecora libertate communem. Poſt tot victorias isne impietati honos deferetur, *VV. FF*, ut ea in publicum Imperii conſilium audacter ingrediatur, læſura ditionem Sacerdotii, & de Germanorum Antiſtitum patientia quodammodo triumphatura? Facile eſt coniicere, quid in tam gravi deliberatione conari cupiant *FF. VV.* ex Aut.

Eſtote

Estote murus aheneus, et columna ferrea domus Israel. Spiritu oris vestri perterrefacite temerarias spes, neque contra divinam legem & sacros Canones liceat hæreticis, in Germanicis conventibus contra Catholicos disceptare. Scimus, solatio *FFbus* VV. fore accuratissimam hanc Pontificiæ sollicitudinis hortationem; vos enim ipsi in Religionis iniuria læderemini; vestrisque rationibus consulit authoritas Pontificis, dum sacerdotii ditionem iis, quibus potest, officiis istic armare conatur.

Ex Apostolico Nuncio, quid potissimum exigamus, intelligent *FF. VV.*, quarum virtus, quæ in mandatis Domini velle debet nimis, novas semper laudes ab Ecclesia & Pontifice promerebitur. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris die VIII Februarii MDCXXXI. Anno Pontificatus nostri octavo.

IOANNES *Ciampolus.*

Venerabilibus Fratribus, ANSELMO CASIMIRO Archiepiscopo, *Moguntino*, ac FERDINANDO Ar. *Coloniensi*, & PHIL. CHRISTOPHº Ar. *Treverensi*, S. R. I. principibus Electoribus.

CCCLXI.

Ad Eosdem.

1630.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabiles fratres salutem & Apost. benedictionem.

ex Aut. Non modo orationibus apud Deum, & officiis apud Principes, sed etiam stipendiis apud milites Pontificia charitas libenter pro Catholico fœdere in Germania militaret. Victoriæ, quibus hactenus Deum exercituum coluistis, satis

ſatis docere poterunt Europam, in fœderatis caſtris dimicare, una cum Catholicis bellatoribus legiones Angelorum. Præterea bella a *FF. VV.* ſuſcipiuntur non ſolum neceſſaria, ſed etiam pia; vim enim propulſatis, a perduellibus hæreticis illatam Imperio, et de voraci impietatis ventre extrahere nitimini beneficia cœli, & patrimonia Eccelefiæ. Quod autem caput eſt, Dei gloria & ſalus animarum in iſtis regionibus armatur fœderatis copiis, vitam pro iuſtitia & fide devoventibus. Quare angimur dolore cordis intrinſeco, non eam hoc tempore Romano ærario eſſe vim pecuniarum, ut opportunis earum auxiliis alere poſſimus militem, ſub triumphalibus iſtis vexillis contra impios deprælianrem.

Quod autem ab authoritate noſtra petitis beneficium, ut ſcilicet eccleſiaſticæ opes, quæ veterum bellorum ſpolia fuerunt, fiant novi belli ſtipendia, eo omnino carere *FF. VV.* non patiemur. Quid in ea ſatis ardua deliberatione conſilii ceperimus, ex Apoſtolico Nuncio cognoſcetis; eius verbis eandem, quam nobis, fidem habetote *VV. FF.*, quorum & in templis pietatem, & in caſtris fortitudinem nulla unquam ætas conticeſcet. Nos autem nova a Deo ſemper petemus auxilia *FFbus VV.*, quibus novos triumphos auguramur, & Apoſtolicam benedictionem impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* ſub annulo Piſcatoris, die VIII. Martii MDCXXXI. Anno Pontificatus noſtri octavo.

IOANNES *Ciampolus.*

CCCLXII.

Ad supradictos & Bavarum.

1631.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabiles fratres, & Nobilis vir, salutem & Apost. benedictionem.

ex Aut. Religio, per vos munita legionibus & decorata triumphis, cum sacrilegam dæmonum atque hæreticorum audaciam potuerit coercere, videtur *FFbus VV. & Nob. tuæ* non modo conciliare patrocinium Cœlitum, sed etiam petere auxilia Principum. Nos certe, quibus tutelam gentis humanæ, & dignitatem Religionis catholicæ Deus commendavit, prælucere dominantibus in solio maiestatis Apostolicæ debemus exemplis charitatis, communi saluti servientis. Quare non invitis auribus excepimus preces vestras, de Catholici fœderis incolumitate sollicitas. Ex Pontificio enim diplomate cognoscetis, qua ratione iuvari velimus legiones pro fide præliantes ecclesiasticis opibus, quas ex armatis hæreticorum manibus in Germania Victores extorquere potuistis. Vetarunt omnino Italica bella, quæ populos devastarunt & æraria devoraverunt, a Pontificia beneficentia aliud fere auxilii genus impetrari.

Cæterum neque orationibus apud Deum, neque officiis apud Principes paterna nostra sollicitudo unquam desistet, publicæ felicitati secundum vota [*vestra*] inservire; præcipue vero enitemur omni qua possumus ope, ut Christianissimus Rex Gallicam potentiam haberi ubique velit præsidium Religionis. Iam vero ea conamur iacere fundamenta publicæ concordiæ, ut Christiani principes, in domo Domini ambulantes, cum consensu possint impietatem ex animis, & perfidiam e Regnis eliminare. Oramus Deum, ut tam pii

pii voti compotes possimus propediem perfectum devicti inferni triumphum gratulari *FF. VV.* ac *N. T.*, quibus Apostolicam bened. peramanter impartimur.

Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris die XXV. Aprilis MDCXXXI, Anno Pontificatus nostri octavo.

IOANNES *Ciampolus.*

CCCLXIII.

AD ELL. *Ecclesiasticos.*

VV. FF. salutem & Apostolicam benedictionem.

Quamvis Italicæ calamitates nos tam diu sollicitos habuerint, non tamen oculos a Germaniæ procellis potuimus unquam dimovere. Quibus victoriis Dominus exercituum oppugnatam Religionem coronavit, iisdem scimus irritari odia hæreticorum, non solum pro incolumitate, sed etiam pro ultione decertantium. Dolendum quidem est, sacrilegis eorum conatibus adesse arma impietatis, & auxilia dæmonum; atenim monstri ac portenti simile esset, si pro eorum dominatu Catholici milites centuriarentur. Avertat Deus tantum ab Ecclesia dolorem, ut potentia Principum nostrorum, quæ framea divinæ ultionis habenda esset, fieret arcus hæreticorum, non minus cum cœlo quam cum Imperio pugnantium.

Prospeximus iam pridem, quæ pericula *FF.VV.* pertimescant: Nullum prætermisimus officium, quod votis vestris iucundum, & publicis rebus potuerit esse salutare. Omnino nunquam in Apostolico solio conquiescemus, donec Germania, tam longis laniata dissidiis, Pontificias curas ad suorum vulnerum medelam, atque ad armatæ impietatis spectaculum evocabit. Stabit Dominus a dextris vestris. Ne commoveamini *FF. VV.*, quos pericula & calamitates exteris nationibus hactenus ostentarunt tanquam propugnatores regni cœlestis, & domitores

mitores diabolicæ poteſtatis. Quantum conſilio movere, quantum ſuadere authoritate potuimus, locum certe nunquam reliquimus opportunum precibus *FFtum VV*, quibus novas victorias prænuntiamus, & Apoſtolicam benedictionem peramanter impartimur.

Datum R*omæ* apud S. *Mariam maiorem* ſub annulo Piſcatoris, die XXVI. Iulii MDCXXXI. Anno Pontificatus noſtri octavo.

IOANNES *Ciampolus.*

CCCLXIV.

Litteris Vrbani *præmiſſis adiungit* ANT. *Card.* Barberinus *haſce particulares, queis intenſum animi ſui dolorem de afflictis Germaniæ rebus teſtatur.*

1631.

Eminentiſſime & Reverendiſſime Domine.

ex Aut. Si afflictis Germaniæ rebus maximo vitæ meæ periculo ſubvenire poſſem, iam absqua cura & ſollicitudine eſſet *Eminentiſſima Dominatio veſtra.* Verum cum tantum ſolatium ſperare nequeam, adnitar ſaltem, quoties ſeſe occaſio obtulerit, ne nobiliſſimæ illius provinciæ felicitati ulla in re defuiſſe videar. Novit Deus, quam intimo doloris ſenſu litteras *Em^æ^ D. V.* legerim, quamque anxiis votis Chriſtum quotidie rogem, ut iniquos impiorum conatus frangat, ſolitamque rei catholicæ in Germania opem ferat; Nullum præterea officium prætermitto, quod aut utile fore, aut opportunum exiſtimetur.

De *SSmo D. N.* hoc unum ſcribam, quod nihil unquam ab eo requiret Germaniæ ſalus, quod ipſe ſincero paternoque affectu

affectu præstare non sit paratissimus; Eius vero consilia factaque, Deo bene favente, talia semper erunt, ut nihil sinistri de illis absque summa iniuria, ne dicam scelere, cogitare poterint Germaniæ Catholici. Certo interim sibi persuadeat *Em. D. V.* tranquillitatem Germaniæ *Sanctitati suæ*, mihique tantum cordi esse, quantum ulli mortalium; quod mentiri nescia experientia omnibus notum faciet. Christus, qui iam toties per Germaniam de fidei hostibus triumphavit, solabitur in præsenti rerum discrimine *Eminentissimam D. V.*, cui operam atque studia mea nullo unquam tempore deesse patiar.

Deus *E. D. V.* Germaniæ atque reipublicæ Christianæ diu præstet incolumen. *Romæ* XXVI. Iulii Anno MDCXXXI.

M. D. V.

Addictissimus
ANT. Cardinalis *Barberinus.*

NOT. *Eodem hoc Anno, die* 23. Decembris, REX SVECIÆ Moguntiam *subegit.*

CCCLXV.

De præstandis ex ærario Papali subsidiis, eorumque ad certum quantum determinatione.

1632.

Eminentissime ac Revme Domine Princeps Elector, Domine observandissime.

Quam impense indoluerit summus Pontifex propter præsentes Germaniæ necessitates, ostendit tum Iubilæi universalis promulgatione, tum etiam largitione ærarii sui pontificii; Statuit enim, ad stipendia militum confœderationis catholicæ quovis mense tribuere sex millia dalerorum, & sex item millia ad stipendia Exercitus Cæsarei. Optarent vero *ex Aut.*

 ro

ro maiora subsidia submittere, nisi adigi videret adhuc ad gravia vectigalia subditos Apostolicæ sedis propter ultimum & diuturnum bellum Italiæ. Ad hæc *Sanctissimus* conatus est hactenus, quam potuit efficaciter, per Ill^mum Nuncium *Parisiensem* Christianissimo Regi persuadere, ut ea, quæ contra Ecclesiam & Episcopatus Mœni & Rheni SVECVS molitur, cohibeat & impediat; ne pergat deinceps etiam plura diripere. Quæ omnia *Em. vestræ* volui statim significare; ac ei memorans obsequia mea, precor, ut diutissime sit felix & incolumis. *Leodio* 23 Ianuarii 1632.

E. V.

Addictissimus & certissimus servus
PETRVS ALOYSIVS.
Episcopus *Tricaricensis*.

CCCLXVI.

De Nuntiis Apostolicis, sine intus memorato ad certas Aulas proxime mittendis.

1632.

E^me ac R^me D. Princeps Elector, Domine observandissime.

SVMMVS *Pontifex*, uti novit quid Catholici Principes possint, si coniungant animos & vires, & si vultum eundem hostibus Religionis ac fidei ostendant, qui tanto cum damno in Germania hoc tempore adversus Ecclesiam conspirant, varia hactenus & monita & consilia submisit, ut studia ipsi eadem foverent, nec partes alias, quam quæ sunt Religionis ac Dei, sectarentur. Iam, ex desiderio certius ad id eos inducendi, tres Legatos extraordinarios renuntiavit, qui ad FERDINANDVM Imperatorem, ad *Catholicum* Regem, & ad Regem *Christianissimum* propterea conferant se: Ad primum

mum quidem mittitur Illustrissimus Præsul GRIMALDVS, qui iam Gubernator erat Vrbis *Romæ*, ad alterum Ill^mus Præsul CAMPEGIVS Episcopus *Senogalliæ*, ad tertium Ill. Præsul CEVA, Præfectus Cubiculi ipsius Pontificis. Horum dexteritas ac lumen animi expectationem magnam læti successus statim excitarunt, ut speret summus Pontifex eventum pro voto, si negotium simul promoveat *Eminentia vestra* ea auctoritate magna, qua in Imperio pollet, sicut fieri idem summus Pontifex cupit; et voluit ideo consciam huius deliberationis reddi eandem *Em. vestram*; cui me iam ego sincerissime offero, & precor gaudia felicium. *Leodii* 16 Aprilis 1632.

E. V.

Addictissimus & certissimus servus
PETRVS ALOYSIVS
Episcopus *Tricaricensis.*

Anno 1636. „Excusso per Cæsareæ Maiestatis & Catholicæ „ Ligæ arma potentia *IX. Ianuarii* Sueciæ iugo, militeque ferme quinquennio vi Vrbem occupante, quo „ omnia Moguntinensibus susque deque confusa fuerunt; „ rebus parumper pacatiori liberiorique loco restitutis, „ Clerus & Academici longe lateque oberrantes ad pro„ prios lares paulatim reversi sunt.

Quam acerbe Moguntiam *tunc presserit fames ac annonæ caritas, gemebunda scribit Abbatissa* Dalheimensis *sacro virginum suarum cœtui* Coloniam, * *quorsum, ut ab omni præservaretur iniuria, sollicite fuerat translatus.*

* *Sub dato 29. Ian.* — — — „Wir haben vor dem Schwedischen „ Außzug grosen Mangel und Theurung leyden müsen. Ein Maaß „ Butter 3 Reichsthaler. Ein Pfund Speck 1. Königsthlr, vor „ ein ℔ Käs 20 Batzen, ein Ey 8. 9. bis 10 Albus &c.

Eure liebe / getreue, nuhn aber gantz
verlassene und verderbte Mutter
Susanna †

† *Hoc anno 1636 currente miseriis ac mærore consumpta bona Mater, ad vitam transiit interminabili gaudio plenam.*

CCCLXVII.

CCCLXVII.

Litteræ honorariæ pro deputato ad Tractam Rheni Nuntio Apost.

1639.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabilis frater salutem & Apost. benedictionem.

ex Aut. Ordinarii Nuncii nostri partes, quas in tractu Rhenano Venerabilis frater, MARTINVS Archiepiscopus *Consentinus*, plures obtinuit annos, excipiet Ven. frater FABIVS * Episcopus *Neritonensis*, Prælatus noster domesticus, & Assistens, qui gravissimarum rerum, hoc est divinæ gloriæ omni ope augendæ, iuris Ecclesiæ tuendi, & Catholicæ fidei propugnandæ procurationem a nobis habet. *Fraternitas tua*, cuius auctoritas illi ad negotia ex voto perficienda plurimum adiumenti esse poterit, eundem, ut speramus, omni humanitatis significatione prosequetur, nec aliquod officii genus desiderari permittet, quod a singulari in Deum pietate, atque explorata in nos observantia proficisci possit. Præsulem certe tibi devincies, non solum munere quod a nobis gerit, sed etiam cum familiæ nobilitate, tum prudentia, aliisque insignibus animi ornamentis tua benevolentia dignissimum; remque præstabis, qua conceptæ de tua virtute exspectationi plane satisfacies.

* *Chisi Alex. VII. 1655.*

Ipsi igitur eandem, quam nobis ipsis, fidem haberi optamus *F. T.*, cui cœlestis gratiæ ubertatem precantes, Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum *Romæ* apud S. *Mariam maiorem* sub annulo Piscatoris, die XIII. Iunii MDCXXXIX. Pontificatus nostri Anno sextodecimo.

IVLIVS *Rospigliosius.* †

† *Clemens IX. 1667.*

Venerabili fratri ANSELMO CASIMIRO Archiepiscopo *Moguntino*, S. R. I. principi Electori.

CCCLXVIII.

CCCLXVIII.

Facultas copulandi Ducem Neob. *cum Landgravia* Hassiæ.

1653.

IOANNES PHILIPPVS *D. G. sanctæ* Moguntinæ Sedis Archiepiscopus - - - Notum facimus, cum GOTHOFREDVS *Otterstett* S. I. sacerdos, & Serenissimi Ducis *Neoburgici* Domini PHILIPPI WILHELMI Confessarius, a nobis humiliter petierit, quatenus ipsi facultatem concedere vellemus, altememoratum Ser. Ducem cum illustrissima & Celsissima Principe, ELISABETA AMALIA Landgravia *Hassiæ*, in archidiœcesi nostra matrimonaliter coniungere; Nos eidem potestatem dedisse, prout etiam vigore præsentium damus, ut in quocunque loco Archiepiscopatus nostri prætactam copulationem * peragere possit.

In cuius rei fidem & testimonium propriæ manus subscriptione — — — Dat. *Ratisbonæ* XI. Augusti 1653.

* *ad effectum pervenit Schwvalbaci.*

CCCLXIX.

Succincta enarratio Processus Electionis R^mi D. DAMIANI HARTARDI von der Leyen *in Archiepiscopum* Moguntinum.

1675.

Defuncto *Lothario Friderico*, dum vixit Archiepiscopo, 3. Iunii 1675, convenerunt postridie Canonici Capitulares, et terminum ad Electionem futuri Archiepiscopi canonice celebrandam statuerunt; diem nempe *tertium* mensis

Iulii. Et ad hunc, tam abſentes per Curſores & nuntios ſummæ ædis iuratos, quam præſentes per Citationem in valvis affixam, evocabantur.

Die electionis adveniente, & trina vice facto pulſu campanæ maioris, Miſſaque de S. Spiritu cantata, exinde mox DD. Canonici ingreſſi ſunt locum Capitularem, ianuisque clauſis, & tribus Notariis publicis

[qui fuerunt CVNO *Plez*, R^mi^ Capituli Secretarius, IOANNES *Erbenius*. Cancellariæ *Moguntinæ* Taxator, & HENRICVS *Borg*, Secretarius Iudicii Eccleſiaſtici: Item quatuor teſtibus, ſcilicet ADOLPHO GODEFRIDO *Voluſio*, IOANNE REINHARDO *Mörtzer* GEORGIO *Stahl*, & CORNELIO *Buſchman*] .

ad intereſſendum huic actui requiſitis, & ſacramento obſtrictis, proceſſum eſt ad ipſum Electionis negotium: Præhabitoque conſilio de modo eius ac forma, placuit ſingulis, per *invocationem* S. *Spiritus* procedere. Et mox, uno ſpiritu & ore, nullo penitus diſcrepante, elegerunt Reverendum & perilluſtrem Dominum, DAMIANVM HARTARDVM Baronem *de Leyen*, Canonicum Capitularem, in ſacro Diaconatus ordine conſtitutum, & omnibus, præſertim S. Cæſareæ M. gratum. Inde D. Decanus Electionem in ſcriptis publicavit:

Ego MARSILIVS GODEFRIDVS ab *Ingelheim* - - - meo & totius Capituli nominibus, ad laudem & honorem Dei, *B. M. V.* nec non S. *Martini* Patroni noſtri, Reverendum D. *Dam. Hartardum* von der LEYEN, - - - vita & moribus commendabilem, tanquam habilem & idoneum, in noſtrum & præfatæ Eccleſiæ Archiepiſcopum eligo, ac eandem Electionem pronuntio & ſolenniter publico. In nomine Dei Patris, Filii, & S. S.

Hanc Electionem ſic canonice peractam & pronuntiatam, omnes ac ſinguli Capitulares, rurſus in commune ſe recipientes, approbarunt. Idem ELECTVS, audiens quæ fierent, ſtatim ſurrexit; ſingulari humilitate aſſerens, ſe ad huiusmodi Digni-

Dignitatem longe imparem esse: Ne tamen divinæ dispositioni contraire videretur, tandem, eiusdem cœlesti auxilio, & opera Capitularium obnixe imploratis, in electionem prædictam humiliter & amice consensit.

Post D. Decanus, intrans Ecclesiam, ex testudine alta, tam versus Clerum in Latino, quam populum in teutonico idiomate electionem solenniter publicavit. Et tunc neo Electus, Dnor. Præpositi & Decani manus reverenter apprehendens, ex loco capitulari in eorum medio, sequentibus ceteris Capitularibus ad summum altare in choro ductus, & super eo positus, ibidem durante cantu Hymni *te Deum laudamus* se continuit: dum autem ad Versum *te quæsumus Domine* deventum, de Altari descendit, & inter præd. DD. Præp. & Decanum flexis genibus oravit. Omnibus Capitularibus electo aggratulantibus *&c.*

Iungendo diplomatibus bis 369 illa tria, ad numeros 84, 100. 284 litera b. signata, efficiunt in toto Summam CCCLXXII.

ELENCHVS
SVFFRAGANEORVM
ERFVRTENSIVM,

SIVE

REVERENDISSIMORVM

PONTIFICII MVNERIS,

PER

THVRINGIAM, HASSIAM, EICHSFELDIAM
ET SAXONIAM DIOECESIS MOGVNTINÆ,

VICARIORVM.

INTRODVCTIO.

PROEPISCOPOS, *qui simul respicerent Terras in fronte huius Opusculi nominatas, Archipræsules Eminentissimi, sub finem usque Seculi XIII adhibere solebant* Moguntinos, *a Metropoli ceu domicilio speciatim sic dictos: Quia vero talis ultro citroque meandi necessitas multum peperit incommodi, hinc Provinciis istis remotioribus dati sunt Suffraganei peculiares.*

Horum syllabum communicavi olim Rmo patrueli meo, ut suos in officio Antecessores dignosceret; a quo peropportune devenit in manus D. HENRICI de Falckenstein, *tunc Historiam compilantis* Thuringicam: *Ast ferme nudis quum absolvatur titulis, operam haud plane inutilem locare mihi videor, si Catalogum reproduxero, non solum Personis auctum, sed & chartis diplomaticis, varioque additionum genere passim illustratum.*

*Lubet imprimis ex libro Suffraganeali præmittere testimonium consecrationis * Ecclesiæ pagi* Schmidstett, † *repertum in sepulchro Altaris, dum anno 1620 IV. Iulii iudicabatur esse reserandum.* († *prope* Erford. *de quo ne vestigium superest.*)

* „ Anno Dominice incarn. MCCXV. IIII. Nonas Maii consecrata est hec Ecclesia in honorem S. *Martini* - -, a Venerabili Dno SIGEBODONE Episcopo *Havelbergensi*, consentiente Dno SIFRIDO, *Moguntine* sedis Archiepiscopo. Continentur in Altari - - - Reliquie *Petri Ap.* (*cet.*)

Hacce notitia in compendio prævia, ipsam SVFFRAGANEORVM *seriem ordimur. Agmen ducit*

THEODERICVS,

Episcopus *Vironensis.*

De eo codex membran. † *ita disserit:* Hoc etiam Anno (*MCCLIII*) *Moguntinus* (GERHARDVS) cuidam *Theoderico* Episcopo († *idemet, unde hausimus egregia, interspersa T. I. p. 516*)

„ Episcopo de Minorum Fratrum ordine vices suas in *Thurin-*
„ *gia* commisit, qui *Erfordiæ* septimana Pentechostes ad S. *Pe-*
„ *trum* Ordines contulit, ac in festo Apostolorum apud FF.
„ Prædicatores sacras Virgines velavit. *Porro:* THEODERI-
„ CVS dictus Episcopus III. Idus Iunii in claustro *B. Mariæ V.*
„ capellam, sequentique die cum sollemni processione Cleri,
„ iuxta fontem in quo Dominicum corpus fuerat inventum,
„ ad ecclesiam construendam primarium posuit lapidem.

Obiter tangimus, invaluisse priscis temporibus consuetudinem, ut non pauci Characterem appetierint Episcopalem; eumque consecuti peragrarint regiones, de una ad aliam, officia sua Diœcesanis offerendo, locandoque ad certos annos. Ita Theodericum *præfatum in* Coloniensi *Diœc. pontificio muneri adbibitum Anno* 1254, *allegat* HEISTERVS Syntagmate *Proepiscoporum* Colon. *p.* 63; *Posteroque, nec non* 1260 *in districtu* Moguntino. IOANNIS Vol. II. *p.* 422. *Et T. II.* GVD. *p.* 718.

IOANNES Episcopus *Lavacensis.*

Ex ditione Rhenana transiens in Thuringiam, *Litteris, crastino* Gertrudis *an.* 1315. Erfordiæ *datis, una cum* HERTWICO *Decano* S. Mariæ, *& Magistris Consulum recognoscit*, HILDEBRANDVM, *Decanum* S. Stephani *Mogunt. & M.* BERTOLDVM, *R^mi^* D. PETRI *Archiepiscopi per* Thuringiam, Saxoniam & Hassiam, *in Spiritualibus ac Temporalibus Vicarios Generales castra* Mühlberg *&* Tondorf, *a strenuo milite* LVDOVICO *de* Blanckenhain *Ecclesiæ Moguntinæ resignata*, HVGONI Provisori *ac* RVDOLFO *Sculteto gubernanda & custodienda commisisse.*

LVDOVICVS Ep. *Marroniensis,*

Ordinis Erem. *S. Augustini, Vicarius similiter ab Archipræsule* PETRO *constitutus, floruit A.* 1317. *Quo vid.* LEVCKFELD. Antiqq. Katlenb. *p.* 34. §. 5.

HERMANNVS,

sub titulo Belvilonensis *Episcopi obviat* 1335. *Ibidem* §. 7.

HENRI-

HENRICVS *de* APPOLDIA.

Episcopus S. Matensis, (Lavacensis) „gerens vices in pontificalibus - - D. HENRICI S. *Mogunt.* sedis Archiepiscopi." *Bullam, vi cuius A.* 1343 *Kal. Dec. omnibus, qui ecclesiæ* S. Martini *Hassocasselanæ manus porrexerint adiutrices, plenam noxarum veniam elargitur, producit* KVCHENB. Annal. Cent. 5. *p.* 17.

ALBERTVS *de* BEICHLINGEN, *Comes, ex ordine* *D.* Francisci, *Ep.* Ippusensis.

Muneri prius operam impendit Moguntiæ. IOANNIS Vol. II. *p.* 428. *Addimus modo schedam,* (*a*) *quæ reperiebatur in sepulchro cuiusdam Altaris, transpositi e choro Monialium* S. Claræ *in ipsam Ecclesiam. A Moguntinis migrasse ad* Erfurtenses, *suspicionem movent Litteræ conductitiæ* (*b*)

His

(*a*) Frater ALBERTVS *de Bichelingen* Dei gratia *Ippusensis* ecclesie Episcopus, Vicarius in pontificalibus Reverendi Domini, Dni nostri GERLACI Archiep. *Mogunt.* Recognoscimus, quod hoc altare consecravimus sub anno - - MCCCL, feria sexta ante Dominicam qua cantatur *Esto michi*, in honorem beati *Iohannis Bapt.* ac - - *Petri* & *Pauli* Apostolorum & *Iohannis Evangeliste.*

SIGILLI *ex cera rubra (quod seorsum adiacebat) oblique secti pars superior imaginem* ostendit ALBERTI *dimidiatam, inferior gentilitia Comitum* Beichling. *arma;* * *Galea suffixus est fasciculus florum.* **fascia, seu trabes transversales.*

(*b*) Nos Frater ALBERTVS de *Bichelingen* D. G. Episcopus *Ippusensis*, & PAVLVS Decanus eccl. *S Marie* in *Gotha*, Recognoscimus - - -, quod Honorabiles - - Domini, Decanus & Capitulum - - *S. Victoris* extra muros *Mogunt.* omnes suos census, redditus, pensiones & proventus, quos habent in *Thuringia* in terminis villarum *Salmansborn*, *Tysental*, *Gispersleibin*, *Huzen*, *Escheneberc*, *Graba*, *Kornere*, *Butenheilingen* & *Schonrestet*, nobis & cuilibet nostrum in solidum locaverunt, ad amborum nostrorum vitam tollendos & percipiendos singulis annis — — — De quibus quidem redditibus — — — prefatis Dominis

His dudum annotatis contigit, indultas Assessoribus ferias traducere [A. 1730.] Erfurti: *Cuius urbis sacras obambulans ædes, dum in* Minoritarum *quondam sua oculos curiose circumfero, saxeum e pariete prominens video caput, retro cancellata Ministrorum A. C. sedilia. His labore haud levi amotis, ecce integram* ALBERTI *statuam; cui, præter nomen ac titulum, licet nihil elogii more antiquo fuerit adscriptum, eo memorabilior tamen est epocha, annum obitus designans* MCCCLXXI, *diem*, V. Idus Aprilis. *Non in pontificio, sed communi Ordinis habitu præsentat se.*

RVDOLFVS.

Latitantem inter libros Copiales Ar. GERLACI, *deprehensumque feliciter, Lectori sisto.* „Nota, quod Dominus *Mo-* „ *guntinus* commisit vices suas per Preposituras eccl. S. *Marie*, „ S. *Severi* Erforden. *Iecbeburg. Dorlon. Heilgenst.* Dno RV- „ DOLFO de STALBERG † Episcopo ecclesie *Constantio-* „ *nensis*, †† sub eadem forma sicut ante eum habuit Dns *Al-* „ *bertus*

---

minis - - annis singulis dare & exsolvere debemus in festo *Epiphanie* - - X. marcas argenti puri, ponderis & warandie *Magunt.* in ipsa civitate Maguntina — — —

Et in ipsius solutionis maiorem certitudinem predictis Dominis . . nostros constituimus fideiussores, - - - IOHANNEM *Ortonis* Prepositum *Dorlonensem*, NICOLAVM, dictum *Tram*, S. *Marie*: NICOLAVM de *Wida*, S. *Margarete* ecclesiarum Rectores in *Gotha*, & ERWINVM Vicarium . . S. *Bartholomei* in *Erfordia*, qui nobiscum & pro nobis dictam pensionem X. marcarum - - solvere promiserunt — — Et si in solutione - - inveniremur negligentes vel remissi, quod absit, ex tunc dicti - - fideiussores - infra octo dies post - - monitionem, civitatem *Moguntinam* intrare debebunt, vel saltem quilibet — — pro se mittere debebit famulum cum uno equo, obstagium inibi, sicut moris est, servaturi, ac inde non egressuri, quoadusque d. pensio — — fuerit integraliter persoluta. In quorum testimonium (*&c.*)

Anno - - *MCCCLX quarto*, in die B. *Gregorii* Pape.

„ *bertus* de *Bichelingen.* „ — — *Eltevil* XVIII. mensis Iulii MCCCLXX.

† Stolberg: *Quandoquidem Illmæ Comitum* Stolberg. *Familiæ Nomen, in chartis vetustis nunquam aliter scribi observavimus, ac per* *A*, Stalberg.

†† *Episcopatus* Cypri, *subditus Patriarchæ* Antiocheno. PAULUS *de* S.CAROLO Geogr. sacr. *p.* 192.

IOHANNES Episcopus *Hypponensis*,

Vicarius in pontif. D. LUDOVICI S. S. *Mogunt.* AEpiscopi: *Indulgentias largitus est omnibus, qui* Kalendas, † *per Sacerdotes in* Fritzlar, Gensingen & Dytmelle, *pro salute vivorum & mortuorum instauratas, devotionis causa frequentaverint. De aliis, Capellæ* S. Salvatoris *in oppido* Salfeld *concessis, vid.* SCHLEGEL de Nummis antiquis Salfeldensibus *fol.* B. *verso. Ambæ litteræ datæ sunt* 1379. *Illa* Rodenburgi, *hæc* 17 *Kl. Iunii* Gothæ.

† *Kalendæ*: Sodalitates ad pias causas. Inde *Fratres Kalendarum*, vulgo *Confratres Du* FRENE

THEODERICUS Episcopus *Ruthinensis*.

Provinciæ admotus legitur in Litteris anni 1384. *ad constitutionem desuper modo factam relativis.* (*c.*)

(*c*) Wir Adolf - - - Erzbischoff zu Menze - - - Bekennen, daß wir den Erwirdigen in Got Vatter, Hern Diederich Bischoff zu Russen, zu unserm Vicario in pontificalibus gemachet u. gesetzet haben in unsern Landen zu Hessen u. zu Doringen, nach Lude der Comission die er von uns daruber hat; also daz uns der vorgen. Her Diederich Halb geben sal, was yme von Wyhunge und andern Sachen, als wir yme daz bevolen haben, gevellet: und daz ander halbe teil sal er fur sine Koste u. arbeit haben. Des zu urkunde rc.

Datum *Eltvil* feria quarta ante diem *Corporis Xpi* - - MCCCLXXXIIII.

HERMANNVS Ep. *Scopienſis.*

Functionibus aliquandiu Moguntiæ *impenſis*, *eaſdem in* Thuringia - - *continuare iuſſit*, *anno* 1392, CONRADVS II. *Relicta Præſuli* (1396) *facultate libera*, *determinandi Vrbem* Moguntinæ *ditionis*, *aut Caſtrum*, *quo ſedem domicilii fixam habere velit.*

IOANNES Ep. *Taurizenſis.*

Tabulas, *muneris*, *ipſimet anno ſeculi XIV. penultimo delegati*, *partes diſtinctim exprimentes*, *appono.* (*d*)

IOANNES *de* KORBECK Epiſc. *Cyrenenſis.*

Regionum ſæpedictarum Adminiſtrator, *in pontificalibus ſimulque temporalibus*, *a* IOANNE *conſtitutus eſt*, „ad ſex annos, & interim irrevocabiliter„ *Hanaue* 27. *Oct.* 1406.

HEN-

(*d*) IOHANNES D. G. ſancte *Mog.* Sedis AEpiſcopus - - - Venerabili fratri, IOHANNI *Taurizenſi* Epiſcopo, ſinceram in Domino charitatem. Cum variis & arduis — — — prepediti negotiis, omnibus & ſingulis actibus noſtri pontificalis officii — — — ubi, quando & quociens opus fuerit, perſonaliter intendere nequeamus; ne defectus ſeu negligentia circa ſubditos — — — in ſubſcriptis nobis valeat aliqualiter imputari; Vobis, ut in partibus *Thuringie*, *Saxonie*, *Weſtfalie* & *Haſſie*, noſtre - - dioceſis, usque ad terminos opidorum, *Orba*, *Geilnhuſen* & *Butzpach* - - excluſive, Ordines ſacros, maiores & minores, ſtatutis a Iure temporibus conferre & celebrare: Monaſteria, eccleſias, capellas, altaria & cimiteria conſecrare & reconciliare, Abbates benedicere, Sanctimoniales velare, penitentes utriusque ſexus intronizare — —, ornamenta eccleſiaſtica & calices, indumenta pontificalia & ſacerdotalia, et quecunque alia ad divinum officium ſpectantia conſecrare & benedicere valeatis, auctoritate noſtra — — plenam licentiam concedimus (*&c.*) *Fritzlar*, feria 2 poſt Dominicam *Iudica* - - [1399.]

HENRICVS *Adrimitanus.*

Et Huius provisionem, Anno 1420 expeditam, quatenus multo plura complectitur, opportune subiungendam iudico. (e)

(e) CONRADVS - - S. S. M. AEpiscopus - - - Venerabili in Christo fratri, HENRICO Episcopo *Adrimitanensi* salutem in Domino sempiternam. Incumbentibus nobis variis nostris & Ecclesie - - *Mogunt.* negotiis, sic, quod ad ea que Spiritualia sunt, & specialiter illa que Pontificalis ordinis existunt, perficienda — — — personaliter intendere nequeamus, — — — de vestra prudentia & circumspectione quam plurimum confisi, vos in Vicarium nostrum in pontificalibus — — — per presentes constituimus, — — — per terminos *Hassie*, *Sax*. *Westf*. *Thuringie*, & partibus circumvicinis - - - usque ad terminos opidorum *Orba Geylnhusen* & *Buzbach* - - - exclusive, sacros Ordines - - conferre — — — — — — vobis — — — concedimus licentiam, & vices nostras committimus — —

Dantes vobis nihilominus integram potestatem, quoscunque subditos nostros — — a peccatis que vobis in confessione exposuerint, in casibus etiam de iure vel consuetudine nobis specialiter reservatis, non tamen locatione aut ob questum aliquem, sed tantum in foro conscientie — — — absolvendi; ita tamen, quod nullum, qui ad solutionem *Vagarum* restitutionem tenetur, absolvatis, nisi earundem solutione vobis prius facta, quas nobis, aut Magistro fabrice ecclesie - - *Mog*. ad convertendum in pios usus integraliter volumus presentari.

Proviso etiam — —, quod Ecclesias, capellas, seu Altaria, de novo construendas — — — non consecretis (capellis seu altaribus in - - monasteriis religiosarum personarum duntaxat exceptis) nisi prius ad minus usque ad summam *XXV* flor. annualium reddituum dotate fuerint, vel dotata, & super hoc vobis plenaria fides facta. Insuper etiam nullos Clericos ad sacros ordines - - admittatis, nisi prius Beneficia, aut tam pinguia patrimonia, de quibus competenter vivere possint, consecuti sint, & eorum possessionem pacificam & quietam adepti, competenter litterati, ac de eorum litteratura sufficienter per Clericos nostros ad hoc deputatos - - - examinati.

Vos

NICOLAVS *de Wiltperg.*

Offert se nobis 1433 *in Schediasmate historico Immanuelis* WEBERI de PVSTERO veteri Germanorum ad *Herciniam* Idolo *p.* 74. *Charta seq.* (*f*)

HER-

Volumus etiam, quod pro Ordinibus celebrandis nihil penitus exigatis - -, salvo, quod pro labore Litterarum, que *Formate* nuncupantur, nichil amplius quam unus *antiquus Thuronensis*, aut eius valor recipiatur; et quod in eo Decretum sacri *Constant.* Concilii de hac materia editum districtius observetur; adiecto, quod in aliis, ubi viarum & itinerum sumptus requiruntur, solitam procurationem secundum taxam antiquam & consuetam, cum honesto moderamine taliter recipiatis, ut exinde Partes procurantes non graventur. Proviso tamen, quod nullum nostre diocesis Clericum de partibus Reni, sub ditione *Maioris*, SS. *Petri*, *Victoris*, *Marie* in *campis* extra - -, SS. *Mauricii*, & *B. Marie* ad *gradus* intra muros *Mogunt.* SS. *Petri* & *Alexandri Aschaffenburg.* S. *Bartholomei Francof.*, *Moxstadensis*, & B. *Martini Pinguensis* Prepositurarum ad ulteriores sacros ordines sine nostra speciali annuentia & voluntate promovere aliquatenus debeatis, super quibus vestram conscientiam oneramus.

Ne autem debitam executionem predictorum quovis modo casualiter impediri contingat, vobis - - indulgemus, ut effectum sententiarum, cessationem Divinorum & Interdicti, nunc prolatarum seu in futurum ferendarum, — — — — usquead completionem actuum vestri pontificalis officii, illa vice duntaxat, in singulis eorundem actuum locis — — — tollere valeatis, suspendere & relaxare. Premissis usque ad nostram revocationem - - duraturis.

In quorum omnium (*&c.*) *Geismarie* feria 2. proxima post diem S. *Bartholomei* Ap. Anno - - MCCCCXX.

(*f*) NICOLAVS *de* Wiltperg *divina miseratione Episcopus* Vernensis, *Rmique in Christo Patris & Domini nostri* . . CONRADI — — — *in Pontif. Vicarius.* Vniversis & singulis — — — salutem in eo, in quo est vera salus.

Ad

HERMANNVS Episcopus *Citrensis.*

Sacro munere provisus 1435 *a R^mo* THEOD., *ob præclaras virtutes, ad sexennium confirmatur.* (g) *Qua ratione Sacellum inaugurarit* Hoeng. 1444, *charta desuper edita meretur reproduci*

Ad omnium indubitatam deducimus — — notitiam, quod sub Anno - - - MCCCCXXXIII, in Dominica - - - *Cantate*, ex speciali dicti - - Domini *Moguntinensis* commissione, iussu ac mandato, precibus assiduis Nobilis - - D. HENRICI Comitis de *Schvvartzburg* — — invitati, & tandem devicti, Capellam S. *Crucis*, in monte vulgariter *Kuffhusen* sitam, edificio competenti constructam & reformatam, in honorem S. *Crucis*, nec non duo Altaria — — — & Cimiterium - - - contiguum solempni officio, ut moris est, copiosa presente multitudine Christi fidelium, divina nobis cooperante gratia de novo rite consecravimus. (*&c.*)

(g) **Dieterich** rc. Als wir den Wirdigen Herrn **Herman**, Bischoff zu **Citern**, zu unserm **Wyhebischoff** durch unser Land zu **Sachsen**, **Westpfalen**, **Doringen**, und **Hessen** uffgenommen, gesatzt und gemacht han, als sin entphelnis Brieff — — clerlicher usswyset; also hat sich derselbe B. **Herman** - - - bis her also weselich, erberlich, und uffrichticlich gehalten, erzeiget u. bewysen, das wir uns des von yme bedancken, und Jne gerne - - - lenger haben u. behalten wolten. Darumb, und von besundern - - gnaden u. gunsten die wir zu demselben - - - tragen; Und auch, das **er** - - - deste flissiger und williclicher vorgesin, und deme gnug thun moge, so han wir **ime** in dem Wihebischoff Ampt die nehstkunfftigen **Sehs Jar** bestedigt — — — mit diesem brieff; Und wir sollen noch wollen **ine** — — bynnen den - - sehs Jaren nit entsetzen, oder keinen andern Wyhebischoff in den obgen. unsern Landen an sine stat dabynnen machen, - - oder uffnemen - -, als ferre er sich - - - also weselich - - - haltet, das uns nit noit sin werde Jn von solchem Amt zu entsetzen. Alle geverde u. argelist hierin gentzlich ussgescheiden.

Des zu Orkunde rc. Geben zu **Hoeste** am Sambstag nach S. Johanns tag *decoll.* MCCCCXXXVIII.

ex LEVCKF. Antiqq. *Walckenr. p.* 177. (*b*) *Superstes adhuc an.* 1465. *eidem*, 23 *Sept. commisit* Adolfus II *electionem* HERMANNI *Principis* Hassiæ *in Præpositum* Fritzlariensem, ERNESTO de Nataga *surrogati*, *sedulo discutere.*

IOANNES *cognonime* PRÆFECTI. Episcopus *Sironensis.*

Amplo, *eiusdem* ADOLFI 1466. *d.* 23. *Octobris dato diplomate Suffraganeus per* Thur. Westph. Sax. Eichsfeldiam [*quæ prima vice exprimitur*] & Hassiam *constitutus est.* *A.* 1467 *salubriter prospexit ecclesiæ* B. V. *in* Kemnaten. LEVCKF. Walckenr. *p.* 161.

[ANTONIVS Episcopus *Cyrenensis.*]

Isthunc G. HELWICH *in MS. de* Suffraganeis *Mogg. adnumerandum* Erfurtensibus *autumat*, *apponens ei Annum* 1474. *Si vero recogitem*, *quod* CYRENENSIS *Sifridus*, *in Metropoli Suffraganeus*, *obierit A.* 1473. *eique successerit* DIONYSIVS, *itidem* Cyrenensis, (*A.* 1475 *mortuus*) *quapropter* ANTONIVS *iste nobis merito suspectus redditur*; *nisi dubium fortasse solvat consideratio*, *plures huius nominis dari Vrbes Episcopales*; *una nimirum* Cyrenæ *in* Africa, *altera in* Syria, *tertia in* Cypro, *quarta in* Terra sancta. *Prout eas ex ordine recenset*, & *accurate ab invicem distinguit* HENR. *Heister* SYNTAGM. Suffragg. Col. *p.* 101.

BERTOL-

(*b*) Hoc igitur Anno, videl. MCCCCXLIV, octava - - Sept. divina favente clementia, ipsius gratia opitulante, ex larga atque gratiosa concessione R[mi] -- THEODERICI, M. S. Archiepiscopi - - - consecrata est hec Capella in isto loco, qui quondam vulgariter dicebatur *Hoegeiss*, nunc autem ratione patronatus, atque fidelium *innocenter a Latronibus iugulatorum*, & hic in Christo quiescentium, intitulatur Mons hic S. *Marie V. ad peregrinos*, a Reverendo - - Patre - - - HERMANNO Episcopo *Citrensi*, in pontif. vicem gerente R[mi] D. *Moguntini* prefati, in honorem S *Crucis* & *B. M. V.* gloriose. (*cet.*)

BERTOLDVS Episcopus *Pannadensis, ex familia* S. Dominici.

Ceu Vicario istarum regionum in mandatis an. 1476, 17 Apr. dedit Archipræsul DIETHERVS, *pervestigare Oeconomiam Cœnobii Anrod, calamitosa* IOANNIS *de* Iena *profusione in peius quotidie ruentem. Secuto evocatur ad partes Rheni. In* Thuringicis *successit, 26 Iulii*

IOANNES Episcopus *Sironensis.*

Anno 1481 IOANNEM *de* Winthausen, *Abbatem* Burghasungensis *quondam in* Hassia *monasterii*, HERMANNO *sponte abdicanti suffectum, consueto benedixit ritu. Ordinariam suam sedem elegerat Eschwegæ in Conventu Augustinianorum. Post eius obitum acris suborta est* QVÆSTIO *inter Archiep.* BERTOLDVM & CONRADVM Thuss, *Præpositum* St. Mauritii, *uti* Collectorem Cameræ Apostolicæ: * *Ad quemnam ab intestato defuncti hæreditas devolveretur. Tandem erga numeratos Diœcesano 200 flor. amice transacta.* * *v. n. XLIII. supra.*

BERTOLDVS *Pannad. Episcopus*, secundum.

Stationi pristinæ 21 Oct. 1486 readmotus, Eccl. Collegiatæ D. Martini Heilgenst. *quam impense semper coluit, Domum, ad radicem montis prope gradus sitam, per donationem inter vivos, clavibus solenniter traditis contulit An. 1489. officioque Vicariali a se dimisso, vitæ reliquum exegit* Gœttingæ; *ubi, sarcina corporis an. 1494 deposita, sepulturæ locum nactus est in Templo S. Paulini*, [*nunc academico.*]

GEORGIVS FABRI, Eps *Bersabeensis.*

Romanæ Curiæ præsentatus, (*i*) *Pontifice non difficulter annu-*

(*i*) - - - Cum nuper Reverendus in Christo Dominus, *Bertoldus* Eps *Pannadensis*, noster in Pontificalibus per *Thur.* & *Saxon.* nostre dioc. Vicarius senio confectus, ex sui corporis variis infirmi-

annuente in Episcopum sacratur 13 Martii 1490; Functionibus, mox postridie sibi commissis, felix initium dedit benedicendo 27 Martii HERMANNVM de Cortecordt *in* Burghasungen, *qui successerat* Ioanni *de* Winthusen, *Abbatialis illic administrationis pertaeso. A.* 1494. *procedi contra duos Sacerdotes, gravium delictorum reos,* BERTOLDVS mandat. (*k*) *Postero ipsi defertur cura*

---

firmitatibus officio - - - se exonerasset, & nobis, ut ipsi officio provideremus, supplicasset; cumque Catholicum Antistitem, pro exercitio Vicariatus huiusmodi habilem, in nostra diocesi aut eius confinibus commode habere non possimus; — — — Religiosum Fratrem, GEORGIVM FABRI *Ordinis Predicatorum*, Artium & Sacre Theologie Magistrum, sanctimonia vite & doctrina preditum, in communione fidelium existentem, ac alias nobis multipliciter commendatum, pontificali honore decorandum dignum duximus; eumque, quatenus opus est, R^me^ in Christo Patri, Domino RAPHAELI S. R. E. Sancti *Georgii ad Velum aureum* diacono Cardinali, SS^mi^ D. N. Pape Camerario, pro tali nominamus. Rogantes humiliter, dum aliud canonicum non obstet, pro exercitio dicti Vicariatus ipsum Georgium in Episcopum promoveri.

Et ne d. GEORGIVS, quatenus eum munere S. Apostolice sedis promoveri contingat, in victualibus defectum patiatur, ac ut statum decenter tenere valeat, harum serie pensionem annuam *ducentorum flor. auri Rhenensis*, singulis annis quoad vixerit, in festo Pentecostes inque opido nostro *Heilgenstat* persolvendam, super omnibus . . redditibus & proventibus in opido nostro *Erffordensi* nobis & Ecclesie nostre cedentibus, reservamus, constituimus & assignamus. (&c.) In quorum — — — VI. Decembris MCCCCLXXXIX.

(*k*) REVERENDIS in Christo Patribus, *Numburgensi, Bersabeensi* ac *Pannadensi* Episcopis, nec non Venerabilibus & Religiosis, *Montis* S. *Petri*, & S. *Iacobi* Scotorum *Erffordie*, & in *Reynhartsborn*, Ord. S. *Benedicti* - - - Abbatibus - - - salutem in Domino sempiternam.

Quia pro parte Illustris Principis, Dni GEORGII Ducis *Saxonie*, Lantgravii *Thuringie* & Marchionis *Misnie*; ac quorundam

cūra animarum & gubernatio populi parœiæ Geifmar. *Demum* 1497 IOANNEM Meyer, *electum* Cœnobii Breidenavienfis *inauguravit Abbatem.*

(*Tom. IV.*) Llll IOAN-

dam Nobilium, & hominum in *Sunthufen* commorantium, de IOHANNE *Weifs*, in *Heigerod*, & VALENTINO *Sartoris* in *Sunthufen* - - - parochialium ecclefiarum Rectoribus presbyteris, Crimina quedam nobis delata funt adeo gravia, ut tranfire indifcuffa non debeant; Nos igitur, arduis S. R. I. ac - - Ecclefie noftre - - prepediti negotiis, examinationi & decifioni Caufarum huiusmodi perfonaliter intereffe nequientes, Vobis, de quorum integritate & prudentia plenam gerimus fiduciam, Caufas huiusmodi, cum omnibus & fingulis earum emergentibus, incidentibus, dependentibus, annexis & connexis audiendas, examinandas, decidendas, & fine debito terminandas committimus per prefentes. Vos hortantes - - , quatenus vos, vel quinque aut quatuor veftrum, contra dictos *Iohannem* & *Valentinum*, fi de criminibus contra eos proponendis confeffi, aut legitime convicti fuerint, ad depofitionis, &, fi qualitas criminum exegerit, etiam ad degradationis actualis penas, iuxta indulti Apoftolici nobis defuper conceffi [cuius tenor inferius eft infertus *] continentiam atque formam, ac alias prout iuris & moris fuerit, procedatis, & iuftitiam adminiftretis.

Datum *Antverpie* noftro fub Sigillo. Die XIX menfis Octobris MCCCCXCIV.

* INNOCENTIVS *PP. VIII.* Venerabilis frater — — — Supplicari nobis humiliter fecifti, ut, cum numerus Epifcoporum, qui in degradatione ecclefiafticarum perfonarum de iure requiritur, in iftis partibus non facile haberi poffit, dignaremur concedere, ut per minorem Epifcoporum numerum — —; Nos, ne delicta remaneant impunita, tibi, quod duo Epifcopi five Suffraganei, una cum duobus vel tribus Abbatibus ad degradationem Presbyterorum & Clericorum, quociens illorum Exceffus id exegerint, loco eorum qui de iure in degradationibus huiusmodi intervenire debent, procedere poffint; quodque degradationes, que fi fient, valide & efficaces exiftant, perinde acfi cum requifito Epifcoporum numero facte fuiffent, tenore prefentium concedimus, pariter & indulgemus. — — —

Datum *Rome* — — — die IV. Aprilis MCCCCLXXXXII. Pontificatus - - VIII.

IOANNES BONEMILCH
Ep. *Sidonensis*,

Communiter dictus de LASPHE, *municipio Comitum* Witgensteinensium. *Litteris* BERTOLDI *praesentatitiis* (1497, *Oct.* 14) *ad* Alexandrum VI, *audit* Theologiæ Doctor. *Sacratus 17. Ian.* 1498, *secuto 99.* Heilgenstadii *Ædem* S. Martini *reconciliavit ad cautelam. Vestales parthenonum:* Wend, Garden, Hockeln, Wibershausen & Osterod, *a vivendi norma declinantes, in semitam reduxit. A.* 1504 *Chorum ecclesiæ* D. Magni *apud Leuthorst:* 1505 *istum, quem Virgines in* Capplendorf *statuerant, divino praeparavit cultui. Percelebris Monasteriorum Reformator, idem agressus est* * *salubre negotium* Homburgi, *quoad Cœnobitas familiæ* S. Benedicti; *Cumque Archiepiscopus praevideret, operam heic exigi non mediocrem; Suffraganeo in subsidium associati sunt:* IOANNES Reinhartsb. IOANNES Oldensleubensis, *bini Abbates; Sigillifer* IOANNES *de* Someringen, & IACOBVS Doleatoris, *S. Severi Decanus.*

* 1507.

☙ *Noster A.* 1510, *vicariali munere ante biennium abdicato.*

PAVLVS HVTHENN
Ep. *Ascalonensis.*

Mitram ut capesseret, supplex a Iulio II. *petiit* IACOBVS *A.* 1508, * *sancti Patris determinatio, numne ob cito nimis interveniens optimi Principis fatum* † *manserit suspensa, in medio relinquimus. Liber provisionum* VRIELIS *de Suffraganeatu dicit nihil. Secus quoad* ALBERTVM, *spartam* PAVLO *delegantem A.* 1515, *die Sept.* 17; *Virtute cuius expiare debuisset ecclesiam* D. Nicolai WARTBERGÆ, *ac finitimas, sacrilego Impiorum ausu temeratas: Quia vero tutum ad ista loca non patebat iter,* Albertus *negotii curam commisit Episcopo* Paderb., *quatenus vel Ipse, vel per Vicarium exequeretur. Sacellum, a Senatu* Erfurt. *iuxta castrum* Mühlberg *nuper constructum, dicavit in*

* 12 Sept.
† 15 Sept.

in Persona. Religionis zelo prælucens, hæreticæ pravitatis Inquisitor nominari meruit A. 1517. *Anno ad exitum vergente obierat* IOANNES Sodel, *Abbas in* Capella, * *cuius digno Successori benedictionis impertivit munus. Plura de Eo haud succurrunt, etsi lustra adhuc tria in humanis egerit.* * v. T. I. p. 148.

„ Post cuius mortem [*ita MS.*] vacavit Suffraganeatus „ multis annis, propter Lutheranismum in urbe & territorio „ Erfurt. invalescentem, omniaque turbantem: maxime cum „ Rustici, connivente Senatu, ad undecim mille Monasteria, „ curias & domos privatas Clericorum spoliassent, & omnia „ susque deque vertissent.

Ne tamen episcopalium administratio deficeret, iis accurandis Præsules aliunde vocati adhibentur. a) BENEDICTVS, † b) IOANNES. †† *Quorum iusta officii sunt consecuti*, a) *Ioannes* VRSEL, *Bursfeld.* b) Thomas STANG, *Ilfeltensis.* *

† *Suffrag.* Paderb. †† Halberst.
* *Antecessor eius fuit* BERNARDVS de Mitschefall:

WOLFGANGVS WESTERMEIER,
de Ingolstadt, *Ascalonens.* Episcopus.

Nomenclatura Erfurto *accepta, initialem ipsi tribuit Annum* 1547; *de Gestis hoc unicum habemus, quod* 1556 *Infula ornarit* RVMBOLDVM *Abbatem* Gerodensem. *Electio peragebatur* Heilgenstadii, *cui præsedit* REINERVS, *Abbas princeps* Corbeiæ. *Deputati* Moguntini *erant* WILHELMVS Prediger *Decanus*, & ALEXANDER Kindervatter, *Collegiatæ D. Martini Scholasticus.*

Mortem obiit D. Wolffgangus *anno* 1568. *d.* 31. *Maii. Vacat annis decem.*

NICOLAVS ELGARDVS,
Episcopus *Ascalonensis.*

Primum sacellanus aulicus, dein Ecclesiæ B. V. Erfurti

Cantor. Dignus Celsmo DANIELI *AEpiscopo visus, cui tanti ponderis munus delegaret, Litteris* [Hassiam Thur. Eichsf. & Sax. *exprimentibus*] 1578. *Febr.* 3. *signatis. Anno* 1585 *iustos ab eo consecuti bonores sunt a*) HERMANNVS *in* Reiffenstein, *succedens* HENRICO, *b*) IODOCVS, *suprad°* Rumboldo. *Animam Creatori reddidit* 1587, III. *m. Augusti. Vacat annis XX. Eximia Præsulis talenta, meritaque per synopsin adumbrante* BERTELIO Hist. Luxemb. *p.* 151 *bis verbis:*

„ Non procul ab *Arluno* pagus extat *Elcheradt*, idcirco nobis „ cum gratulatione commiscendus, quod nostro seculo ex se Virum protulerit, laudis & gloriæ valde venerandum. Is fuit „ D. NICOLAVS *Elcheradt*, qui, cum inter verbi divini præcones in Germania celeberrimus haberetur, sua prædicatione „ doctissima non paucos ex hæreseon laqueis & peccatorum sordibus ad saniorem credendi normam & sanctioris vitæ rationem educeret, eius fama sese indies magis dilatante, fuit ab „ Episcopo *Erfordiensi* * Reverendissimo, in suffraganeum assumptus. In qua functione cum strenue admodum, omnium „ bonorum calculo ad multarum animarum profectum, & Ecclesiæ Christi gloriam laboraret, morte præventus immatura, „ circa annum *ætatis* suæ *quadragesimum* obiit, magnum sui „ desiderium relinquens. Scripsit inter alia ingenii & scienriæ „ suæ monimenta librum quendam, insigni stylo germanice compositum, quem de *Virginitate* sive laude Virginum titulo prænotavit.

* *quam inepte.*

VALENTINVS ÆTHIOPS,
Episcopus *Ascalonensis.*

Vitæ curriculum, ex ipso Monasterio cui ad S. PETRVM Erfordiæ *præfuit nobis oblatum, exhibemus.*

„ V. Æ. alias *Mohr*, anno 1562 d. 13 Decembris - - in Comitatu *Schwartzburgensi*, pago *Hornhausen*, patre Ludimagistro Lutheranus natus est. Circa annum ætatis XIV. *Arnstadium* ad scholas missus, ex iis laureatus Poeta & excellens „ Musicus evasit. Ad Academiam *Erford.* altioribus studiis operam daturus, R. D. *Nicolaus* ELGARDVS tunc temporis „ Suffraganeus, vir zelo Dei plenus, ordinarias conciones in „ basilica Mariana peragebat, quas frequentare VALENTINVS solitus

„ solitus erat; iisque tandem per Dei gratiam ita intellectu il-
„ luminatus, cordeque permotus est, ut relicto Lutheranismo
„ coram eo professionem Catholicæ fidei fecerit, & paulo post
„ pro obtinendo habitu *Benedictino* institerit: Quo, 1585. fe-
„ sto S. *Michaelis* donatus, exacto novitiatus tempore, eadem
„ die solenniter professus est.

„ Anno 1587 in quadragesima omnes sacros ordines a præ-
„ fato - - Suffraganeo accepit, & feria 2. Pentecostes primitias
„ celebravit; tamque exemplariter vixit, ut an. 1595 a R. D.
„ Andrea Abbate, Prior conventualis denominatus fuerit.
„ Quo officio rite perfunctus, an. 1598., mortuo Prælato suo
„ per legitimam electionem * substitui meruit, - - - Postea * 10. Aug.
„ *Moguntiam* profectus, die prima Nov. benedictionem abba-
„ tialem - - in monasterio *S. Iacobi* a R. D. Stephano *We-*
„ *bero* Epo *Mysiensi* & Suffraganeo *Mogunt.*, assistentibus DD.
„ Abbatibus *Selgenstad.* & *Iacobino* adeptus fuit.

„ Anno demum 1605 Rmus Io. Svicardvs Elector ipsum
„ in Episcopum *Ascalonensem* & Suffraganeum *Erfordiæ* destina-
„ vit. In quo munere a Pavlo Papa *V.* confirmatus, 1607
„ Iulii 8. ab ipsomet Archiepiscopo *Aschaffenburgi* in ecclesia col-
„ legiata consecratus est. Sed sacros ordines non nisi una vice
„ contulit. Valetudinarius namque post factus, lentaque tabe
„ exhaustus, præmatura morte, Episcopatus anno mox secun-
„ do, scilicet 1608. die Octobris 21 decessit, & in sacello S. *Ca-*
„ *tharinæ*, tunc in extremitate Templi existente, sepulchro
„ condigno, quod sibi vivus adaptaverat, Episcopali more ho-
„ norifice tumulatus est.

„ Erat vir doctus & prudens, semper memor suæ pristinæ
„ conditionis tenuioris. Hinc in dignitate constitutus nec ar-
„ rogans, nec superbus, nec avarus. Ad Religiosos suos de-
„ bitum semper respectum habuit, ipsisque benigne & largiter
„ cuncta licita indulsit. Monasterium autem sibi commissum,
„ intus discreta disciplina regulari, elegantibusque picturis de-
„ coravit, extra structuris ornavit, proventibusque pro posse
„ adauxit.

CORNELIVS GOBELIVS, Episcopus *Ascalonensis.*

Patria Trevir. *Lucem aspexit* 1570 *d.* 7. *Nov. Sacerdos ordinatus est* Romæ 1596. *In Collegio Germanico postquam philosophiæ tum Theologiæ studiis gnaviter insudasset, fama doctrinæ & virtutis ita fecit acceptum, ut PP.* Clemens *VIII*, Moguntiam *promotionis ergo tendentem, Commendatitiis* (*l*) *ad* WOLFGANGVM

(*l*) VENERABILIS FRATER — — — Quemadmodum omni cura & studio iis de rebus laborandum nobis esse intelligimus, quæ ad commune Catholicæ ecclesiæ bonum spectant, ita nullam huius boni quærendi, & consequendi opportunitatem prætermittendam esse iudicamus. Quoniam vero *Frtem tuam* exploratissimum habere certo scimus, ipsamque experientiam iam sæpe declarasse constat, plerosque Germanici Collegii adolescentes, insigni doctrina ac virtute præditos, posteaquam confectis in Vrbe studiis sese in Germaniam receperunt, plurimum Romanæ Ecclesiæ, ac populis quibuscum degerunt, tum vitæ exemplo, tum docendi facultate profuisse; magnaque spes est, egregie istic Catholicorum rebus & animarum saluti consultum iri, si ex Iuvenibus, artium ac pietatis disciplina excultis, lectissimi quique ad maxime necessarias ecclesiarum partes isthic gerendas asciscantur;

Nos sane cupientes ecclesiam & Diœcesim tuam, non solum amplitudine ditionis, sed etiam populorum frequentia, ac nobilitate celebrem, quam plurimis hoc virtutum genere cumulatis viris, ad divinæ gloriæ & catholicæ fidei propagationem abundare; idcirco hoc tempore dilectum filium CORNELIVM *Gobelium*, Clericum *Trevirensem*, Collegii Germanici Alumnum, spectatæ eruditionis & probitatis virum *Fti T.* commendandum esse existimavimus; ab ea vehementer postulantes, ut eundem *Cornelium*, cuius operam ac virtutem in Diœcesi tua permagno usu fore nobis pollicemur, aliquo Canonicatu, aut sacerdotio, unde commode & honeste vivat, tam propense ornandum suscipiat, quam libenter ipsi eorum negotia tueremur, quibus *F. T.* officium suæ apud nos commendationis impertisset. Non

GVM *prævenire sit dignatus. Quibus instructus*, Moguntiæ, *cum advenerat, facillimum habuit accessum, & gratiam Archipræsulis, a quo de præbenda* D. Petri *provisus* 1597. Wolffgangi *favorem* IO. SVICARDVS *Beneficiis pluribus auxit: Anno namque* 1606 *Sigillifer & Consil. Ecclesiasticus*, 1608 *Provicarius Generalis ab Eo decernitur. Canonicatibus binis, uno ad B. V.* Moguntiæ; *altero, una cum Præpositura B. V.* Erfurti, *in cumulum gratiarum adiectis. Magnis itaque passibus ad altiora festinans, A.* 1610. *XX. Sept. spirituali connubio* Ascalonensi *iunctus ecclesiæ, Kal. Nov. Suffraganeus per Thuringiam - - - ordinatur. Ast muneris, pro gloria* DEI *& Reipublicæ christianæ vix occepti, cursum Mors dira sistit, Præsulem ex insidiis aggressa: Dum enim in plena Sacrorum functione detinetur* Heilgenstadii, *acutissima febri mox erumpente prostratus, post gravem luctam succubuit, piamque exhalavit animam* 5. *Iunii* 1611, *ætatis XL. Huius tragici casus circumstantias perscribit ipsemet, apud quem divertit, Hospes, Epistola (m)*

Fratres

Non sumus hac in re longiores, freti singulari tua erga nos observantia, & summa cupiditate nobis quibuscunque in rebus libenter, studioseque obsequendi. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* sub annulo Piscatoris die quinta Novembris MDXCVI. Pontificatus nostri Anno quinto.

M. VESTIVS *Barbianus.*

(*m*) *Directa est ad* ADAMVM Conradi, *Canonicum* S. *Petri* Moguntiæ.

Ehrwürdiger — — — Mit hochbetrübten gemüt füge E. E. zu wissen, das der Hochwürdige in GOtt Vatter u. Herr, CORN. GOBELIVS, Episcopus *Ascal.* & Suffraganeus *Erford.*, nach dem J. G. mit consecrirung etlicher Kirchen, Altarien und Kirchhöfen, auch Confirmation vieler Leute, und Ordination etliche Actus episcopales summo bono & ædificatione totius populi uff diesem Lande des Eichsfelds verrichtet, in nechst verwichenen heiligen Pfingst Feyertägen sich etwas übel befunden; allein weil Sie vermeint,

Fratres Cornelio *fuere quatuor.* MARTINVS, *natus* 22 *Oct.* 1556. Spiræ *ad* S. Germanum *Canonicus*, & B. V. Wormatiæ

meint, es ein übergang, und - - heuriger ausgestandener Schwachheiten wäre, keinen Medicum, wiewol steiff darzu geraten, brauchen wollen, bis lang sie post Ordinationes in proximis Angariis, Sabbato videlicet post Pentecosten factas, sich gahr zu Bette gelegt, febri maligna & pestilentiali corripiret. Und nachdem Sie in festo Corporis Christi mit den Heil. Sacramenten Eucharistiæ & extremæ unctionis versehen, auch daruff alsbalden — — — Ihr nuncupativum Testamentum gemacht, heut Sontags, ipso die S. *Bonifacii* in meridie zwischen 11 u. 12 Uhren das zeitlich Leben geendiget. — — — —

Ob man nuhn wohl, nachdem sich die Schwacheit etwas vermehret, zwey Medicos so am nechsten gesessen gewesen, bekommen, (nam hoc loci summa penuria medicorum & pharmacopoliorum est,) über das auch den berümten - - D. Hirßberg, und noch einen andern zu Erffurt consulirt, hatt doch vis morbi also überhand genommen, daß leider kein Helffen gewesen. Woher aber dieser morbus contagiosus contrahiret, kan ich eigentlich nit wissen; allein daß bey der Confirmation aller Orten sich eine grose anzahl Volcks befunden, daß es bey zeiten in Kirchen einen übeln Geschmack geben; dahero vileicht diese infectio causirt seyn möchte. Und ist seiter dem dieser morbus weiter eingerissen, und wol 2. oder 3. Häuser hieselbst in der Stadt occupirt. In meiner habitation aber, darin J. H. uns das Valete gegeben, und bis zur Sepultur noch ruhen, ist keine weitere Contagion vermercket. — — —

J. H. haben zwar ein gottseliges, iedoch schweres Ende genommen; dann Sie den ersten paroxismum epilepticum des Freytags zuvor in meridie bekommen, und deren über zwölffe ausgestanden; welches Purgatorium der liebe GOtt Ihr uff dieser Welt zuvor zugeschickt, ut in futuro seculo haud dubie æterna retributione compensaret. (*&c.*) Datum Heilgenstadt am tag *Bonifacii* anno 1611.

Rudolff von Hiddesen,
Commissarius des Eichsfelds.

matiæ 1597 *Decanus.* CHRISTOPHORVS, *Collegii Germanici alumnus Romæ, dum studiis fervide navat, Canonicatum ad* S. Andream Worm. *obtinens, ipsa in alma Vrbe mortem oppetiit X. Sept.* 1599, *æt.* XXII. IOHANNES HENRICVS, Ratisbonnam *ad Comitia Imp. A.* 1613. *Electoris* Trevir. *Legatus, in itinere* Francofurti, *13. Iunii leto præventus est.* HVBERTVS, *Divi* Ferdinandi II *Consiliarius, ob probatam abunde turbulentissimis istis temporibus fidem, ab Augustissimo ad Equestrem dignitatem evectus, variisque privilegiis, tam personalibus quam hæreditariis auctus, Diplomate, XII. Nov.* 1635 *exarato. Filios post se reliquit duos,* IO. HENRICVM Iuniorem, & CORNELIVM, *utrumque Consiliarium Cæs. & Archiducalem, dominos in* Weilersbach. * *Horum postremus, Cels^mi^* Bamberg. *Consil. Intimus, ad Tractatus Pacis A.* 164.. *Legatus,* † *12. Iulii* 1654, *æt. 42. Primus vero, Consil.* Trevir. *sanctior, crebra legatione ad Cæsarem, summos Principes, Imperiique Comitia perfunctus,* Augustæ Trev. *Prætor,* † 1662 *æt.* 53.

* Castrum, cum villis Ober= Nieder & Mittelweilersbach, *in Franconia,* quibus bini fratres, ceu Feudo masculino *Bamb.* [morte WOLFGANGI THEOD. de *Zetvvitz* aperto] investiebantur, 7. Aug. 1641. Stirpe acquirentium in filio & respective nepote extincta, ad Ecclesiam rediit, deinceps, nova LOTH. FRANCISCI gratia, familiæ *Karg* de *Bebenburg* collatum.

CHRISTOPHORVS WEBERVS.

Conferre inprimis iuvabit, quæ retulimus in ELENCHO Decanorum *Aschaffenb.* T. II. *p.* 366. *Supplemus nunc epocham eius ad hanc Prælaturam electionis,* [*fortuito illic omissam,*] *videlicet* 1603. *XXX. Ian. Fastigio episcopali, sub titulo* ASCALONENSIS, 1616 *IV. Maii ex Decreto* IO. SVICARDI *feliciter conscenso,* Erfurtum *m. Septembri tendens, ibidem appulsus, feria tertia Nativ. Christi* IOANNEM, S. Michaelis: *nec non* IOANNEM Rudolphi, *ad* S. *Godhardum, binos Hildesii neo Abbates, in* Monte Petrino: *uti &* 1619 HENRICVM *de* Aschenbroich, *Electum* Corbeiæ, *per manus impositionem stabilivit.*

livit. Anno elapso 1618 *accersitus* Moguntiam, *ut* STEPHANO Mysiensi, (*patruo*) *ætate fesso*, *vicariam navaret operam. Post cuius sancti Præsulis* 1622. *obitum*, *functiones ea qua solitus est industria*, *exercuit a* 30 *Augusti ad Pentecosten anni sequentis; reconciliando inter cetera Altare maius Canoniæ* Ilbenst., *anno* 1124 *una cum eadem erectum*, *dedicatumque; funestis autem tricennalis Belli tumultibus per* Mansfeldicos *Grassatores semel iterumque destructum.*

Ex Rheni tractu domum reversus, *Clade Cæsareanis ad* Lipsiam *inflicta* 1631, *profugit* Moguntiam: *Vnde* [*Suecis hanc metropolim d. Decembris 23 occupantibus*] *asylum quærebat* Coloniæ; *ubi*, *priusquam pax coalesceret in Terris*, *æternam reperit in* Cœlis 1633. *XVIII Apr.*

WOLTHERVS HENRICVS *de* STREVESDORF.

Bulla Vrbani VIII *d. 1. Octobris* 1634 *Cathedræ*, *itidem* Ascalonensi, *præficitur.* Coloniæ *inauguratus ministerio Suffraganei* Paderborn., *permissu ordinarii ad requisitionem* Moguntini *haud gravatim obtento.* (*n*) Suscepti *muneris auspicia ipsemet Rmus propria*

(*n*) Unser freundlich Dienst, und was Wir mehr liebs u. guets vermögen zuvor, **Erwürdigster in GOtt**, besonder lieber Herr u. Freundt.

Wir haben aus E. L. vom 2. dieses uns gestrigen abends einkommenen Schreiben mit mehrerem verstanden, welcher gestalt Dieselbe den Erwürdigen, **Wolther Henrich Strevesdorff**, Ordinis Eremitarum S. *Augustini* Professum Theologum, zu Ihrem und Ihres Ertzstiffts im land zu **Thüringen** u. **Eichsfeld** zu **Erffurt** residirenden Vicarium in pontificalibus generalem verordnet, und diesfals den gehörigen actum consecrationis vermög albereits ertheilter Brevium apostolicorum gegen nechst einstehenden Sontag verrichten zu lassen entschlossen; mit fr. begehren, wir als diesmals Metropolitanus, unserm alhier anwesenden Suffraganeo *Pader-*

propria manu libro Suffragan. consignata nobis reliquit; eo proin digniora, quae hic transcribantur.

„ Cum (*ait*) divina sic opitulante gratia, ego Sacerdo-
„ tum minimus anno 1633. 26 Iunii in locum Rmi D. *Weberi*,
„ *Coloniae* defuncti & *apud Dominicanos sepulti*, * ab Emo Prin- * v. T. II. p. 367.
„ cipe ANS. CAS. denominatus — — — fuerim, atque
„ inde - - 15 Dec. *Erfurtum* pervenerim, librosque supersti-
„ tes exquisiverim, qui sacrum Ordinationis munus concerne-
„ bant, nihil tamen singulare adipisci potuerim, nisi 8. Febr.
„ 1636 hunc librum; et quidem quae nanciscebar, confuse
„ satis in libro hoc dispersa erant. Ne igitur nomina ordina-

Mmm mm 2 „ torum

Paderbornensi alsolchen Actum gebührend zu vollbringen, concession ertheilen wollten.

Wie nuhn wir allbereits vor einlangung E. L. schreibens, auff bey uns mündlich beschehenes vorbringen, solche concession gewilligt, also were es E. L. selbst weiterer behelligung darunter unnötig gewesen; und seinth Deroselben in mehrerem freundlich zu willfahren, wie sonsten iederzeit annehmliche dienst und freundschafft zu erweisen geneigt. Geben in unser Statt Bonn den 5. Ianuarii 1635.

Ferdinand v. G. G. Ertzbischoff zu Cöllen und Churfürst, Bischoff zu Paderborn, Münster u. Lüttig, Administrator der Stiffter Hildesheim, Berchtesgaden u. Stabul, Pfaltzgraff bey Rhein, Hertzog in Ober und Nieder Beyern, Westphalen, Engern u. Boullion, Marggraf zu Francimond.

E. L.

Dienstwilliger treuer Freunt und
Bruder allezeit.

FERDINAND.

Dem Erwürdigsten - - Herren Anselm Casimir E. zu M. (2c.)

IO. *Schönheim.*

„ torum perirent, hæc infrascripta, ex viginti & amplius „ chartulis collecta in ordinem redegi. Signabam 1636, die „ 24 Febr. — — *Subnectitur nomenclatura initiatorum a D.* „ Webero; *et postquam insecutum eius discessum paucis commemo-* „ *ravit, diœcesinque* Erfordianam *mansisse Suffraganeo orbatam* „ *usque ad annum* 1635, *ita pergit:*

„ Anno 1635 die 7. Ian. fui ego *Woltherus Henr. a* STREVESDORFF, *Novesiensis*, SS. T. D. & ordinarius *Coloniæ* „ Professor, in ecclesia mei Ordinis, scilicet *Eremitarum* S. „ *Augustini*, consecratus in Episcopum *Ascalonensem* a Rmo Pa- „ tre IOANNE *Pelkingio* Ep. *Cardicensi*, ex Ordine Conven- „ tualium S. *Francisci* assumpto. Assistentes privilegio Apo- „ stolico fuerunt RR. DD. & PP., Abbas S. *Martini maioris* „ in *Colonia*, † & Abbas S. *Heriberti* in *Deutz*. Interfuit „ consecrationi *Celsitudo* suamet, cum Illmo Episcopo *Wormat*.*

† HENR. LIBLAR.
* GEORG ANTON.

„ Observandum est hoc loco, quod quatuor Ordinum „ Mendicantium, Conventus *Colonienses*, Alumnos sive pro- „ fessos & Doctores habuerint, singuli ad Episcopatus & Suf- „ fraganeatus Rmor. Principum uno eodemque tempore pro- „ motos. Sunt autem hi in perpetuam rei memoriam descri- „ pti. R. D. OTTO *Senheim*, Episcopus *Azotensis*, fuit Suf- „ fraganeus *Trevirensis*, ex Ordine *Dominicanorum*. R. D. „ Io. *Pelkingius* Ep. *Cardicensis*, ex ordine Conventualium S. „ *Francisci*, Suffraganeus fuit *Paderb*. R. D. GASPAR *Mün-* „ *sterus*, *Eiflius*, Ep. *Tessalonicensis*, ex ordine *Carmelitarum* „ *B. M. V.* Suffraganeus *Osnabrug*: Me quoque indignum H. „ W. *a Strevesdorff* - - habuit Ordo *Erem.* S. *Augustini* - - „ Episcopum *Ascalon.*, Suffraganeum Emi Principis Electoris „ MOGVNTINI *Erfordiensem*.

„ Et quia Rmus Archieps *Cyrenensis* Suffraganeus *Colon.* „ OTTO *Gereon* de *Gutmannis* infirmitate detinebatur aliquali, „ commisit mihi *Coloniæ* sacramentum Confirmationis, & Or- „ dinum auctoritatem conferendi. Itaque a me - - - initiati „ sunt anno 1635 die 28 Febr. in ecclesia S. *Augustini* centum

„ viginti

„ viginti & unus. Prima vero Martii duo Nobiles, 2 & 3 „ eiusdem mensis quingenti & 38 (&c.) Aprilis quinta conse„ cravi chrisma *Coloniæ*, quod ad *Thuringiæ* partes detuli Deo „ favente 1635 a 20 Novemb. usque ad 15 Dec. — — —.

„ Ipso festo S. *Catharinæ* an. 1635 in Monasterio S. *Be*„ *nedicti*, dicto *Graffschafft*, impertivi benedictionem abbatia„ lem R. Patri IOANNI *Wort.* Inde *Corbacum* veni, qui locus „ Comitibus *de Waldeck* subest, iurisdictionis vero *Moganti*„ *næ*; ibidem clam sacrum Missæ officium pluries peregi, con„ secravique duo *portatilia* pro Priore in *Glindfeld*, Ordinis „ *Cruciferorum*.

„ Anno 1636 ipso *Epiphaniæ* consecravi Altare parochiale, „ *Erfurti* in medio Templi S. *Severi* situm - - - - Fuit autem „ hoc altare an. 1485 - - - per R. D. *Ioannem* Episcopum *Sy*„ *ronensem*, - - - AEpiscopi *Mog.* BERTHOLDI Vicarium „ - - - consecratum; verum 1633, dum *Sueci* dominarentur, „ plane destructum, opera . . parochianorum restauratum, „ procurante clarissimo D. IOANNE *Dresano*, & aliis piis „ patronis.

„ Anno 1636 XIX. Maii in ecclesia S. *Bened.* Montis Pe„ tri *Erfurti*, impertivi benedictionem . . A. R. D. NICO„ LAO *Magno Dildenio*, Abbati in *Geroda*, assistentibus - - - „ D. IOANNE *Henningio* Abbate - - S. *Petri*, & D. Abbate „ *Scotiæ*, iam pridem ex *Italia* huc venienti, et ne gratiarum „ actionem verbo vel re præstitit.

„ SVECIS *anno postero agrum* Erfurtensem *infestantibus*, „ Coloniam *remeavit Noster*; *ubi Kal. Nov. potitus est Præpositura*, „ nuncupata *Geling*, a pluribus iam annis certo modo vacante „ *Tam insignis Præbendæ Collator fuit* „ MARTIVS „ tit. S. *Angeli* in *foro Piscium* Diaconus Cardinalis GINET„ TI, ad Sereniss. Dominum *Ferdinandum III.* Romanorum „ Regem in Imperatorem electum, & alios Reges, nec non „ Respublicas, aliosque Principes maioris potentiæ, eorum„ que Regna, provincias, dominia, civitates, terras & loca eis

„ adiacentia, a SSmo . . . VRBANO Papa *VIII.* de latere
„ Legatus.

Anno 1639 *suffraganeus explevit vices* Leodii, *per menses* XIII. *A.* 1641. *adstitit* FRANCISCO WILHELMO Osnabrugensi, GEORGIVM PAVLVM Stravium, *d. Febr. 17* Bonnæ *in Episcopum* Ioppensem * *solenni cerimonia consecranti.*

* *vulgo* Iaffa, *Urbs* Palæstinæ *ad mare Mediterraneum, sub Patriarcha Hierosolymitano.*

Variis igitur Diœcesibus ea temporum caligine obambulatis; contigit (an. 1644) Suffraganeum in Rheni partibus, AMBROSIVM Saibæum, *decedere, & ideo Nostrum in Metropolim evocari: Vbi, ceu Ordinarius, usque ad præsentiam* PETRI de Walenburch (1658) *Sacra, labore indefesso peregit.* † *Anno* 1670, *dum* W. *officium resignaret*, Strevesdorffius, *tametsi grandævus ac Emeritus, omnes animi & corporis vires coniunxit, ne quis de minimo suffraganealis operæ defectu conquereretur.*

† *v.* IOANNIS *Vol. II. p.* 450.

Quænam vero fuerit Episcopalium facies Erfurti, *inter annum* 1637. *quo illinc exulavit,* & 1654, *quo Suffraganeus factus est* BARTOLDVS; *sicut & post huius* (1657) *obitum, usque ad* IOANNEM Braffart, (1674) *quid certi asserere non licet.*

Hoc saltem constat, Strevesdorffium *ab anno* 1644 Moguntiæ *vitam traduxisse; quam (existens Scholasticus* D. Petri) *demum clausit* 8. *Maii* 1674, *ætatis* 86.

BARTOLDVS NIHVSIVS,
Episcopus *Mysiensis.*

Rebus Viri celeberrimi (qui ultra duos vix annos præfuit) adumbrandis nos deficeret materia, ni eam Sermo funebris, an. 1657 *a* MELCHIORE Rackebrandt, *Ecclesiæ* B. V. *Erfurti Vicario habitus,* Bartoldi *vitam, fataque singularia ubertim*

tim exponens, opportune suppleret. Vt dignoscantur, magis præcipua summatim ex illo deprompsimus, in sequentibus consistentia:

„ Saxonia inferior, & maxime ea, in cuius gremio Episcopatus *Mindensis* complexus — — —, tam ferax est tamque opulenta, ut talem filium in lucem progerminet. *a)* Natus enim est anno præcedentis seculi 89, & quidem parentibus ingenuitate, honestate morum, & pietate maxime conspicuis. Qui, licet in summo doctrinarum fastigio, uti compertum habemus, non constiterint, sedula tamen opera, ac ingenua inclinatione eo vergebant, ut dilectum filium liberalibus imbuendum artibus traderent.

a) In Comitatu Wolpe *genitum scribit* LEVCKFELDIVS Antiqq. ILFELD. *p. 141, absque alicuius loci nominatione.*

„ Quam diligenter — — ab eis educatus fuerit — — — disciplina ista testatur, quam a primis crepundiis in canam senectutem usque arripuit. Vt paulum provectioris cœpit esse ætatis, prima statim circa annum 1604 liberalium artium posuit rudimenta *b)* — — —

b) Verdæ, *porro* Goslariæ.

„ Vidit illum postea nobilissima Vniversitas *Iulia* — — *c)* Quanta præstiterit ibidem, non proprium sui ipsius eloquium, sed testimonium CORNELII *Martini* Professoris excellentissimi satis patefecit. Cuius in gremio in propria domo, atque adeo in doctrina multo tempore agebat. *d)*

c) Hanc accessit 1607. *d) per Quadriennium.*

„ Vidit illum florentissima *Salana* in urbe *Ienensi* non modo auditorem, sed & variarum scientiarum Magistrum. *e)*

e) Ab anno 1616 Moderator extitit WERNERI & ALBERTI, Pincernarum *de* Flechtingen. LEVCKF. *p. 143.*

Quale specimen facundiæ, doctrinæ, morum, tam in philosophicis naturalibus, quam divinis Theologicis ediderit, id magnorum Principum favor, & singularis ex his studiis ac-

„ quisitus

„ quiſitus affectus erga *Bartoldum* ſatis ſuperque declaravit.
„ Principes enim - - cum proles ſuas maſculas - - ſummo-
„ pere diligant, ita & eas omni virtutum genere & doctrinæ
„ nituntur erudire, & per conſequens neceſſario Moderato-
„ rem conſtituunt eo docendi munere exercitatiſſimum.

„ Talis erat parens Principum modernorum SAXONIÆ
„ ex linea *Vinarienſi*, — — — qui, uti ſedulo ſalutem filio-
„ rum ſuorum curabat, ſic ſalutiferum & bonorum morum
„ Magiſtrum ex millibus Academiæ *Salanæ* elegit NIHVSIVM.
Quanta ſuavitate, partim tamen, quod decet, au-
„ ſteritate permixta tenellas iſtas arbores, fructum tamen pol-
„ licentes inſignem, lineæ *Vinarienſis* eduxerit, *f*) quam fœ-
„ cundo doctrinæ rore irroraverit easdem, non denegabit ru-
„ mor, ab omnibus ſparſus de ſingulari amore Principum er-
„ ga ipſum; et ipſa, ſi forte obitus ad eorundem aures perve-
„ nerit, commiſeratio mortis patefaciet.

f) *Hi fuere* ERNESTVS, BERNARDVS *atque* FRIDERICVS, *quorum educationem continuavit in annum 1622.*

„ Vnum tamen deerat ipſi, quod et maturo animo, &
„ anxie & prudenter meditabatur; quod nimirum, cum in
„ veritate Eccleſiæ Catholicæ nequaquam ambularet, *igne*
„ cœleſti a S. Paracleto Septiformi emiſſo irradiaretur, ut ob-
„ iectum veræ Eccleſiæ lumen in lumine contemplaretur. Qua
„ ratione ad anxiam illam, & ſalutiferam de vera Fide con-
„ templationem perveniret, ipſimet eius Contubernales anſam
„ præbuerunt; dum, quod ipſe ſæpe aiebat, ſtultis inter ſe
„ diſceptationibus, etiam de propriæ Religionis præcipuis
„ punctis decertarent; & in ſua religione, quod tamen maxi-
„ mum eſt, unanimes non eſſent. Dedit etiam anſam, quod
„ in concepta Catholica fide confirmaretur, CROMAIERVS
„ quidam, inſignis Concionator *Vinarienſis*, cuius fuſam,
„ *Hypodigmatis Sect.* 42, mentionem facit.

„ Ergo movebatur *Bartoldus* ad arripiendum Eccleſiæ
„ Romanæ lumen; ſed quomodo arriperet, profecto ſi ſub
„ tutori-

„ tutoribus ac acerrimis alienæ religionis defensoribus arri-
„ puisset, forte vel vi, aut alio deletionis genere fuisset ex-
„ tinctum. — — — — Abiit — — ad florentissimam *V-*
„ *biorum* Vniversitatem *Coloniæ Agrippinæ* — — — Ibi, cum
„ de vera Ecclesia uberius esset instructus, publice Fidem an-
„ tiquissimam, — — — ardentissimis votis exoptatam, in
„ Collegio Conversorum arripuit, g) professus est, & in fi-
„ nem usque constantissime servavit.

g) ANNO 1622: *Instructore* LEONARDO Mario *S. I. Et mox adversus* GEORGIVM Calixtum *&* CONRADVM Hornejum *Theologos* Helmstad. *acuere calamum cœpit.*

„ Inde occasione data rediens venit in patriam suam. —
„ — — — Poterat tunc exultare - - - ILFELDA, iuxta
„ *Hercyniam* silvam sita, nunc autem in aliorum manus de-
„ lapsa, cuius Præpositus prima statim fronte denominatus
„ est. h) — — — — Securus erat ILFELDÆ *Nihusius*,
„ - - - secure ibidem ambiebat mori; sed turbis bellicis eie-
„ ctus i) *Hildesium* sibi tanquam asylum proposuit, quo
„ abiit, & ecclesiæ Collegiatæ *S. Crucis* Canonicus factus.
„ Ibi - - - librorum suorum primitias, quas inscripsit Tracta-
„ tum *de Arte nova*, contra CALIXTVM in lucem edidit.

h) *Anno* 1629. *vigore* EDICTI FERD. *Vbi non modo exercitium Religionis pristina annis LXX suppressum, postliminio restituit, verum etiam ipsius quondam Præmonstr. Cœnobii Iura egregie defensavit.*

i) 1631. *occasione Stragis, per Suecos Copiis Cæsar, prope* Lipsiam *d. 7. Sept. illatæ.*

„ Sed negotium quod ab ipso tractabatur, latere diu non
„ potuit; videbatur enim . . Belli continuatio ab his eum stu-
„ diis absterrere, — — — — —. Compulsus itaque migra-
„ vit in provincias *Belgicas* & *Hollandicas*, — — Quid spe-
„ ciminis ibidem ac laudis per triginta circiter annos in eo mi-
„ cuerit, non video sufficientem calamum, quo istud depin-
„ gam — — Poteras ex promontorio tuo - - - *Amsteloda-*
„ *mum* prospicere, k) & felicissimo novi Apostoli adventui
„ gratulari. Poteras triumphare *Harlemensis* civitas de Cive

„ optimo, quem tibi insidiæ Martis Germanici in gremium „ tuum progenerabant. — — —

k) *Continuandis* NIHVSII *fatis* LEVCKF. *p.* 191. *filum hic abrumpit : Pro coronide allegans, se nescire*, ubi, & quomodo, *vitam* infelicem *terminaverit*. „ Wo und wie er aber sein unglückliches Leben geendet, ist mir unbekant.„ *Nonne obstupescimus !*

„ Taceamne an dicam, quot quamque Viris - - - Cla„ rissimis fuerit usus! Quid erit necessarium ut producam in „ lucem LEONES *Allatios*, linguæ Græcæ utpote vernaculæ „ peritissimos? - - - KIRCHEROS *Fuldenses*, ABRAHA„ MOS *Ecchellenses Maronitas*, & alia Ecclesiæ *Romanæ* lu„ mina; ut prætermittam eos, quibuscum in *Belgio*, *Coloniæ* „ - - *Moguntiæ* - - - egit quam familiarissime. Cum summa „ tamen animi reverentia SS^mum^ *D. N.* Papam ALEXANDRVM „ - - *VII.* compellabo. Hic, — — — — non parvum in „ nostro *Nihusio* sapientiæ succum expressit; quid? quod Epi„ stolis, plus quam centenis, adhuc Nuncius de latere Apo„ stolicus eum invisit; Cum *Monasterii Westphaliæ* - - - Pa„ cificatio tractaretur, *Nihusium* a Belgio evocaret, adhiberet „ mensæ, & singulari eius in dicendo facundia delectaretur, „ moveretur pietate & observantia: Quæ res eo *D.* Nuncium „ compulit, ut etiam, cum *Romam* evocaretur, comitem „ eum sibi iungere, & perpetuo suæ mensæ convivam esse vo„ luerit, nisi - - - singularis in Archipræsulem *Moguntinum*, „ qui eum ad se compellaverat, observantia propositam condi„ tionem impedivisset. — — — —

Sed a quo consequeretur Dignitatem eiusmodi, quam ta„ men non ambiebat? — — — — Facile erat impetrare, „ si rogasset, ab ALEXANDRO - - - -, cui ingenuitas & do„ ctrina pie defuncti erat perspectissima. Evexit illum tamen „ ad preces R^mi^ . . *Moguntini* in gradum Episcopatus *Mysien„ sis*. Nec mora: Ecce elegit illum - - - in Vicarium pon„ tificalium generalem, ut hac dignitate per partes *Hassiæ*, „ *Thuringiæ* . . fungeretur.

„ Quis

„ Quis ſufficienti iam penicillo adumbrare poterit, quan-
„ ta gravitate, promptitudine, patientia -- munus hoc ſuum
„ obierit. --- Quot millia animarum ſunt, quarum frontes
„ ſacro chriſmatis oleo illinivit, --- Quot ſunt, quos ſacris
„ ordinibus, quorum ego primus ſum, initiavit, --- Non
„ ſufficiebant iſta, ſed ut præeſſet Eccleſiæ, omnis eius actio
„ poſtulabat. Exoptarunt eum itaque omnium RR. Canoni-
„ corum vota ſacræ ædis *B. M. V.* Decanum. ---- Quid
„ plura dicam? Conſideret quisque ſecum, quanta fecerit in
„ Eccleſia Dei, quomodo contra Impugnatores --- ut fidus
„ Paſtor ſteterit, quot libros contra CALIXTOS, HORNE-
„ IOS, CORNELIOS MARTINOS, & alios Eccl. *Romanæ*
„ antagoniſtas in defenſionem eius emiſerit, ſtratagemata eo-
„ rum eluſerit, adeo, ut etiam in programmate quodam in-
„ gratus *Calixti* diſcipulus indigitaretur. — — —

„ Hic Vir, hic Pater eheu! tam inſignis, tam manſue-
„ tus, benignus erga pauperes, erga ſuos, eheu iam iacet ex-
„ tinctus. *cet.*

Morbo quonam Athleta glorioſus ex inſtabili hac vita deceſſerit, fruiturus æternum beata, Orator non tangit.

Vacat

IOANNES BRASSART, *Davalienſis* Epiſcopus. *Suffraganeus quoque* Spirenſis:

Porro in Moguntinum, *per totam Diœceſin deſignat* LOTHARIVS FRID. *Archi*: & Spiræ *iam dudum Antiſtes*, *d. X. Martii* 1674, *partibus* Haſſiæ Thur. Eichsf. & Sax. *ſpeciatim expreſſis. Rhenanas adminiſtravit biennio, usque ad inaugurationem Doctoris* Voluſii; *quem, poſt præmaturum* Loth. Friderici *obitum ſelegerat*, 1676, *E^mus^* DAMIANVS HARTARDVS; Ioanne *Spiram tunc reverſo*; *ut igitur Regionibus diſſitis, nomine magis ac re, datus fuerit. Quia tamen neceſſitas poſtulabat, Sacra iſtic ſemel operandi*; G. A. Voluſius, *Præſul* Diocletianop. *iisdem peragendis ſeſe accinxit*; *dum tempore æſtivo*

anni 1677 Ameneburgi, Neoſtad. Naumburgi: *&* Frizlariæ *plurimos Confirmationis caractere ſignavit; Inde petens* Eichsfeldiam, *initio* Kirchganderæ *facto d.* 13. *Iulii, per omnia fere loca, demum* Erfurti, *ab XI. usque* 28. *m. Auguſti, Epiſc. muniis functus eſt.*

IOAN. DANIEL *de* GVDENVS, Epiſcopus *Vticenſis.*

Vir, non ſolum facundiſſimus in cathedra, ſed & conſiliorum prudentia eximius: Vnde tanta valuit gratia penes IO. PHILIPPVM, *ut A.* 1659. *Celſitudinis Suæ Sigillifer, ſimul ac* Heilgenſtadii, *porro etiam B.V. Præpoſitus Erfurti,* * *tum* S.Severi *Decanus nuncuparetur. Quibus prærogativis conſpicuo,* ANSELMVS FRANCISCVS *vices pontificales delegans, eundem in baſilica Mariana Ipſemet conſecrare dignatus eſt,* 7. *Iulii* 1680. *Solenni huic functioni adſtitere* STEPHANVS Weinberger * *Suffrag.* Herbip. ADAMVS, ** THOMAS, † BENEDICTVS ‡ *Monaſteriorum longe celebrium Abbates.*

* 1674.

* Ep. Domitiopol.
** Montis D. Petri.
† Gerod.
‡ Reiffenſt.

Anno 1681. *Apr.* 16. *dedicavit Eccleſiolam in* monte auxiliatorio, *& - - Iulii ædem B. M. V.* Duderſtadii. *A.* 1682. 7. Mart. munus *benedictionis impendit* NICOLAO Gouverneur, *in locum* Adami *ſuffecto. Sequuta* 14. *Aprilis* Wanfridæ *Coniugem* D. CAROLI *Landgr.* Haſſiæ, ALEXANDRINAM, *una cum ſereniſſima familia chriſmate ſacro delinivit. A.* 1690. 8. Oct. NICOLAVM Richard *Electum* Gerod. *ſolito induxit ritu. A.* 1691. *Maii XVII eccleſia in* Hofaſchach *conſecrata. Variis ceteroqui commiſſionibus Apoſtolicis adhibitus.*

Viam univerſæ carnis ingreditur XI. Febr. 1694. *æt. LXX.*^mo^

IOAN-

IOANNES IACOBVS SENFFT, *Verensis* Episcopus.

ANNO 1695. *d. 27. Dec.* in *Collegiata ecclesia* Aschaffenb. (*illius ante hac existens Decanus*) *a R^mo* Coronensi MATHIA *Suffraganeo* Mogunt. *consecrationem obtinuit. Præsulis initia & finem anticipavimus T.* II. *p.* 370; *Quæ vero pontificalia seorsum attinent, modo suscipimus recensenda.*

Erfurti *X. Ian. 1696 appulsus, iisdem sedulo invigilavit per annos viginti; plures servitio divino Aras & Ecclesias dedicando; benedicendo quinque Abbates: A.* 1701 *Festo purif. B. V.* Fuldensem ADELBERTVM de Schleifrass, *S. R. I. principem; A.* 1705 PLACIDVM, montis Petrini, *nec non* BONIFACIVM Wachtel *in* Geroda: *Huius successorem,* ÆMILIANVM Franck, 1710 *Kal. Iunii;* CONSTANTINVM *de* Butlar, *Fuld.* 1715. *Pridie Kal. Ian. Serenissima* AVGVSTA DOROTHEA Brunsvicensis, *Vxor* ANT. GVNTHERI *Pr.* de Schwartzburg, *coram* Iacobo *fidei catholicæ professionem emisit; XVI Apr.* 1716 *chrismate salutis confirmata; Matrinæ partes agente Augustissima* ELEONORA M. T. *Imperatrice Vidua.*

Inter hæc, laboribus ob senium continuandis impar, Mitram sponte in manus Clementis XI. *27 Iulii* 1717 *deponit, reservato sibi Episcopali titulo, & suffraganeatu honoris.*

Vale igitur Erfurtensibus *dicto, rediit, unde olim venerat,* Aschaffenburgum; *atque diebus vitæ residuis in beata illic solitudine transactis, Cœlo maturus ad Superos evolavit A.* 1721. *Conf. T.* II. *p.* 371.

IOACHIMVS HAHN, Episcopus *Metellopolitanus.*

Ortus Fuldæ 1667, *inter alias qualitates virum Ecclesiasticum oppido commendantes, facundia insignis; Hinc ad negotia* fru-

fructuose tractanda, præ ceteris quum esset babilior, Romam *tribus eum vicibus* * *amandavit Abbatum per Germaniam & Galliam Primas. Inde styli Curiæ peritissimum* Aurea *recepit* Moguntia. † *Ubi Scholasticus Ecclesiæ* B. V; *demum A.* 1719. *ex Provicario in Spiritualibus generali Suffraganeus communi applausu decretus est.* Ioachimum 23. *Apr. consecranti* Edmundo Mallensi, *cooperati sunt* PETRUS CORNELIUS Methonensis & IOANNES BAPT. Trapezopolitanus, *Hic* Wormatiæ, *Alter* Spiræ, *Suffraganei.*

* 1698. 1701. 1709. † 1712.

Erfordiam, *eo quod* Moguntiæ *domicilium retineret, officii causa profectus aliquoties, incolumisque redux; A.* 1725, *Apr. XII, morte subitanea opprimitur. v. T. III. p.* 840. 909. *add. p.* 827.

CHRISTOPH. IGNATIUS *de* GUDENUS, Episcopus *Anemoriensis.*

Quondam Suffraganei DANIELIS *ex fratre Io.* Mauritio *nepos; ad* S. Severum *Scholasticus* * *Sigillifer: Consecratoris munere fungebatur Proepiscopus* Herbip. IO. BERNARDUS, *IX m. Iunii* 1726. *Suffraganeatu Rhenano, decessu* Edmundi *A.* 1727 † *vacante, pontificalia in Metropoli aliquandiu supplevit. XIX Octobris* Francofurti *ædem Capucinorum, cum Claustro recens constructam, divino mancipavit cultui.* Erfurto *iterum vertens* Moguntiam 1728, *inde m. Iunio accitus* Rodenburgum, *adstitit Matrimonio, quod Serenissimus* CAROLUS HENRICUS *de* BOURBON, Viduus, *solenni pompa contraxit per Procuratorem,* ALEXANDRUM Hassiæ *principem, cum* Serenissima CAROLINA, ERNESTI LEOPOLDI *Landgravii filia dilecta. Tantæ festivitatis actum præsentia sua condecorarunt plures utriusque sexus personæ,* natalium *splendore illustres: Ex parte Sponsi, ut Legatus primarius,* IOSEPHUS CAROLUS *Dux* de Force, *Regis Christianissimi a Consiliis omnibus; secundarii, N. de* Matignon & *N. d.* Lavannes. *Sponsæ latera stipabant Ser. Parentes; ceu Testes vero,* IOSEPHUS & CHRISTIANUS *H. PP. copiosa circumdati Nobilitate.*

* 1730. *Decanus.* † 31. Jul.

Quam

Quam operosus suis in functionibus Noster fuerit, ephemerides affatim loquuntur: sacro chrismate 60619 *Fidelium frontes inunxit; duos sacravit Episcopos; inter sex Abbates Celsissimum* Fuld. ADOLPHVM a Dalberg; *Ecclesias* 24, *Altaria* 107. *Ordines maiores contulit* 354 *Presbyteris, Diaconis* 338, *Subdiaconis* 314. *Domui suæ disponens, immo funeralibus dudum antea præparatis, d. XI. Decembris A.* 1747, *vita in LXXIVtum producta, naturæ debitum persolvit.*

HIC tres habuit fratres natu minores. LEOPOLDVS, A. 1711. in Episcopum *Pergamensem* consecratus *Romæ*, Suffraganeus *Wormatiæ*, omni doctrina ornatissimus, cum fama sanctitatis obiit 17 Martii 1713. DANIEL MAVRITIVS, Electoralis *Erfordiæ* Prætor, & Curiæ provincialis Præses, Θ 1749. FRIDER. WILHELMVS, Statuum Circuli Franconici supremus rei Tormentariæ Præfectus, ac unius Legionis pedestris Chiliarcha, etiamnum superstes. Et hi quatuor sunt Filii, quos, mortuus A. 1688, Viduæ tutrici (1730 defunctæ) educandos reliquit IO. MAVRITIVS *de* GVDENVS, *Historiæ Erfurtensis* Author.

IOANNES FRIDERICVS *de* LASSER.

Ex Cantore Ecclesiæ B. V. Mogunt. *in Suffraganeum deligi promeruit, &, Episcopi* Lycopolitani *titulo insignitus, consecrari ab Emo* I. F. C. *d.* 30. *Nov.* 1748. *Sublimem honoris gradum ut Rma S. D. multos annos sospes teneat, enixe vovemus.*

ELEN-

ELENCHVS ERFVRTENSIVM GVBERNATORVM IN TEMPORALIBVS CVM MANTISSA.

ERFORDIAM, Thuringiæ *metropolim*, *sanctæ* Moguntinæ *Sedis filiam*, *Matri quoad sacra*, & *Anno DCCCCLX ab* Ottone M. *quod Secularia subditam*, *in eius transiisse leges confirmat* I. M. *de* GVDENVS Hist. Erf. *p.* 12, 17. *Ex quo etiam ævo inter largas* Moguntinensis *Ecclesiæ possessiones semper tenuit Secundas; nec iure feudi*, *velut pars integrans Electoratus* (*ab Imperio recognoscendi*,) *sed iure proprietatis eo spectare dignoscitur*: *Idcirco* allodium: ALLODIVM ERFVRTENSE, *ceu Nota dominii pleni*, *vocatur in hoc schediasmate. Quinam duobus ferme primis Seculis gubernarint illud*, *asserere nostrum haud est: Ea potius tempora respeximus*, *Chartas-ve*, *queis nominatim obveniunt*, Vicedominorum, *sparsimque* Provisorum *titulo insigniti. Accedit Mantissa de* Prætoribus Vrbanis.

ADELBERTVS „VICEDOMINVS IN ERPESFVRT„ *sub* Adelberto I. *Vixit A.* 1117.

GISELBERTVS *A.* 1131. *sqq. Pius uterque fundator. a*) *Templi OO. SS. b*) *Laurentiani.*

DVDO *de* Rusteberg * „PRÆFECTVS VRBIS„ Erfordia *procul dubio subintellecta. Comparet A.* 1143. *T. I. p.* 149. *Postmodum Castellanus* Rustebergensis. *

* *Quoad nomen* Rusteberg *observari meretur explanatio* T. I. *p.* 907; *Cum ea*, *quam dedi* T. III. *p.* 51, *opportune combinanda.*

HENRICVS VICEDOMINVS IN ERPSFORDIA: *Obvius A.* 1145. *inter Ministeriales Ar.* Henrici *T. I. p.* 171. *nec non* Arnoldi 1155. *p.* 222.

THEODERICVS, Vicedominum *egit* Christiani I. *Anno* 1170.

BERTOLDVS Viced. *in* Erphordia, *eiusque fratres*, THEODERICVS Camerarius & THEODER. Pincerna: *nominantur in tabulis* CONRADI I. *An.* 1192. 1193. *T.* I. *p.* 326. *Hi*, & *sequentes prodierunt ex nobilissima stirpe de* APOLDIA; *quæ nomen* (Bitzthum) *a munere traxit*, *hodiedum in* Thuringia *viget.*

THEODERICVS *Viced. de Erphort. A.* 1233. *T.* I. *p.* 519. *Item* Viced. *de* Appolde. *p.* 521. 524.

HENRICVS: *In Litteris* Hugonis *Sculteti* & Erfurtensium *Consulum A.* 1262.

BERTOLDVS Vicedominus *de* Appoldia: *Ar.* Wernheri, *epocha carentibus.*

THEODERICVS Viced. & GVNTHERVS Vicedominus: *Queis prædicti Consules A.* 1274 *recognoscunt*, *se debere Dominis* (*in diplomate* (a) *memoratis*) *XXVI talenta ratione Bonorum*, *quæ in* Thuringia *possideant.*

HER-

(a) *I. N. S. & I. T.* OTTO *divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus.* Omnibus nostris fidelibus - - - notum esse volumus, quomodo nos ob interventum dilecte sororis nostre SOPHIE, nec non - - WILLIGISI Moguntinensis Archiepiscopi, donamus Ecclesie S. *Victoris mart.* extra murum civitatis constructe, in stipendiarium famulitium fratribus Deo inibi servientibus tale predium, quale habuimus in villis infrascriptis in *Heiligenmarcha*, in *Grabaha*, in *Merchesleba*, in *Vrenlebo*, in *Cornere*, in *Mellere*, in *Amberon*, in *Aldengubereno*, & in pago *Westergovve* & in pago *Vatergovve* sitis & in Comitatu WIGGERI Comitis, cum omnibus utensilibus ad illud iure pertinentibus; mancipiis utriusque sexus, areis, edificiis, terris cultis & incultis, - - - -, cum omni integritate; ea videlicet ratione, ut pretitulati Confratres de predicta proprietate illis a nobis tradita liberam dehinc quodlibet faciendi, vendendi, commutandi, vel pocius sibi retinendi potestatem habeant. Et ut hec

HERMANNVS Kapuz „PROVISOR Allodii *Erfurtensis* Venerabilis Domini *Gerbardi* Ar. Moguntini „ *Anno* 1304 *Sigillo suo munivit Chartam* Friderici *Comitis* de Rabinswald.

HENRICVS „Vicedominus *de Eckstett*, dictus *de Appoldia*, Viced. *Erfordensis* Sedis *Moguntinæ* „ *Anno 1308.*

HVGO „ Provisor Allodii *Erf.* „ 1308 - - - - *signanter* 1318, *queis* FRIDERICVS miles *de* Salza *& Complices*, *admissum*, *prebensione* ALBERTI Halberst. *Episcopi*, *nefas expiant. T. III. p.* 158.

HENRICVS „ monoculus, Vicedominus „ *Eisdem temporibus occurrit.*

HERMANNVS „ Plebanus eccl. S. *Paulini* in *Erfordia*, Provisor allodii ibidem „ *In apocha Capituli* Fritzlar. *de receptis ab eo*, *Dni* PETRI Ar. *nomine*, *X. marcis pro celebrando Anniversario*, 1319. *VI. Kal. Martias. An.* 1326 *una cum reliquis adstitit publicationi sententiæ sive Laudi Ar.* Mathiæ *T. III. p. 250.*

HERMANNVS „ (*de* Bibra) *conspectum subit Litteris* HENRICI, BERNHARDI, *item* BERNHARDI, *fratrum* de Vesten,

---

hec nostre traditionis auctoritas firmior stabiliorque permaneat, hanc precepti nostri inscriptionem fieri iussimus, annulique nostri impressione signatam manu propria subtus firmavimus.

Signum Domini OTTONIS *invictissimi Imperatoris Augusti.* HILDEBALDVS *Episcopus & Cancellarius vice* WILLIGISI *Archicapellani recognovi.*

Data *XVI.* Kal. Augusti, Anno dominice incarn. DCCCCXCVII, Indict. X. anno autem *Tertii* OTTONIS regnantis *XIIII*, Imperii vero primo. Actum *Molinhusen* feliciter, Amen.

Veſten, *nec non* HENRICI Hugewitz, *recognoſcentium* „quod Venerabilis Vir, *Hermannus*, Decanus eccl. S. MARIÆ *Erfordenſis*, Proviſor Allodii ibidem, nobis *H. B.* & *B.* fratribus *de Veſten* de XL marcis, & michi *H.* de *Hugewitz* de XXXVI marcis denariorum *Erf.* ſatisfecit. „ 1331, Dominica proxima poſt diem B. *Andreæ.*

HARTVNGVS *de* NORTHOVEN Proviſor - - *Occurrit in Decreto Iudicum de* Melchendorf, *tangente ſubortam litem inter Archiepiſcopum &* Erfurtenſes *cives.* 1341.

Ex charta (*b*) *ſubiuncta diſcimus, quod Nobiles* de Appoldia-Eckſtett *officium Vicedominatus, cum latifundiis eidem adhærenti-*

APPOLDINÆ ſtirpis fertilitas.

(*b*) Wir **Henrich**, den man nennet der Jüngere, Ritter, **Henrich**, den man nennet der Eldere, und **Henrich**, den man nennet der mittelſte, Knechte, von **Eckeſtete**, Vitzdum zu Erforte: **Jutte**, **Henrich** des iüngern: **Luckard**, Henrich des mittelſten elichen Haußfrauen: **Henrich** und **Hartmann** gebrüdere, des vorgen Henrichs des iungen, Ritters, und Jutten unſer Murter, Sóne: **Henrich**, **Ludewig**, **Thiderich**, **Ulrich** u. **Bertold** Gebrüdere, unſers vorgen. Henrichs des Eldern Sóne: **Henrich** der Eldere, und **Henrich** der Jüngere, Brüdere, der vorgenenten Henrichs des mittelſten und Luckarden Sóne, Bekennen - - - daſ wir mit vorgehabten Rate, eintrechticlichen und mit einer geſammenter Hand,

Vendunt officium Archiepo HENR.

unſerm Erwirdigen Vatere - - - Herrn **Henriche**, Ertzbiſchove zu **Mentze** und ſime Stifte das Vitzdumamicht zu **Erforte**, daz wir von Yme - - - zu Lehen hatten, mit allen Manlehen - - - - mit Vorwercken - - Gulden, Gevellen, Rechten, Gerichten, - - - - die zu dem vorgen. Vitzdumamicht innewendig und uzewendig der Stat zu **Erforte** gehórent, - - - - verkauft haben; Und darzu die Schultheizenamicht zu **Obirndorla**, zu **Niderndorla**, zu **Langelo**, zu **Biſchovisguttern**, zu **Mila** und zu **Valcken**, die in

Iura eidem appertinentia.

das

hærentibus, *tamque diu possessis iure feudi*, *vendiderint anno 1342 Ecclesiæ* Moguntinæ, *pro CCC. marcis argenti*, *sicque dominium utile redierit ad directum. A quo tempore gubernaculis admoti*, *passim audiunt* PROVISORES, *Vicedominum*, *ceu consortem secundarium iuxta non babentes*, *donec seculo XV*, *nomine Provisoris deposito*, *illos*, *qui Reipublicæ clavum tenerent*, *placuit insignire axiomate Vicedomini.*

THEODERICVS, dictus MARSCHALCK* de *Gosersledt.* [der Edle Mann Dieterich.] „Canonicus S. *Severi*, & Provisor Allodii *Erfurt.* „ *In talem assumitur* 1354. *ab* Ar.

Ooooo 3 GERLA-

das -- Vizdumamicht gehörent; Mit der Lösung, als wir die versatzt hant mit verhegnisse, dem Got gnade, --- Hern **Mathias**, Ertzb. -- zu Menze (*&c.*)

Quod nempe Venditores, donec pretium conventum numeretur, frui debeant vico Wittern; *si vero huius loci Reditus summam pretii non aquarent, eo casu sibi reservant Census villa contermina* Rostorf.

Auch ist geret, daz wir **Henrich** der Jüngere, Ritter, HENR. *senior.*, *&* HENR. *medius*, *fratres*, mit fr. **Ermengarte**, unser Mutter, überkommen sollen, und **ir** gnug tun, daz **sie** uf die acht Marg Silbergeldes ierlichs Zinses verzihe, die sie uff dem Vitzdummamicht hat. — — —

Satisfactio debita Matri, quoad Censum sibi ex his bonis competentem.

Auch geben wir uff, und alle unsere Erben, das vorgen. Vitzdumamicht *cum omnibus bonis præmemoratis*, und verzihen daruf luterlich, nummer dar zu wider zu kommen, — — —

Auch bekenne ich **Henrich** der Eldere, **Vitzdum** dickgenant, das Her **Hartung** von **Northoven**, Provisor des Vorwerckes zu **Erforte**, mir --- die Hundert Marg loitiges Silbers vor min Teil der **drihundert** Marcke -- von unsers Herren wegen zu Menze --- gentzlichen bezalt hat. --- Geben -- MCCCXLII, an Sant **Mathias** tage des H. Aposteln.

HENR. senior fatetur 100 marcas (ratam suam) de 300 accepisse.

GERLACO. *Fratres habuit* HENRICVM & LVTHOLFVM.

* *a munere Marschallatus hereditarii Landgraviorum* Thuringiæ. PAVLLINI Annal. Isen. p. 18.

IOANNES Comes *de* NASSAV, Dominus in *Merenberg.* „Administrator Curiæ *Erfordensis* in temporalibus„ *Hoc titulo cluit A. 1355.*

RVDIGERVS zum Hayn & IOHANNES de *Mila.* Nassovio, *coram adesse semper non valenti, substituuntur A.* 1356. (*c*)

* 1358. IOANNES *de* ORTONIS *Præpositus* Dorlonensis. *Vltra Patentes* * (*d*) *quum de eo nihil obveniat, regimen non fuisse diutur-*

(*c*) Wir Gerlach - - E. zu M. - - - thun kunt, daß wir bevolen haben - - - unsern lieben Getruwen, Rudiger von dem Hayne unserm Provisor des Vorwercks zu Erforte, und Herman von Mila, Ritter, alle unser Ampt, Sloss, Land und Lude, die in - - unsers Stiffts Handen sin, zu Doringen und uff dem Eichsfelde - - - Darumb so gebieten wir allen unsern Amptluten, - - Burgmannen, und Mannen, und sonderlich allen unsern Steden, Ratismeistern, Ratluten u. Gemeinde - - -, die unser und unser Siffts geniesen u. entgelten wollen - - -, daß sie den vorgenanten Rudiger u. Herman gehorsam u. unterthan sin sollen von unsern wegen, wie sich das erheischet, wanne und welcher zyt, und wie dicke das gebüret, glicher wys als uns selber, oder unserm Bruder Johan Graven zu Nassaue, Herren zu Merenberg; wan derselbe in den Landen nit ist, oder gesin mag. (*&c.*) Datum *Fritzlarie* feria V. post *Valentini* - - MCCCLVI.

(d) GERLACUS - - - Dilecto nobis in Xpo IOH. *Ortonis*, PROVISORI Allodii nostri *Erfordensis*, salutem . . Quoniam provida tue circumspectionis & fidelitatis merita, in quibus nobis circa amministrationem minorem multipliciter commendatus, nostram benivolentiam alliciunt, pariter & inducunt, quod imper-

diuturnum opinamur. Effigies ipsius conspicitur in Cartusiæ Erf. *(a se fundatæ) peristylio, adscripta mortis æra 1376.*

THEODERICVS de ILFELT, *ecclesiarum B. V. & D. Severi* Erf. *Canonicus, metropolitanæ* Mog. *Cantor. Qua* Provisor *subit* 1363 — 1369. *Anno* 1364 *vocatur ad calculos* „de „ & in officiis sibi per nos commissis, receptis videlicet de theloneo, dicto *Schlegelschatz*, & ligneto *Wanweydt*: de Iudicio ante portam Cerdonum, de Agrillifodina, de officio Sculteti, *Fribotonis*, & Saltzgravii: de Sigillis officii generalitatis, de fructibus biennalibus, de confirmationibus Prepositorum, de correctionibus, de Clericis non residentibus, de fertonibas decedentium, de Subsidio maiori „

Anno 1365. *eidem demandasse* Ar. Gerlacus *legitur, trutinandi Electionem* HEYSONIS *de* Vslar † *in Abbatem* Reinhusanum; * *sique nihil repererit obstans, ut Electum confirmet.*

† *Successerat* HENRICO *de* Friedwald, *Munus motu proprio deponenti.*

* *Monasterium (quondam) celebre Ordinis* S. Benedicti *dedicatum* S. Christophoro.

Obiit Noster an. 1382, ‡ *officio Provisoris dudum exuto.* ‡ *T. III. p.* 916.

HEN-

---

pertiendo tibi nostre dispensationis onera maiora committamus; ut, cum per te talia fideliter & provide gubernantur, exigentibus tuis meritis digne statum consequi valeas altiorem; Hinc est, quod amministrationem, gubernationem, & quamlibet aliam dispositionem nostri Allodii civitatis *Erfordensis*, cum omnibus attinenciis, dependenciis & connexis, tam in Spiritualibus quam in temporalibus plenarie tibi committimus; & te *Provisorem & Gubernatorem* dicti Allodii presentibus ordinamus. Concedentes tibi plenam & liberam potestatem, census, fructus, redditus, proventus, thelonea . . & iura omnia & singula exigendi, colligendi & recipiendi; ac contradictores & rebelles compescendi ac puniendi cohercitione & pena debitis & condignis. In super tibi mandantes, quatenus d. Allodium - - - taliter gubernando conserves, ordines & disponas, prout utile & expedire videbitur, et nobis de hoc ydoneam valeas reddere rationem.

In cuius rei testimonium presentes Litteras Sigilli nostri munimine tibi tradimus communitas. Datum *Eltevil* in die *Cene*, Anno . . MCCCLVIII.

Henricvs Beyer, *Summi Templi* Mogunt. *Decanus.* Erfordiæ *fubftitit* A. 1375, *verifimiliter gubernationis interimfticæ caufa. Eo enim referre licet fignaturam,* (e) *quales plurimum authoritate Magiftratus dari folent. Anno* 1377 *menfe Iunio illic adhuc divertens, computum Hero tradidit fuper receptis & expenfis. Quo tamen anno Moguntiæ redux, Kal. Oct. vitam cum morte commutavit.* Ioannis *Vol. II. p.* 302.

Rudiger

(e) Henr. *Beyer* Decanus *Mogunt.* Venerabilibus viris, Prepofitis, Monafteriorum Abbatibus, Archipresbyteris, Plebanis - - - per terminos S. Marie, S. Severi *Erfordenfis, Iecheb. Dorlon.* & *Heiliginft.* prepofiturarum conftitutos, - - - falutem - -

Quia gratum & acceptabile Deo obfequium exhiberi dinofcitur, quando mentes fidelium ad opera pietatis invitantur; Cum igitur Conradus, olim plebanus in *Camerforft*, presbyter, exhibitor prefentium, ordinatione fuperna fit lumine oculorum naturali privatus, ac propter morfus Malignorum & Raptorum per incendia rebus & bonis fuis fit mifere fpoliatus, ita quod propter premiffa infortunia iam pervenerit ad extremam paupertatem, et fine pia fidelium fubventione nequeat fuftentari; Et quia hi maxime funt iuvandi, quos divina flagella correxerint; idcirco univerfitatem veftram hortamur & monemus in Domino, ac vobis - - -, prout requifiti fueritis, mandamus, quatenus predictum Dn. Conradum pauperem facerdotem, cum ad vos venerit prefentibus munitus Xpi fidelium elemofinas in ecclefiis veftris petiturus, benivole admittatis & fufcipiatis, ac ipfum fideli diligentia apud veftros fubditos effectualiter promovere ftudeatis; Exhortantes plebem vobis commiffam, ut de bonis fuis a Deo fibi collatis eidem Conrado manus fuas porrigant adiutrices, ut ex his & aliis piis, eorum opera, que Domino infpirante fecerunt, vitam valeant confequi fempiternam.

Actum & datum *Erfordie* Anno . . MCCCLXXV. VIII. die menfis Aprilis.

Rudiger zum Hayn, *Præpositus* S. Severi: *In spiritualibus, simulque temporalibus* Provisorem *ac* Gubernatorem *delegit Ar.* Adolfus, *tunc* Erfurti *præsens, A.* 1381. *d. Sept.* 19. *Negotio sub id tempus sibi commisso, ut inquireret formam Electionis* CONRADI *de* Pulwitz, *neo Abbatis* Cellæ Paulinæ, * *non immoramur; Exhibentes saltem* Adolfi *syngrapham de supputatis mutuo Rationibus:* Das er uns - - - uff diesen hutigen tag - - - zu Heiligenstat - - -, in dem Hoffe, darinne Syfrid von Bultzingsleben der Alte wonet, eyne gude, bescheiden und redlich Rechnunge - - getan hat von Geistlichen u. werntlichen sachen, von S. Mauricien des Heiligen Mertelers tag an, als er zu unserm Provisor Ampte kommen ist, des Jars - - (1381) bis uff desselben S. Maur. tag - - (1384) Bleiben wir dem vorgen. Rudiger schuldig, an Gelde zwey hundert u. eyn Phunt, eylff Schillinge, und eylff phenninge, Erfurter phenninge. So bleibt er uns schuldig, an Fruchten (2c.)

* obierat CONRADVS Ussher.

Eadem inter ipsos confecta res est anno 1390.

LVDOVICVS *de* BINSFVRT *Decanus* Rotenberg. *Can.* Fritzl. *Gubernaculis utriusque status, antecessoris adinstar, occeptis A.* 1391 *ab Ar.* CONRADO *de* Weinsperg, *accidit,* HENRICVM, *natu Comitem de* Schwartzburg, *a Præpositura Ecclesiæ Colleg.* S. Crucis *in* Northausen *transire ad* Numburgensem *Cathedralem.* Northusana *sic vacante, decreto* WENCESLAI *nactus eam est* FRANCISCVS *Regalis aulæ Protonotarius,* Olmucensis *&* Wissegrad. *Canonicus; immissus in possessionem a* Ludovico *Provisore.*

Anno 1398. *rem œconomicam parthenonis* Heyde, *disciplinamque regularem in peius continuo labentem ut restitueret, vigili* IOANNIS II. *cura ipsi demandatum.*

Perdiu ad clavum sedit. Anno quippe 1412 *Elector, eundem ad dies vitæ confirmans, ab omni reddendarum Rationum onere declarat immunem. Contra* Ludovicus *noster, beneficiis pluribus sese agnoscens obstrictum, quævis Bona sua, excepto solum*

lum castro Binsfurt, *donatione mortis causa*, *A. dicto*, 6. *Nov.* Moguntinæ *dicat Ecclesiæ. Quin & paucis diebus interiectis (Nov. XI) ius pignoris, in tertia parte castri* Landsberg, *sibi &* ANDREÆ *fratri a* CONRADO Spiegel *acquisitum, pariformi liberalitatis piæ actu cessit Episcopatui. Salva Comitibus* de Ziegenhain, *ceu dominis directis, libera eam reluendi facultate:*

> Han ich dem (IOANNI *AEpiscopo*) und - - Stifft Menze offgeben solche Pfandunge, als ich, und Andres min bruder selige - - - an dem Dritteil des Sloss zu der Landisberg, das der Graffschafft von Ziegenhain eigen ist, mit allen sinen zugehörungen, Dörffern, Fischereyen, - - - in all der masse als ich *&* *Andreas* das etwa von dem Strengen Ritter Conrad von Spiegel *& uxore Alheidi* an uns gekaufft und gelöset han - - - also, das *Mogunt.: Ecclesia* das vorgenante Dritteil an der Landisberg - - - inhaben - - und geniesen mag als anders eigen Guth, also lang, bis die Edeln, Johan, Gotfrid und Otte, Graven von Ziegenhain - - - dasselbe - - - einlösen 2c.

Anno 1413, *Ian.* 7. *robur addidit fundationi Altaris B. V. in templo* S. Laurentii, *factæ per* IOANNEM *de* Salfeld. *Mense Iulio non amplius vivum sequens inducit Litterarum particula:*

> Ich Lutze von Waldenstein, und ich Struse (Strauß) von Binnsfurt, und Otte min Sone, bekennen, - - - als - - Her Ludwig von Binsfurt, unser lieber Swager und Vetter selig, von Todes wegen abegangen ist 2c. 12 Iulii 1413.

Fuit alias Præpositus S. Severi, *nec non Commissarius Generalis per* Thuringiam, Hassiam Westphaliam Saxoniam & Eichsfeldiam.

IOANNES ADOLFI *de* NASSAV. *Mysticos Viri natales detexi* *T.* I. *p.* 976, *ubi notitia plenior. Quam intenso favore AEpiscopus* IOANNES *hunc fratrem suum illegitimum sit prosecu-*

secutus, abunde colligitur ex charta (f) A. 1413 *seorsum data. Ne dicam, quod præter* Erfurtenses, *gubernarit &* Eichsfeldiæ *subditos, una cum* Hassiaco - Moguntinis. * *Decessit* 1420.

* *Hos ab A. 1416. T. I. p. 995.*

IOANNES *de* ALLENBLVMEN Senior. *En Vicedominatum in huius Persona postliminio restitutum: Non collatione gratuita, sed onerosa mediantibus nummis, queis illum, ad dies vitæ fruendum, A.* 1413 *mercatus est. (g) Vltra Provisorem* Ppppp 2 *igitur*

(f) IOHANNI *Adolfi* de *Nassauvve*, Prepofito ecclefie *Iecheburg*. & PROVISORI Curie noſtre *Erfforden*. falutem - - Tue circumſpectionis induſtria, & virtutum merita multiplicia, quibus te familiari experientia probavimus, - - nos inducunt, ut tibi ad gratias & benivolentias reddamur liberales. Vt igitur ſentias quod ſuggerit noſtre mentis affectus, tibi, ut omnia & ſingula Beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, per terminos & terras *Saxonie*, *Thuringie* & *Haſſie*, partium, ad noſtri - - preſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem - - ſpectantia, ſi vacant de preſenti, aut - - vacaverint per obitum ſeu liberam reſignationem alicuius extra Romanam Curiam, etiam coram Notario & teſtibus factam, [etiamſi huiusmodi beneficia - - - tanto tempore vacaverint, quod ipſorum collatio, preſentatio - - - ad nos, iuxta Lateranenſis Concilii ſtatuta, devoluta, exiſtant,] perſonis ydoneis, quas ad hoc duxeris eligendas, auctoritate noſtra conferendi, & de illis providendi - - - plenam damus & concedimus facultatem.

In quorum (*cet.*) *Hanaue*, quinta feria poſt Dominicam *Circumdederunt*. Anno Domini MCCCCXIII.

(g) - - - Daſ Wir - - dem Erſamen, **Johann von Allenblumen**, unſerm **Vitzthum zu Erffurt** - - - verkaufft, und zu kauffen geben haben - - ſin lebtag uſſ, und nit lenger, unſer - - - **Vitzthum ampt zu Erffurt** mit allen ſinen Herrlichkeiten, Nutzen, Rechten und Gefellen, umb Hundert lodige margk lodiges Silbers Erffurter zeichens wiſſes gewichts, - - - in Krafft

igitur (regimine eatenus immutato) habemus & Vicedominum; quem Ar. Conradus III. 1420, *quo* Ioannes Adolfi *obierat, in officio firmavit, d. Octobris X.*

IOANNES *de* RENGELDEROD, *Can.* Heilgenst. *ac Præpositus* Iecheb. *Sub titulo* PROVISORIS, *amplissima in Temporalibus & Ecclesiasticis administratio ipsi defertur* 5ta *Ianuarii* 1421. *Per annos plures magna cum laude gestam ut continuaret, diplomate* 1435 *expedito, statuit Ar.* THEODERICVS *ab* Erpach.

IOANNES *de* ALLENBLVMEN Iunior, *D. Decretorum. Parentis in locum, ipsismet pactis & conditionibus, subiit A.* 1424. *Iovis a Pentecoste proxima. Hunc tenens adhuc* 1439, *creatur Academiæ Cancellarius.*

HERMANNVS *de* BVCHENAV, *Ordinis* S. Benedicti. *Munerum, A.* 1437. *Octob.* 19. *ipsi commissorum, professio monastica dum visa est obstare,* THEODERICVS *eocum dispensavit.* (*b*)

Krafft dieses brieffs. - - - Und er sol auch mit eyme Knecht die Koste und sine Tische in unsers Vorwercks Hofe: Er mit eyme Provisor, und sein Knecht mit eines Provisor Knechten haben; Und darzu - - ierlich sine zimelich Kleydunge sal yme eyn Provisor geben u. antwurten - - *Et quæ de reservata Archiepiscopis reluitione, erga marcas totidem, subnectuntur.*

Datum *Eltevil* Anno MCCCCXIII, d. Dominica post Assumpt. B. M. V.

(*b*) - - HERMANNO *de* BVCHENAV, PROVISORI Curie nostre archiepiscopalis *Erffurtensis.* Dudum - - - tibi curam & administrationem in Spirit. & temp. Curie - - , nec non iurisdictionis exercitium per prepossituras Ecclesiarum S. *Petri* Fritzlar. - - - - dignum duximus committendas, prout tenor tibi porrectarum latius declarat & ostendit.

* 1440. el. Abbas.

Cum igitur te reperimus fore Religiosum & professum venerabilis monasterii *Fuldensis* * - - - nostre diocesis, premissis sine dispen-

HENRICVS *de* GREIFFENCLAV, *Canonicus Ædis metrop. Qua* Provisor *componit cum Hero Rationes, ab anno* 1441-44.

NICOLAVS TROTT, *Scholasticus* Fritzl. *Assumtus - - Iulii A.* 1449 *ad triennium, eo non dum elapso gratiosæ Principis petitioni obtemperans, Magistratum resignat.* . Als der Hochwirdigste - - Her Dieterich E. zu M. - - - mich zu Siner Gnade Provisor zu Erffurte dry Jar gesetzt und gemacht hatte, - - - also hat S. G. ytz gutlichen an mich begert, Sr. G. obgenantes Pr. Ampt - - abezutretten (rc.) *Idcirco remuneratus centum florenis, syngrapha, quam dedit in pervigilio Pentecostes* 1451, *testante. Mortuum A.* 1454 Viennæ, *aliquando legisse memini.*

ADOLFVS *Comes de* NASSAV *Can.* Mog. *Abdicanti substitutum* 1451 *d. VIII. Iulii, electus* 1459 *mense Iunio* DIETHERVS *mox confirmat.*

GVNTHERVS BOCK, *miles* (Ritter): *Eadem, qua olim* Allenbl. [*pater & filius*] *pecuniæ summa, officium* Vicedomini *adeptus est. Pacto huiusmodi cum* Theoderico *intercedente, ut AEpiscopis quandocunque maneat liberum, illud, erga numerandas* Bockii *hæredibus centum marcas seu septingentos flor. Rhenenses, ad se retrahere. Id quod sero factum oportet, quum* Bockius *nobis occurrat, vice ultima, A.* 1477.

dispensationis gratia intendere, queque tibi iniunximus commode prosequi nequeas, & explere; Quocirca, sicut de iure possumus & debemus, tecum, ut huiusmodi nostris negotiis & iurisdictionibus, eorundemque exercitiis administrationibus & executionibus tibi per nos creditis & commissis, in omnibus & singulis suis clausulis & articulis accuratius insistere valeas, ex certa nostra scientia, de speciali gratia in Domino misericorditer dispensamus. — —

Datum *Aschaffenburg* die XIX. mensis Februarii, Anno - - MCCCCXXXVIII.

IOANNES *de* ALLENBLVMEN, *huius nominis* Tertius. *Postquam* ADOLFVS *Provisor*, Nassoviæ *Comes*, *adversus* DIETHERVM, *fulmine Pontificis M. sede motum*, *insurrexit*, *non potuit non ipsius gubernatio cessare. Igitur* Dietherus *hunc ei surrogavit* Allenblumium: *In Curiam*, *prima die Maii* 1461 *solenniter introductus per Electorales Commissarios*, SIGISMVNDVM *Com.* de Gleichen, *Canonicosque* Moguntinos, VVLPERTVM *a* Ders *Scholasticum*, & PHILIPPVM de Isenburg, *Comitem* Büdingæ. Die mir (*ita* Ioannes) mines gnedigen Herrn von Mentz bischofflichen Hof, und Vorwerck zu Erffurt, nach Siner Gnade bevelhe ingeantwortet haben.

Quo minus vero tam splendido munere diutius gauderet, invidia effecit Aulicorum: Eventu tali, ut anno postero honeste fuerit dimissus. Ita namque Dietherus: Als - - Johann von Allenblumen, Doctor - -, unser Provisor zu Erffurt gewest, und wir ihme solch Ampt uff ein sonderlich maaß u. Verschreibung ingethan hatten (2c.) *A.* 1462. *Dominica* Iubilate.

HENRICVS *Comes de* SCHWARTZBVRG *Can. Mog.* Provisorem decernit ADOLFVS, 1465; *ordinariam ipsi assignans mansionem in castro* Rusteberg, *simul declarando*, *ne* Erfordiam *accederet*, *nisi causa multum urgente.* *Conf. T. I. p. 980.* *A.* 1476 *a* DIETHERO (*secundum imperante*) *præficitur* Thuringiæ, [Erfordia *contra stylum specialiter haud nominata*] Saxoniæ & Eichsfeldiæ. *Quum igitur in seq. chartula* G. Bock *audiat* Provisor, *huius officii partes, ceu* VICEprovisor, *annis intermediis eum explevisse*, *coniecturamus.*

IOANNES BRVNN, Vicedominus: *Etenim* Dietherus *ad* Erfurtenses *rescribit*: Als - - Gunther Bock - -, der bey euch - - unser Provisor gewest, und nuhn Todes verschieden ist, haben Wir ietzo den Ersamen - - Hans Brunnen zu unserm Vitzthum daselbst auffgenommen, - - - Das verkunden wir Euch hiemit, ihn also für unsern Vitzthum zu halten (2c.) 1478 *Mercurii post* Andreæ.

ALBER-

ALBERTVS - - - *Anno* 1479 *pridie pentecostes a* Diethero:

[*Intercurrit* GVNTHERVS *de* Milwiz I. V. D. Vicedominus, 1483 *ab* Alberto.]

GEORGIVS, *A.* 1485 *XXVIII mensis Iulii a* Bertoldo &

FRIDERICVS, *Anno* 1494 Mechliniæ *XXX. Septembris ab Eodem*: *Singuli ex Ducibus* SAXONIÆ *Canonici domicellares*, PROVISORES *constituuntur.* Friderico 1498 *abdicante*, *gubernacula sequentibus obtigere* VICEDOMINIS.

GERLACVS von der Margariten und Lewenburg. Milwizio *vita defuncto succedit 16 Maii* 1499. Huic

LVDOVICVS *de* RHEIN *an.* 1520. *VIII. d. Ianuarii. Quem longo temporis tractu ad clavum sedisse suspicor*, *eo quod*

VALENTINVS KLINCKHART *adscitus A.* 1549 *fuerit in Vicedomini Vicarium*, *simulque Vrbis Prætorem*, 30. Sept.

VALENTINVS SEIDEL. *Vicedominus decernitur A.* 1552, *d. Nov. XI.*

ANTONIVS *de* WILTPERG *Can.* Mogunt. 1572. *Lunæ post Dominicam Trinit. ut* PROVISOR, *unaque cum ipso*,

MELCHIOR *de* BREIDENBACH *in* Breidenstein, *ut* Vicedominus. *Postero splendidam obivit legationem*, *de qua mox*.

GEORGIVS OLAND, Silesius, *I. V. D. Electoralis* Erfordiæ *Consiliarius*, *in legatione ad* POLONOS D. Melchiori [*cui nullo intermedio* * *successit*,] *associatus*, *Procerum Regni Ordinumque amplissima circumseptus corona*, *adeo distinxit se*, *ut Orator Cæs.* MARTINVS Gerstman, *Decanus* (1574 *Episcopus*) Breslav. *non potuerit sibi temperare*, *quin mirificam hominis eloquentiam*, *tanta insuper gratia*, *auctoritate*, *animique robore suffultam*, *hinc maximo receptam applausu*, *Littteris ad Cels.* DANIELEM *extollens*, *singularem suam inde lætitiam testaretur. En ipsa verba*:

* *annus non liquet.*

- - - Je-

--- Jedoch soll Euer Churfürstlichen Gnaden --- dieses nicht bergen, daß die Oration, die vielgemelter D. OLAND ahn die Stände dieses Königreichs gestellet --- So ist sie auch darnach von Ihm, in angehör etlicher viel Tausent Personen, mit gebührender Gravitet, Dapfferkeit, und solcher artlicher Zierde fürbracht worden, daß mäniglich groß Begnügen mit Verwunderung, und ich sonderliche hertzliche Freude darüber empfangen (ꝛc.) *In similia elogia se diffundit* Io. FRANCISCVS *Cardinalis* Commendonus, *Apostolicæ sedis Nuntius.*

Mortuo scilicet SIGISMVNDO Augusto, *Imperator* MAXIMILIANVS Poloniæ *sceptrum ambiit pro filio* ERNESTO. *Cum igitur iudicaret, magnum negotio pondus allatum iri, si principes Electores ad Ordines Regni mitterent,* Ernestum*que commendarent; Eos, ut gratificarentur, enixe rogabat. Quibus comiter annuentibus, prout Alii alios, ita* MOGVNTINVS Breidenbachium *misit* & Olandum. *Peroravit autem, ceu supra dictum, Collegii Septemvirûm nomine,* OLANDVS: *In campo villæ* Camin *iuxta* Warsoviam, *die XIII Aprilis* 1573. *Et postquam in reditu, suos* Breslaviæ *salutasset Amicos,* VIII. *Iunii* Aschaffenburgum, *unde discesserat XIII die Martii, rursus appropinquavit;* DANIELI *rerum gestarum seriem ac eventum* (sinistrum) *expositurus.*

Plura de Ipso non suppetunt; Id solum nobis constat, Olando (*cuius memoriam penitus obsoletam hisce resuscitavimus*) *supremum vitæ diem illuxisse XIX Novembris* 1594.

WILHELMVS *de* HARSTALL *in* Didorf: *hucusque Præfectus* Olmenæ. *Vicedominus constituitur anno* 1595, *Febr. XV.*

IOANNES CHRISTOPH *ab* HARSTALL: *in Officio Vicedomini existentem reperi* 1612 - 1650.

VITVS STVMPELIVS. *Vicedomini Vicarius* & *Prætor factus est* 1651 *d. VI. Martii.*

TOBIAS

TOBIAS LAGVS *I. V. Doctor Anno* 1654. *d. VI. Novembris.*

PHILIPPVS LVDOV. L. B. *de* REIFFENBERG *Canonicus* Mogunt. *Vrbi an.* 1664. *subiugatæ, Vicedominus imponitur. Veruntamen adversa usus fortuna, gubernaculis, una cum Beneficiis ecclesiasticis, superabundanter a se possessis, Dignitatibusque, queis eminebat, politicis*, 1668. *XV. Maii, sententialiter exutus fuit, custodiæque traditus.* IOANNIS *T.* II. *p.* 389.

FRIDERICVS *L. B. de* GREIFFENCLAV, *alias* Rhingaviæ *Vicedominus. Delatam sibi* 1667 *spartam obivit annis aliquot; in huius administratione cum Rhingaviensi per vices alternando.*

IOAN. HENR. DANIEL L. B. *de* RITTER. *Vicedominatu per triennium gesto transiit ad* Moguntinas *in* Hassia *Præfecturas an.* 1676.

Qui sequuntur, omnes ex gremio Capituli Metrop. *delecti; Hos placuit insignire prædicato* LOCVMTENENTIVM [Statthalter.]

ANSELMVS FRANCISCVS *de* INGELHEIM: *Anno* 1679. VII. Nov. *conscendit fastigium Electorale.*

IOANNES IACOBVS L. B. *de* BASSENHEIM *in* Olbruck. cɵɔ 1697. *X. Maii. Vacat annis* II.

FRANCISCVS PHIL. IOSEPHVS FAVST *de* Stromberg. cɵɔ *1702. XXV. Iulii. Vacat anno I.*

PHILIPPVS WILHELMVS Comes de BOINEBVRG; *S. C. M. Consiliarius Intimus. Post cuius* (1717. *XXIII. Febr.*) *decessum Provinciam mensibus aliquot gubernavit Summus Ecclesiæ Metrop. Præpositus* IOAN. PHIL. FRANCISCVS *Comes de* Schönborn.

FRIDERICVS WILHELMVS L. B. *de* BICKEN. 1732. XVIII. *Maii.*

ANSELMVS FRANCISCVS L. B. *de* WARSBERG, *magna dignatione* LOCVMTENENS *ab anno 1732.*

MANTISSA DE PRÆTORIBVS.

SIFRIDVS	occurrunt	1125.
RVTGERVS		1153.
RVNZELINVS		1141.
WOLFRAMVS		1147.
BERTOLDVS		1170.

HENRICVS Villicus de *Erpsford.* A. 1193.

LVDGERVS de *Pezzingen*, Villicus Civitatis. 1228.

HENRICVS. A. 1249 præfens interfuit actui, obfignato per Litteras. (i)

HVGO:

(*i*) Ego IOHANNES, filius quondam IOHANNIS de *Herversleyben*, recognofco, quod Dominus FERTHANS, Scriptor Domini CRISTIANI Archiepifcopi *Magunt.* abfolvit a me pro XXX marcis argenti tria Molendina, pofita fuper *Geram* fluvium, que bone mem. SIFRIDVS AEpifcopus . . obligaverat patri meo pro L. marcis argenti; & affignabo Ecclefie *Magunt.* de bonis proprietatis mee tantum, quantum duo Minifteriales ipfius Ecclefie, & duo mei Amici taxaverint, affignandum pro ipfis XXX marcis; quas in feudo caftrenfi recipiam, & tenebo, ac defer-viam ficut debeo, ab Archiepifcopo & Ecclefia *Maguntina.* Infuper recognofco, quod nulli prorfus prefto aliquid iuris feudi, proprietatis vel hereditatis warandiam in eisdem; neque etiam ISENBOLDO civi *Erffordenfi*, qui ex parte patris mei & mea unum

HVGO: *Quocum ordiuntur illæ sub* (k.) *Post longum intervallum:*

RVDOLFVS de *Alicb*, Anno 1314.

RVDOLFVS de *Ymene*, 1331.

unum de ipsis tenuit molendinis. Renuntio etiam omnibus Litteris, & suffragio Iuris, unde possem, ego vel heredes mei, in eisdem molendinis aliquid iuris nobis imposterum vendicare.

Testes huius rei sunt: LVDEWICVS Camerarius. „ HENRICVS Scultetus *Errfordensis* „ HENR. de - - THEODERICVS de *Omnibus Sanctis*. Mgr. RICHARDVS Notarius, Canonici *Errford.* VLRICVS - - ECKEHARDVS *Ludolff*, & HERMANNVS, Vasalli mei; et alii quam plures.

Acta sunt hec *Erfordie* Anno - - *MCC quadragesimo nono*, in die *S. Theodori*.

(k) HVGO Scultetus, & GVNTHERVS *Rabenolt*, Magistri, totumque Consilium & Scabini Civitatis *Errford.* omnibus in perpetuum. Recognoscimus & testamur, quod HENRICVS de *Rorbeche*, HENRICVS Vicedominus Gener suus, GOTSCHALCVS, KERLINGERVS & HILDEBRANDVS fratres, Concives nostri *Errforden.* sunt coram nobis publice protestati, quod, quandocunque Dominus noster, Dns WERNHERVS Archiepiscopus *Moguntinus*, vel alius successor suus aut Capitulum *Mog.* voluerit reemere illos annuos septem marcarum redditus, annuatim tollendos de Cameris seu stationibus Mercatorum nostrorum, pro LXX & VIII marcis *Errfordensis* monete, quas marcas iidem cives dederunt predicto Domino nostro *Wernhero*, pro eo quod ipsis & eorum heredibus contulit in feudo ipsos septem marcarum redditus antedictos; ipsis eos, omni difficultate contradictione & excusatione cessante, revendere pro LXX & VIII marcis - - tenebuntur, nichil iuris sibi ammodo vendicantes.

Vt igitur in posterum nulla super his ambiguitas generetur, presentem paginam inde conscriptam appensione Sigilli civitatis nostre duximus muniendam. Datum *Errfordie* Anno - - MCCLXII. tert. Kal. Martii.

IOANNES von See, 1357. *A.* 59 *Arcbiep.* GERLACVS *in beneficium ei confert Molam, dictam* die Wanweits-Müle.

CONRADVS von See, *Muneri præficitur ab* Adolfo I. 1383.

CONRADVS de *Windenberg*: *Obviat* 1416 - 19.

IOANNES Pryne, *assumptus A.* 1420 *fer.* 5 *post d.* Mauricii.

IOANNES de Waldenrod. *A.* 1428. *OO. SS. Aliquamdiu detentum in custodia* Steinhemii, *Elector* Conradus III *dimittit A.* 1432.

IOANNES de Elchleben: *Præturam, ad tempus vitæ concreditam, accepit 1436. Iul. 13.*

NICOLAVS Hildebrand: *Occ. A.* 1450.

OTTO Ziegler „*bon. mem.* Schultetus *Erfordensis*„ *ita in Litt.* THEODERICI, 1455 *datis.*

KILIANVS *de* Itstein: Assumitur 1461.

WERNERVS Herdan *de* Hofheim. Occ. 1464.

IOANNES Lupi *de* Heilgenstatt. Ass. 1465.

IOANNES Brunn, *Ass.* 1473, *transiens quinquennio post ad Vicedominatum.*

IOANNES *Funck, occ. A.* 1485.

LVDOVICVS *de* Rhein: *Ex Prætore factus est Vicedominus A.* 1520.

IOANNES Chun, *ass.* 1531.

VALENT. Klingkart. 1549 } *simulque in Vicedom.*
VALENT. Seidel 1551 }

THO-

THOMAS Selgen, *occ. A.* 1585.

IOANNES Helmſtorfer, *Heilgenſtadianus, aſſ.* 1599. *Muneri adbuc inſiſtens A.* 1630.

IOANNES Schöneman 1631 } *præficiuntur.*
IOANNES Dreſanus 1640 }

VITVS Stumpelius 1651 } *v. Elenchus* VICEDD.
THOMAS Lagus 1654 }

Continuative ſuccedunt:

PETRVS CHRISTIANVS Papius, 165-1664.

GEREON *Molitoris.* ⚭ 1679.

IOAN. MAVRITIVS *de* Gudenus. ⚭ 1688. d. 2. Maii.

IOAN. MICHAEL Spönla. ⚭ 1696.

IO. IACOBVS *de* Bilſtein. ⚭ 1718.

DANIEL MAVRIT. *de* Gudenus, *Immediati Ord. Eq. Circ. Rben. ſup.* ⚭ 22. *Maii A.* 1749.

IOAN. MICHAEL Rodermund.

DIPLOMATARIVM
ORDINIS EQVESTRIS
TEVTONICI
CVM
SIGILLIS.

Inclyti ORDINIS TEVTONICI *Diplomata solent eo gratiora esse, quo rarius publicam aspiciunt lucem. Plures extant in Terris finitimis Commendæ, quarum singulæ Membranis abundant. Misera nibilominus reguntur opinione Custodes, acsi obsoletæ id genus Chartæ mira continerent arcana; Ideoque abstrusis in carceribus, tineis & blattis corrodendas relinquere potius, quam in communem utilitatem extenebrare malunt; Cum tamen non nisi Rei Historicæ magis & magis illustrandæ serviant. Etenim de Diplomatum studio vere dici potest:* Nunquam satis, semper aliquid novi. *Quod autem bæc in cumulum congesta, partim e libris Copialibus membranaceis, partim ipsismet autographis manu mea transcripta, committere typis valeam Ego, faventi debetur Fortunæ.*

Quas ceteroqui L. B. Litteras fors observat interspersas, laudatum Ordinem non tangentes, loco destinassem aptiori, dummodo citius accessissent. Mixturam binc, earundem præstantia facile excusabit.

DVCEN-

DVCENDVM *foret initium a diplomate AEpiscopi* SIGEFRIDI, *confirmantis Anno* 1218 *donationem Ecclesiæ* Wisbadensis, *Teutonico* S. Mariæ *in* Ierusalem *Hospitali factam a* R. Friderico II; *quia vero iam habetur* T. I. p. 457, *Lectorem illuc remittimus.*

Dictæ ecclesiæ Patronatu per vices in Tabulario recurrente, placet quoad Wisbadenam, *ceu* Curtim Regiam, *primitus reproducere Diploma vetustissimum ex nostra* SYLLOGE * p. 564.

*Ed. 1728.

Anno 1123.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis.

HEINRICVS *divina favente clementia Quartus Romanorum Imperator semper Augustus.* Si fidelium nostrorum dignis petitionibus benigne acquieverimus, si beneficiis & prediis eos sublimaverimus, antecessorum nostrorum, Regum sive Imperatorum, exempla tenemus, & eorum successores nobis benivolentiores & devotiores habebimus; idque ad honorem atque utilitatem nostri, regnique pervenire non dubitamus.

Omnium igitur tam presentium quam futurorum Xpi fidelium sollers noverit industria, qualiter nos fideli nostro & Ministeriali EBERADDO, eiusque contectali ADELHEIDI, illorumque successoribus quoddam iure Imperii nostre proprietatis predium, silvam scilicet quandam, ad *regiam nostram Curtim*, WISIBAD vocatam, libere & absolute pertinentem, benigno donavimus animo. Et ut plenius nostre benivolentie piam ac devotam cognosceret affectionem, idem allodium cum omni utilitate, què vel in presenti vel in futuro inde provenire potest, agris videlicet, terris cultis & incultis, pratis, pascuis sive compascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molis, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus

tibus, quesitis & inquirendis, in proprium eidem EBEBARDO * in expeditione *Westfalie* concessimus. Hoc autem sine diminutione Regni fecimus, quia parem eum eiusdem predii esse cognovimus. * ita in autogr.

Vt autem huius nostre concessionis auctoritas stabilis & inconvulsa permaneat, hanc inde Cartham manu propria corroboratam scribi, & Sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Si quis autem, quod absit, hoc Preceptum nostrum temere neglexerit, auri purissimi centum libras persolvat scriniis Imperatoris. Huic concessioni presentes affuerunt,

BRVNO *Spirensis* Episcopus.
CONRADVS *Curiensis* Fpiscopus.
GEBEHARDVS *Herbip.* Episcopus.
HEINRICVS Dux *Bavariorum.*
GODEFRIDVS *Palatinus Comes.*
Abbas *Vuldensis* ODALRICVS.
BERTOLFVS Comes *de Lindenfels*,
eius nepos CONRADVS.
ODALRICVS *de Burningen.* CVONO.
CONRADVS de *Walrestein.*
ROBERTVS de *Vrsin.*
GODEFRIDVS de *Horinberch.*
HARTMANNVS Comes de *Tilingen.*
HVMBERTVS de *Lineeburg.*

Alii quoque fideles nostri:
VOLCMARVS. EBERARDVS. BVRCHARDVS.
CORADVS. HEINRICVS. WERNHERVS.
HEINRICVS de *Nichastel.*
EGENO Camerarius.

Signum HEINRICVS QVARTI *Romanorum Imperatoris* Invictissimi.

PHILIPVS Cancellarius recognovi vice ADELBERTI *Mogontini* Archicancellarii.

25. Mart. Data *Spire*, Anno Dominice Incarn. MCXXIII. Indict. XIII. VIII Kl. Aprilis.

II.

Testimonivm
Donationis plurium Bonorum, *factæ per* H. *Comitem* de Reichenbach.

Anno 1219.

Gvmpertvs *Dei gratia* Fritzlarienſis *eccleſie Prepoſitus*. Vniverſis Xpi fidelibus hanc paginam inſpecturis in Domino ſalutem. Tenore preſentium volumus declarari, quod Comes Henricvs de *Richenbach*, profeſſionem & habitum eorum, qui in ciſmarinis partibus in *Theutonica domo* Deo omnipotenti & glorioſe Virgini Marie deſerviunt, aſſumens, una cum filiis ſuis, Comitibus Henrico Wernhero, & Godefrido ſcolare, cuidam loco, qui *Richenbach* dicitur, Teutonice domui pertinenti, bona ſua in *Vorrieden*, *Poppenhagen*, *Belderichsfeld*, *Hetzelshagen*, *Wetzelsrod*, *Kamphis*, cum locis campeſtribus, uſuagiis, piſcariis & univerſis pertinentiis contulit devote. Hoc adiciens, & fide in manus noſtras cum filiis ſuis memoratis data conſtanter repromittens, quod ſi Epiſcopus *Herbipolenſis*, *a quo habet in feodo* bona in *Vorrieden*, donationem eorundem bonorum ratam nollet habere, ipſe & filii ſui - -, & quidam honeſti Milites, quos in teſtium recitatione ſubiungemus, eadem bona Bonis & proprietatibus ſuis recompenſabunt. Teſtes huius rei ſunt

Conradvs de *Ruſchenberg* Canonicus *Fritzlarienſis*. Hvgo, & Wernhervs frater ſuus, *de Vtenheim*. Volcradvs & Hartmannvs fratres *de Homburg*. Thiedericvs de *Masheim*. Widerol-dvs *de Ringesheim*. Helfricvs & Bertholdvs fratres *de Rohrenfort*. — —

Actum

Actum apud *Fritzlariam*, Anno incarn. Dominice MCCXIX. quarto Idus Iunii.

III.

„ *Quod* Fratres *in Terris Dni* Lantgravii *liberi sint* „ *a Telonio, & omni exactione.*

An. 1225.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. AMEN.

LVDEWICVS *divina favente clementia Lantgravius* Thuringie, & *Comes Palatinus* Saxonie, omnibus in perpetuum. Cum sacra teste Scriptura omnis potestas a DEO sit; universis Cristiane fidei veritate illustratis liquido constat; quia qui potestate sibi concessa male utitur, ab Eo a quo omnis potestas procedit gravius iudicabitur. Quapropter nobis, qui divina dispositione potestatem in ceteros in hoc seculo accepimus, valde necessarium esse credimus, ut, cum in his que credita sunt nobis toties offendimus, ad asylum amicorum Dei confugiamus, ac nostra abundantia necessitatem illorum sublevemus, ut in tempore summe necessitatis, apud eum, qui se in suis etiam minimis fatetur honorari, ipsos mereamur habere intercessores.

Proinde universitatem nostram nosse cupimus, quod dilectos nobis in Domino *Fratres* Domus Hospitalis Theutonicorum S. *Marie* in *Iherusalem*, quos divina gratia ad salutem nostram & nostrorum, in Terris, in quibus ius & potestatem habemus, habitare concessit, pietatis ac dilectionis non parve oculis respeximus; Deum & immaculatam eius Genitricem in ipsis honorare cupientes, ut servitii, quod diu noctuque ipsis exhibetur ab eisdem, participes fieri mereamur.

Habito itaque consensu fratrum nostrorum, HENRICI & CONRADI, omne ius quod in omnibus possessionibus eorum, quas habent & habituri sunt in Terris nostris, habere dignoscimus, coadunatis manibus & consensu pari, *Fratribus* eiusdem Domus donavimus in perpetuum; ab omni Telonio & exactione, per omnes terras, & Fora ditionis nostre subdita, tam ipsos quam homines eorum, liberos perpetuo facientes.

Hec autem liberalitatis nostre donatio ut firma permaneat in perpetuum, presentem Paginam sepedicte Domus *Fratribus* dedimus, Sigilli nostri appensione roboratam. Huius itaque Donationis nostre testes sunt

Dns WENTZLAVS, filius Regis *Boemie*.
Comes FRIDERICVS *de Bichelingen*.
Comes ALBERTVS de *Kevernburg*.
Comes BVRCHARDVS de *Luterberch*.
Comes HENRICVS de *Stalberg*.
LVDEWICVS Comes *de Warperch*.
MEINARDVS Comes *de Mulenburch*.
THEODERICVS Comes *de Bercka*.
GEVEHARDVS de *Arnstein*.
LVDOLFVS de *Boilstete*.
HARTMANNVS de *Heldrungen*,
& HENRICVS filius eiusdem.
RVDOLFVS Pincerna [*de Vargula.*]
HERMANNVS Dapifer,
et CVNEMVNDVS & BERTOGVS fratres eius.
[*de Selatheim.*]
HENRICVS de *Ebersperg*, Marscalcus.
HENRICVS de *Vanre*, Camerarius.
FRIDERICVS de *Ratolverod*.
WALTERVS de *Dennstete*.
WALTERVS de *Vargela*.
HENRICVS *de Hirsegowe*.
HENRICVS de *Kornre*.

HER-

HERMANNVS de *Rodolfstat.*
THEODERICVS & ALBERO de *Vipechе.*
VLRICVS de *Tulstet.*
ECKEHARDVS & HVGO de *Sumeringen.*
EBERHARDVS de *Salza.*
RVDOLFVS de *Bulcigesleben*,
& DIETHERVS de *Loucba*, Notarius.

Acta sunt hec in *Wicense*, Anno gratie MCCXXV.

IV.

MAGISTER *Ordinis in gratiam AEpiscopi* Mogunt. *certis abrenuntiat iuribus & privilegiis.*

An. 122..

Ego HERMANNVS, *ex hac parte Maris ex mandato superioris Magistri Preceptor constitutus, licet indignus, Universis in perpetuum.* In notitiam universorum Xpi fidelium venire desideramus, quod Domus *Teutonicorum* in transmarinis partibus, & *Fratres* eiusdem, quibusdam gaudemus privilegiis, nobis a Sede Apostolica indultis; talibus videlicet, quod Clerici nostri Ordinis, vel quos extra nostrum ordinem in ecclesiis nostris instituerемus, non debeant subiacere sententie alicuius Episcopi quoad suspensionem Divinorum, vel etiam excommunicationis. Preterea quicunque se Confraternitati vel orationibus nostris committere voluerint, a nullo Episcoporum valeant excommunicari, vel aliorum quorumlibet debeant iniqua exactione inquietari. Insuper etiam adiecit nobis gratiam, quod si generalis suspensio ex parte cuiuscunque Episcopi indicta fuerit, in qualibet ecclesia nostra, nulla exclusa sollempnitate, uno die tantum infra spatium unius anni, in subsidium predicte Domus possimus Divina celebrare officia.

Vt autem gratiam & benivolentiam Domini noſtri Archiepiſcopi *Maguntini*, in cuius dioceſi Beneficiorum tam eccleſiaſticorum quam temporalium poſſeſſores ſumus, devote captemus; Confratrum noſtrorum uſi conſilio, ne ipſius videamur derogare auctoritati, in eo iure nobis a ſede Apoſtolica tradito renuntiamus; videlicet, quod Clericos noſtros in ſua dioceſi conſtitutos, ſue iurisdictioni ſubicimus; in eo videlicet, quod ſi ſuſpenſio Divinorum in *Maguntina* dioceſi promulgata fuerit, noſtri Clerici, ſicut & alii, mandatum ipſius obſervabunt; Hoc tamen excluſo, quod ianuis clauſis Confratribus noſtris, ſimulque familie noſtre, viatoribus & peregrinis, nulla adhibita ſollempnitate liceat celebrari. Hanc autem obedientiam ſoli ſervabunt Archiepiſcopo, & nulli alii Prelatorum ſuorum. Quemcunque etiam in confratrem, & orationibus noſtris ſe committentem receperimus; volumus, ut auctoritas predicti Domini noſtri in eundem non minoretur. De indulgentia autem, quam accepimus, in qualibet eccleſia uno die tantum, celebrandi infra ſpacium unius anni; ſi generalis fuerit ſuſpenſio Divinorum, nichil remittimus. Nullam etiam de eccleſia in *Porſendorf* mutationem faciemus, niſi accedente ſuper hoc conſenſu ſuo.

Hec omnia tenemur, tam auctoritate Apoſtolica, quam etiam maioris Magiſtri noſtri Domus Theutonice confirmata, Domino *Maguntino* Archiepiſcopo repreſentare. Huius ordinationis aderant Teſtes ſubſcripti:

CVNRADVS Prepoſitus S. *Marie* in *Erphort*. GVNTERVS Decanus. GISELBERTVS Cantor eiusdem Eccleſie. Et Canonici: BERTOLDVS de *Rudensdorf*. CVNRADVS Cellerarius. LODEWICVS de *Gota*. CVNRADVS de *Kale*. ALBERO. CVNRADVS Archipresbyter. HEINRICVS de *Gota*.

De Eccleſia *Severi*:

DITMARVS Decanus. OTTMARVS Cantor. CVNRADVS Prepoſitus S. *Auguſtini*. ARNOLDVS Prepoſitus *Novi operis*.

Hi

Hi etiam Confratres nostri:

Hvgo sacerdos in *Zuezen*. Hermannvs sacerdos. Waltherus de *Langenberc*. Bernardvs de *Tebrezin*. Cvnradvs Commendur de *Porsendorf*. Heinricvs Magister in *Aldenburch*. Philippvs Commendur de *Hallis*. Arnoldvs de *Langele*. Rvdolfvs de *Negelstete*. Heinricvs Commendur de *Francken-vort*. Heinricvs de *Mergentheim*. Gerhardvs de *Krusterde*.

Hi Laici:

Comes Lampertvs de *Glichen*. Dithervs & Dithericvs, Vicedomini, de *Rusteberc* & *Apolde*. Vlricvs de *Tullestete*. Siboldvs, Gvte filius. Ditericvs puer de *Apolde*. Ditericvs de *Buseleiben*, & alii quam plures.

Vt autem in posterum hec ordinatio nostra a nullo Confratrum nostrorum valeat revocari, Sigilli nostri impressione presentem paginam consignavimus. *Æra caret.*

V.

Bona, *obtestatione Vasalli* Fratribus ultramarinis *collata, Subvasallus ex aliis bonis suis Domino directo resarcit.*

1226.

In Nomine Sancte et Individve Trinitatis.

Lvdewicvs *Dei gratia* Hersfeldensis *Abbas*. Omnibus tam presentis quam futuri temporis hominibus volumus ut innotescat, quod ad maximam fidelis nostri, Comitis

mitis ALBERTI de *Waldenſtein*, & aliorum honeſtorum virorum inſtantiam, tres Manſos - - - ſitos in *Helmingsbuſen*, quos HENRICVS de *Heſſelrot* a predicto Comite *Alberto* in feodo habuerat, et ipſe Comes a nobis, *Fratribus* HENRICO & SYGEWINO de *Richenbach*, nomine *Theutonice* domus ultra mare conferimus, & cum omni integritate in perpetuum poſſidendos liberaliter appropriamus; In quorum reſtaurum accepimus quatuor manſos - - - ſitos in *Meckwansberg* & *Retwinsbuſen*, quos iam dictus *Henr.* de *Heſſelrot* nobis & Eccleſie noſtre donavit & appropriavit. Teſtes aderant his donationibus:

Comes ALBERTVS de *Waldenſtein.*
HENRICVS Burggravius (*Fridb.*)
LVDEWICVS de *Iwa.*
LVDEWICVS de HEMBOLDSHVSEN.

Actum eſt Dominice incarn. Anno MCCXXVI, Inſtitutionis vero noſtre anno nono. Vt ergo huiusmodi Donatio noſtra rata & ſtabilis ſemper permaneat, fecimus eam annotari, & Sigilli noſtri appenſione roborari.

VI.

DE *Cenſu, a feudali nexu liberato.*

1229.

OTTO *Dei gratia Palatinus Comes Reni, Dux Bavarie.* Omnibus hoc Breve viſuris ſalutem in Domino. Que mens humana non valet ſervare, decet ea ſcriptis enucleatius innodare. Sciant tam preſentes quam poſteri, quod ECKEBERTVS *Pincerna* de *Elbenſtein*, motus zelo pietatis, unanimi, conſenſu Coniugis ac pignorum ſuorum, noſtra voluntate ſeu permiſſione, Cenſus de curia Domus Theutonice, ſita in *Buſensheim*, mediantibus viris idoneis, ſcilicet Comite *Agreſto*, † Comite *Irſuto*, ‡ GODEFRIDO de *Bickenbach*,

† i. e. *Wildgravio.*
‡ *Rugrav.*

bach, CONRADO de *Lichtenstein* * & aliis quam pluribus, quos Census a nobis iure feodali possederat, absolute & integre S. MARIE ibidem servientium reliquit usui.

* *a loco domicilii, natu de Greiffenstein.*

Ad cuius certitudinem hanc Paginam Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in *Altzeia* Anno Domini MCCXXnono.

VII.

LVDOVICI Rienecki & ADELHEIDIS *donatio Bonorum in* Heydbach.

1229.

† In nomine PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI Amen.

Ex autogr.

Tenore presencium cunctis presentibus & futuris sit manifestum, quod nos LVDEWICVS Dei gratia Comes *de Rienecke* & ADELHEIDIS uxor nostra, intuitu Dei & pro remedio animarum nostrarum, & Parentum & filiorum nostrorum donamus, concedimus & confirmamus, libera & unanimi voluntate omnipotenti DEO & bte MARIE virgini Matri eius, & venerabili Hospitali S. *Marie* Alamannorum *Ierlm.* mansum & dimidium terrarum in *Heidebach* cum omnibus pertinentiis suis. Donamus insuper, & concedimus & confirmamus eidem Hospitali omnia iura, & omnes actiones & rationes, que nobis de predictis, vel pro predictis, vel competere possunt aliquo modo vel iure. Et promittimus dicto Hospitali, obligando nos & nostros heredes, quod predicta omnia semper firma & rata habebimus, & ea eidem hospitali ab omni molestante persona & loco defendemus.

Ad hec ego FRIDERICVS, filius quondam PERVLFI de *Heidebach*, predictis omnibus consentiens, & protestor & confiteor, quod, antequam Ordinem & habitum dicti Hospitalis

talis ſuſciperem, totum meum ius quod in predictis habebam, d° hoſpitali donavi.

Et ut hoc ſcriptum pleniſſimum robur obtineat firmita-
† n. I. tis, nos dictus Comes ipſum noſtri Sigilli † munimine fecimus roborari. Huius autem rei teſtes ſunt

Dns RVDOLFVS de *Chrumpach*, & Dns GERHARDVS de *Iazach*, & D. DIETRICVS de *Grunsfelt*, & D. SIFRIDVS de *Cymbern*, & D. HEINRICVS *Vrban*, & D. HEINRICVS *Walſerat*.

Actum eſt autem hoc, Anno Dominice incarnationis MCCXX nono. Indict. ſecunda. XVII Kal. Septembris.

VIII.

Exemptio & libertatio Curiarum in Rosdorf & Mardorf, &c.

1233.

I. N. S. & I. T.

CONRADVS D. G. Abbas, HERTWICVS Decanus, totusque Conventus *Fuldenſis* Eccleſie. Vniverſis Xpi fidelibus - - - ſalutem in ſalutis auctore. Factis dignis memoria ſepe proceſſu temporis novercari ſolet oblivio, niſi ſcripture teſtimonio, & notificentur preſentibus, & ad venturam propaginem provehantur.

Huius ergo oblivionis iniuriis obviare volentes, tam futuris quam preſentibus declaramus, quod Curias in *Roſdorff* & *Mardorff*, que *villicationi* noſtre in *Selheim* attinebant, liberas a ſolutione Decime, ab omni advocacia & iurisdictione qualibet, cum Cenſu, areis, agris pratis & ſilvis - - - Hoſpitali S. *Franciſci* apud *Marpurg*, conſtructo a *felicis mem.* ELISABETH *Lantgravia*, communicato conſilio libere & abſolute contuli-

contulimus pro C. & L. marcis ponderati argenti. - - - Teſtes huius rei ſunt

GERLACVS Prepoſitus S. *Marie*,
Camerarius Abbatis.
BERTHOLDVS S. *Petri* Prepoſitus.
GERLACVS Prepoſitus in *Holtzkirchen*.
ALBERTVS Prep. S. *Iohannis*.
GERLACVS Prep. S. *Michaelis*.
WARMVNDVS Hoſpitalarius.
GODFRIDVS Infirmarius.
VOLCKNANDVS Cellerarius.
LVDEVICVS Camerarius.
RVDOLFVS Scriptor.
THEODERICVS Parrochianus in Fulda,
& alii Clerici quam plures.
ALBERTVS de *Franckenſtein*.
LVDEVICVS de *Wangenheim*.
GERLACVS de *Haſſelſtein*.
HENR. Dapifer. TRAGEBODO Advocatus.
REINHARDVS de *Salſungen*.
GODFRIDVS de *Erlebach*,
& alii Laici quam plures.

Acta ſunt hec Anno Dominice incarn. MCCXXXIII. VII. Kal. Novembris. Ind. V. in *Fulda* in Armario. Preſentibus HERMANNO Parrochiano de *Marpurg*, Rectore prefati Hoſpitalis. ECKEHARDO Decano & Parrochiano in Ameneburg. WIGANDO Plebano in *Schrick*. HENRICO Plebano de *Selheim*. IOHANNE Plebano de *Alsfeld*, qui preſentem conſcripſit Paginam. HENRICO *Lutzelkolben*, & SYBODONE de *Meinhartshuſen*, Militibus HERMANNO Procuratore eiusdem ſepedicti Hoſpitalis. OSPERTO & LVDEVICO de *Alsfeld*, Scabinis in *Marpurg*. Regnantibus Glorioſiſſimo Imperatore FRIDERICO, & Nobiliſſimo Filio ſuo, Rege HENRICO.

IX.

Obligatio Henrici *Lantgravii erga fratrem suum* Conradum.

1234.

HENRICVS *Dei Gratia Lantgravius* Thuringie, & Saxonie *Comes Palatinus.* - - Quoniam labilis est humana memoria - - - Noverint igitur universi, quod cum dilectus frater noster CONRADVS, divino accensus zelo legeque privata sancti Spiritus ductus & inspiratus, se Ordini Fratrum Domus Theutonice devovisset; Nos, in manus Venerabilis Dni C. *Hildesbemensis* Episcopi, eiusdem *Conr.* fratris nostri, nec non B. Abbatis in *Buch*, & D. Prepositi in *Franckenhusen* fide data promisimus, Domui *Teut.* in remissionem peccatorum nostrorum dare & assignare, ubi iam dictus frater noster in Bonis nostris elegerit, Redditus trecentarum marcarum argenti, libere & sine omni onere, nullo prorsus Advocacie aut quolibet alio onere nobis in eisdem reservato, sed omni pleno & integro - - - iure possessionem earundem in Domum *Theuton.* iam predictam transferendo.

Insuper in manus Eorundem nos obligavimus bona fide, omni dolo ac captione cessantibus, eadem Bona stabilire, firmare, roborare ac warandare, ubicunque Domui fuerit opportunum expedire. Preter hec autem sub eadem astructione . . fidei - - - promisimus assignare prefato fratri nostro, aut quibus ipse volet suo nomine, in bonis nostris vacantibus redditus [400] marcarum, usque ad receptionem [1000] marc. ex eisdem, in solutionem Debitorum ipsius, omni prorsus a nobis vel nostris heredibus medio tempore in eisdem bonis impedimento cessante, sed eorum possessione libere apud eos, quibus ipse assignaverit, remanente.

Ad perpetuam itaque huius rei geste memoriam, ne ulla super premissis ambiguitas oriatur, vel questio moveatur, presen-

presentem Paginam super predictis conscriptam, Domini nostri prememorati Episcopi, nostro, Abbatis, & Prepositi prefatorum munimine Sigillorum fecimus roborari.

Actum *Northusen* Anno Domini MCCXXXIV. Indict. VIII. tert. *XI. Oct.* Idus Octobris.

X.

Donatio Bonorum Grifftete, Willstete - - - *facta per Landgravios.*

1234.

I. N. S. & I. T.

HENRICVS, CONRADVS & HERMANNVS, *Dei gratia* Thuringie *Lantgravii*, *Saxonie Comites Palatini.* Omnibus presentem Litteram inspecturis in perpetuum. Ea que geruntur in tempore, ne simul elabantur cum tempore, poni solent in linguis testium, & fideli memorie litterarum commendari.

Notum igitur esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos unanimi voluntate & consensu, de fidelium nostrorum & Ministerialium consilio donavimus atque contulimus Hospitali S. *Marie* domus *Theut. Hierosol.* in manus *Fratris* HENRICI de HONLO, Preceptoris eiusdem Domus per Alemaniam, omnia Bona nostra in villis que dicuntur *Rieth*; Videlicet XXIII mansos & dimidium allodium in *Grifstet*, cum molendino ibidem. In *Willstet* VII mansos, in *Vischstet* XXX mansos. Officium in *Gunstete* cum X. mansis - - - Item omnia bona nostra in *Mardorf* & *Werkel*, & molendinum iuxta Hospitale in *Marpurg* - - - Omnia hec libera & sine omni onere, cum omnibus suis pertinentiis, terris cultis & incultis, - - - - sub eisdem terminis in longum & in latum, sub quibus eadem tenuimus, cum omni iurisdictione & districtu,

quo nos eadem possedimus; nec Advocacia, nec ullo prorsus iure, obsequio - - -, quocunque nomine censeantur, nobis . . reservatis. — — — —

Presentibus quoque litteris recognoscimus & protestamur, nos fide data promisisse, Domum Theutonicam & *Fratres* de omnibus bonis predictis *warandare*, firmare & stabilire, ubicunque Domui expediens fuerit & opportunum; Et si a quocunque in eisdem fuerint pulsati aut impetiti, nostris expensis negotia & causas expedire, atque bona, si qua evicta fuerint, de alia nostra libera proprietate legaliter resarcire & recompensare.

Preterea nos *Henricus* in manus fratris nostri *Conradi*, & Ego *Hermannus* in manus eiusdem Patrui mei data fide nos obligavimus, omnia predicta, quolibet dolo & captione cessante - - in perpetuum rata, firma & inconvulsa observare. Fideles quoque nostri infrascripti fide data promiserunt, - - diligentiam & promptitudinem predictorum observationi se adhibituros.

Ad perpetuam itaque huius rei memoriam ne ulla super premissis ambiguitas oriatur, vel questio moveatur, presentem Paginam - - nos HENRICVS & CONRADVS Sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Ego vero HERMANNVS, quoniam adhuc proprium sigillum non habeo, Sigillum patrui mei *H.* vice sigilli proprii duxi appendendum. Testes autem huius rei sunt

Comes HENRICVS de *Stalberg.*
RVDOLFVS pincerna *de Vargila.*
BERTHOVS dapifer *de Slatheim.*
FRIDERICVS de *Drifurte.*
DVDO de *Lapide.*
ECKEHARDVS de *Sebeche.*
ALBERTVS de *Sebeche.*
CVNEMVNDVS de *Slatheim.*
IOHANNES de *Herversleiben.*

HER-

HERMANNVS de *Rumrode.*
ALBERTVS de *Ebeleiben.*
Mgr IOHANNES de *Dorlo.*
HENRICVS Scriptor de *Wisen*,
& alii quam plures de nostra familia.

Religiosi vero: *Fr.* HENRICVS de *Honlo* Preceptor Domus Theutonice per Alemaniam. *Fr.* VLRICVS de *Durren.* *Fr.* GVNTHERVS de *Wilrichsleiben.* *Fr.* HENRICVS de *Nurenberg.*

Actum in Oppido nostro *Homburg* Anno Gratie MCCXXXIV. VIII. Idus Novembris. Indictione VIII. *6. Nov.*

XI.

Pia Comitis Nuenb. *Liberalitas.*

1234.

WITEKINDVS Comes *de Nuenburg.* Quidquid iuris habuimus in Bonis in Aldendorf, nos, una cum Vxore nostra OSANNA & filio nostro VOLCKWINO, adpetitionem & instantiam dilecti fratris nostri LVDEWICI totaliter abrenunciavimus, Hospitali S. *Marie* domus Theutonicorum libere donando. Similiter & Bona nostra in villa que dicitur *Wildungen*, sub proprietate dicte Domui dedimus. In duabus villis, que *Amenorwe* nuncupantur, Bona nostra totaliter, sic ut prediximus communicato consilio & consensu uxoris nostre & filii nostri, una cum fratre nostro iam dicte Domui dedimus. Presenti scripto, Sigillo nostro sigillato, hec confirmantes.

Et hec apud *Marpurg*, Anno Gratie *MCCXXX quarto*, X Kal. Ianuarii. *23. Xbr.*

XII.

XII.

De comparatis Bonis apud Flörsheim *a Monasterio* Hugonis Curiæ. *

* *Vulgo* Hugshoven *Ord.* S. Benedicti, *antequam sub med. seculi XVI collabasceret, in sup. Alsatia situm.*

1237.

I. N. S. & I. T.

BERTHOLDVS *Dei gratia Episcopus* Argentinensis, REINHARDVS Prepositus, BERTHOLDVS Decanus, VLRICVS Cantor, totumque maioris Ecclesie Capitulum. Ne rerum gestarum veritas cadat in oblivionem, litterarum debet memoria perhennari.

Noverint igitur universi presens scriptum inspecturi, quod *I.* Abbas & Capitulum *Hugonis Curie*, de communi consilio & assensu, pro maiori utilitate Monasterii sui universa Bona sua apud *Flersheim* sita, cum attinentiis & omni iure - - - *Fratribus* S. *Marie* domus Theutonice vendiderunt, pro DCCCL marcis argenti libere & proprie possidenda; se & successores suos veros *Guarandos*, eiusdem venditionis omni tempore & in omni loco, prout iustum fuerit, constituentes; & omni iuri suo, quod in predictis bonis habuerunt, penitus abrenuntiantes, consensu & licentia nostra plenius accedente.

In huius rei testimonium presens Pagina conscripta est, & Sigillis, nostro, Capituli maioris Ecclesie *Argent.*, predicti Abbatis & Capituli *Hugoniscurie* solenniter communita.

Acta sunt hec publice, Anno videlicet Verbi incarnati MCCXXXVII; presentibus his testibus:

REINHARDO Preposito. BERTHOLDO Decano. VLRICO Cantore & Scolastico. HERMANNO de *Erenberg* Portario. FRIDERICO de *Hagenaue* Cellerario. REINHARDO de *Tengen*. EBERHARDO de *Entringen*; Canonicis maioris Eccl. *Argent.*

CON-

CONRADO Custode *Hanogiensi*. WALTHERO de *Clathe*, plebano in *Bischoffsheim*. REMBOLDO, LOSELINO, PAVLINO, Clericis.

RVDOLFO *Scholzenholz* milite. BILLVNGO cive de *Hagenaue*. CONRADO *ad Barbam*, & filio suo MENDEWINO, civibus *Arg*. HESSONE Notario Burgensium, & aliis quam pluribus.

XIII.

QVI *partem Debiti susceperant in se, redduntur indemnes.*

1245.

Frater THEODERICVS de *Gruningen*, Preceptor *Livonie*, vices Magistri gerens per *Alemanniam*. Universis in Xpo dilectis *Fratribus* Domus *Theut.* fraternam in Domino caritatem. Notum esse volumus Caritati vestre, quod nos Bona Domus nostre in *Busenheim*, pro debitis solvendis, a Magistro nostro *Fratre* HENRICO de HOINLO in curia *Romana* contractis, vendere compulsi sumus; Sed quia *Fr.* CONRADVS de *Budingen* Commendator & *FF.* de *Marpurg* pro eisdem debitis se in LX marcis obligaverunt, eidem domui in *Marpurg* predicta bona pro prenominata pecunia libere contulimus & absolute. Presentem paginam Sigillo nostro munitam ipsis conferentes. Testes etiam sunt:

Frater VLRICVS de *Durne*.
Fr. LVDEWICVS de *Othingen*.
Fr. ANSELMVS sacerdos.
Fr. ALBERTVS de *Bastheim*, Commendator in *Mergentheim*.
Fr. CONRADVS de *Budingen*, Commend. in *Marpurg*. *Fr.* VOLPERTVS.

Acta sunt hec Anno Domini MCCXLV. mense Iulio.

XIV.

Consensus ad donandum.

1251.

CONRADVS *Dei gratia Romanorum in Regem electus semper Augustus, Hierosolimis & Sicilie Rex.* Vniversis presentes litteras inspecturis fidelibus suis Gratiam suam & omne bonum.

Cum assiduis utilitatibus Domus S. *Marie* Theutonicorum in *Iherusalem*, propter grata & fidelia obsequia *Fratrum* eiusdem, impensa dudum Progenitoribus nostris & nobis, merito intendamus; ad vestram notitiam volumus pervenire, quod THEODERICVS de *Bartenhusen*, fidelis noster, offerre poterit & donare ipsi Domui de bonis suis, tam hereditariis quam feodalibus, que tenet a Curia nostra, quidquid ipse voluerit, de licentia nostra pro sue arbitrio voluntatis; exceptis bonis nostris in *Grunda*, que novissime receperat a manibus quondam Imperatoris Domini patris nostri, de quibus nullam fieri permittimus alienationem. Vnde pro futura memoria & cautela eorundem *Fratrum* presentes Litteras Sigillo nostre Celsitudinis duximus muniendas.

Datum apud *Rotenburg* Anno Dominice incarn. MCCLI mense Februario, none Indictionis.

XV.

Actor, Causam fovere minus iustam agnoscens, Liti renuntiat.

1252.

VLRICVS de *Minzenberg*. Ad universorum notitiam cupimus presenti pagina pervenire, quod nos & Vxor nostra HEDWIGIS, de consilio Amicorum nostrorum, renun-

renuntiavimus omni actioni, quam habuimus pro Bonis in *Kirchain* contra *Fratres* domus Teutonicorum in *Marpurg*, ad preces Domine nostre SOPHIE Ducisse *Brabantie*; & ex eo, quod experti sumus, ius nostrum in his bonis minus validum fuisse, & propter Deum.

Ad cuius rei memoriam presentem scedulam Sigillo nostro fecimus communiri. Datum *Minzenberg* Anno Domini MCCLII, in vigilia beate *Marie Magdalene*.

Curiosum Vdalrici *Sigillum v. sub n.* II *b.*

XVI.

Assecuratio eorum, quæ disposuit F. *de* C.

1253.

Ego HARTMVDVS de *Cronenberg* universis - - - notum esse volo, quod ego, iuxta testamentum fratris mei FRANCONIS, qui divina inspirante gratia se Ordini domus *Theutonice* scitur reddidisse, duabus sororibus meis in Religionis habitu famulantibus, duo pellicea in secundo anno de bonis, sitis in *Turckenwile*, quoad vixerint, & duobus fratribus meis parvulis sex octalia siliginis de bonis in *Sozenheim* sitis, annuatim, quousque dum ipsi ad statum virilem perveniant, debeo ministrare. Legationis sue testamentum, quod cum bonis suis in *Horheim* fecit domui Theutonice in *Marpurg*, nunc & semper, omni contradictione remota, servando. Huius rei testes sunt:

EBERWINVS de *Guns*. OTTO. WALTHERVS. BERTHOLDVS *Swab*. - - -

Actum Anno Domini MCCLIII, in Dominica qua cantatur *Oculi mei semper*.* Vt autem hec firma maneant & illesa, presentem schedulam Sigillo meo, communi nostro sigillo, & WALTHERI cognati mei sigillo duxi roborandam.

* 23. Mart.

XVII.

De paræciis Herbern *&* Zutſchem *Domui* Confluentinæ *donatis.*

1254.

ARNOLDVS *Dei gracia* Treverorum *Archiepiſcopus*, Viris religioſis & dilectis in Xpo Preceptori & Fratribus Domus Theutonice in *Confluentia* ſalutem in Domino. Quoniam ea que poſſidentur a vobis, deputata ſunt ſervicio Crucifixi, quem & in membris ſuis, videlicet pauperibus, hoſpilitatis gracia, infirmorum cura, ac multiplici conſolacione miſericorditer recipitis & fovetis; nichilominus *FFbus* veſtris transmarinis neceſſaria miniſtrando, qui pro defenſione Terre ſancte, & fide Xpiani nominis dilatanda ſe periculis & mortibus fideliter & frequenter exponunt; conſiderantes, quod ad tanta pietatis opera pluribus indigetis, Eccleſias parochiales noſtre dioceſis in *Herbern* & *Zutzen*, cum capellis attinentibus eisdem, quarum iura patronatus benigna devocione Patronorum vobis dinoſcuntur eſſe collata, de conſenſu Capituli noſtri Domui veſtre conferimus & donamus. Ita videlicet, ut, cum obtulerit ſe facultas, & qui loco paſtorum habentur, eas deſierint poſſidere, fructus earum, qui ſuper neceſſitatem deſervientium perſonarum proveniunt, veſtris uſibus applicentur. Nichilominus diſtrictius provideri volentes, ne cura animarum in eis aliquatenus negligatur, & tanta portio deſervientibus aſſignetur, ut de iure ſuo Archiepiſcopo & Archidiacono ſufficienter valeat reſponderi.

In cuius facti perpetuam firmitatem noſtrum & Capituli *Treverenſis* Sigilla preſentibus Litteris ſunt appenſa. Datum
26. Iun *Treveri* Anno Domini *MCCL quarto* VI. Kal. Iulii.

XVIII.

XVIII.

„ *Littera destructionis Molendini &c.* „

1255.

FRIDERICVS, & FRIDERICVS filius suus, Dei gratia Comites *de Bichlingen*, Omnibus presens Scriptum inspecturis Salutem & omne bonum. Quoniam Concordia sepissime fovet amicitiam & favorem, et Discordia, que mater est litium, generat odii perplexitatem; dignum duximus, eandem discordiam, que inter nos & dilectos *Fratres* Hospitalis S. *Marie Theut.* in *Griffstet* aliquamdiu vertebatur, favorabiliter componendam.

Noverit itaque tam presentium etas, quam futura posteritas, quod nos pro pace & amicitia, nec non pro dilectione predictorum *Fratrum* conservanda, Molendinum quod in *Griffstet maiori* construi feceramus super Aqua que dicitur *Lazs*, quod etiam minus rationabiliter possidere videbamur, destruximus. Eo videlicet pacto, ut neque nos, nec aliquis heredum nostrorum, amplius pred. molendinum debeat reedificare. Si quis vero temeritate seductus, *illud* in preiudicium dictorum *Fratrum*, & nostrum construere presumpserit, nos de consilio & auxilio eorundem *Fratrum*, & ipsi de nostro, debemus eidem constructioni resistere firmiter ac violenter.

Vt autem hec compositionis nostre ordinatio rata & inviolabilis perenniter permaneat, presentem paginam Sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Huius rei testes sunt:

FRIDERICVS Comes de *Stalberg*.
Dns HENRICVS de *Heldrungen*.
HENRICVS *Specht*. ALBERTVS *Dives*.
LVDOVICVS *Speculum*.
NENZMANNVS senior.
REINHARDVS de *Ratolverode*. Milites.

Dns WERNERVS Plebanus de *Bulzichesleiben.*
MEINHARDVS Parochianus de *Kindelbrucken;*
Clerici.

Acta ſunt hec in *Plebiſcito ad Lapidem longum* iuxta *Buchelde.* Anno incarn. Domini MCCLV. VI. Idus Maii.

Hanc Compoſitionem renovarunt anno 1299. V. *Kal. Ian.* GVNZELINVS & HENRICVS *Comites* de Beuchlingen, FRIDERICI *quondam Comitis filii.*

XIX.

De bonis, Ordini per S. *de* B. *illatis.*

1255.

Ego SYFRIDVS Miles *de* BLASBACH tenore preſentium publice proteſtor, dum ego, intendens ſaluti anime mee, obtinuiſſem apud *Fratres* domus *Theutonice*, me in ſuum Ordinem recipiendum, ſincere & propter Deum; dedi ipſis *Fratribus* - -, communicata manu DYMARI Generi mei & filie mee, agros meos apud villam *Dalheim*, nec non redditus meos ſive bona, ſita in villa *Munzenbach*, liberaliter & benigne, iure proprietario in perpetuum poſſidenda. Reſignans iam dicto Genero meo & filie cetera bona mea, ſeu proprietario iure poſſeſſa a me hactenus, ſeu iure feodali. In cuius facti teſtimonium deputavi CONRADVM militem *de Cruſtele*, RICHOLFVM, quondam GERBERTI, * BERNONEM & ECKEHARDVM, Scabinos *Wetſlarienſes.*

* filium

Ne vero huic facto meo poſſit aliquid inpoſterum in contrarium ſuſcitari, preſens ſcriptum exinde confectum eſt, & Sigillo civitatis *Wetſl.* conſignatum. Actum Anno Domini MCCLV.

XX.

XX.

„ *Quod nullus in* Nerſtein *ad inconſuetas angarias* „ *vel inconſueta ſervitia compelli debeat.*

1255.

WILHELMVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Vniverſis Militibus & univerſitati de *Nerſtein*, dilectis fidelibus ſuis Gratiam ſuam & omne bonum. Fidelitatem & devotionem veſtram, quam ad nos habere vos credimus, diligentius attendentes, Vobis tenore preſentium indulgemus, ut nullus ad inconſuetas angarias vel indebita & inconſueta ſervitia de cetero vos compellat. Si quis vero contra hanc noſtram Gratiam preſumpſerit aliquid attemptare, gravem Celſitudinis noſtre offenſam ſe noverit incurſurum.

Datum apud *Egmundam* IIII. Kl. Novembris. Indictione XIII.

Add. Charta R. RICHARDI, *inferius ſub n. XLI.*

XXI.

Pia legata Conradi *de* Merenberg *ratificat* W. *de* B., *quæ pro tertia parte Bonorum alias compe- terent ſibi.*

1256.

I. N. D. A.

WERNHERVS de Bolandia *Imperialis Aule Dapifer.* Ea que fiunt apud homines, vertuntur cum hominibus in ruinam, niſi per litterarum teſtimonia in memoriam revocentur. Nos igitur tenore preſentium profitemur, quod talia Bona, que CONRADVS de *Merenberg*, ſita in *Vden-*

buſen

busen, seu *Richartsbusen*, in *Nuendorf*, in *Bergbusen*, & supra nemus *Fratrum* de Domo Theutonica pro remedio anime sue, eiusque Vxoris METHILDIS legavit misericorditer propter Deum eisdem *Fratribus*, cum pars tercia eorundem ad nos iure hereditario derivari debeat, voluntarie resignamus; eandem legationem sine requisitione posterorum ratam habentes. Et hoc facimus favore Vxoris nostre IMOGENIS, * & consensu benivolo accedente.

* indubic corrupt.

In huius rei robur & testimonium eisdem Fratribus presentem Scedulam porrigimus, Sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec Anno Domini M CC LVI. Nonas Ian.

XXII.

De benevola Fratrum *receptione in Vrbem* Moguntinam.

An. 1256.

ARNOLDVS Camerarius, FRIDERICVS Scultetus, IVDICES, Consilium, & universi Cives *Moguntini* Vniversis presencium inspectoribus salutem in Domino. Quia *Fratres* Ordinis domus S. MARIE *Theutonice*, conversatione sua laudabili & honesta religiosos & honorabiles se ostendunt; maxime in eo, quod ad omnia, que pacis tranquillitatem faciunt & conservant, obsequiosos se omnimodis exhibent & paratos, non parcentes in talium promotione laboribus & expensis; dignum est, ut ab omnibus qui pacem amant, fideliter tueantur.

Noverint igitur universi ad quos he Littere pervenerint, quod iidem *Fratres* in eandem pacis securitatem, quam nos & alie Civitates compromisimus ordinatione divina firmiter observare, a nobis & universis pacis amatoribus sunt recepti.

Qua-

Quapropter universos vos & singulos monemus, rogamus, & cum instantia exhortamur, quatenus, cum ad vos venerint *Fratres* predicti, honorem favorem & amorem ipsis dignemini exhibere; ac dum requisiti fueritis ab eisdem, si necesse fuerit, a pacis turbatoribus eos consiliis & auxiliis efficaciter defendatis. Scire vos volentes, quod meritis eorum exigentibus, in nostro & Civitatum conductu iidem *FF.* cum personis & rebus suis omnibus sunt constituti, tamquam pacis strenui amatores.

In cuius rei testimonium presens Scriptum datum iisdem, Sigillo nostre Civitatis firmiter consignatum. Actum *Moguntie* Anno Domini M CC LVI. XV. Kal. Maii. *17. Apr.*

XXIII.

„TESTAMENTVM

„Dni *Conradi* de Merenberg.

1256.

In *Nomine Domini Amen.* Ego CONRADVS de *Merenberg* Testamentum condidi in hunc modum. Apud *Fratres* Domus Theutonice in *Marpurg* eligo sepulturam; legans & deputans eidem sacre Domui - - pro anime mee remedio & salute universa bona mea, tam mobilia quam stabilia, nec non piscarias & mancipia, ex quibus hec exprimo nominatim: In villa *Ruthartshusen* Hubas, solventes annuatim solidos *XI. Col.*, avene modios *VII.* - - - Item in *Vdenhusen* bona, solventia solidos *XVIIII*, - - - Insuper hec bona sunt obligata: Curia in *Ruthartshusen* WIGANDO Sculteto pro libris *V.* levis monete - - - Item CRAFTONI de *Rudenhusen* solidi *VIII* annui census, & tria mancipia pro marcis quatuor. Item - - - - Item Dno Comiti *de Zygenhayn* omnes homines attinentes bonis in *Vdenhusen* pro marcis *VII.* Insuper omnia bona mea & homines circa castrum *Cliperg* & *Wetslar*, & *Wile-*

burg, vel alibi ubicunque locorum fuerint, aut quocunque iure ſeu vocabulo cenſeantur, in chartis ſeu publicis inſtrumentis notata, vel ſine ſcripto; ſive ſint obligata, ſive ſoluta, ſeu per violentiam occupata, cum conſenſu & voluntate & manu *Fratris* HARTRADI filii (mei) cui eadem bona omnia dederam, antequam *indueret habitum Religionis*, ſed ipſe pietate filiali circa me motus conſtituit, michi de bonis ipſis usque ad obitum meum vite neceſſaria miniſtrari; Tali mediante conditione, ut, cum Deo iubente diem clauderem extremum, predicte ſacre Domui - - ſine contradictione qualibet cederent bona ipſa. Filias enim meas de bonis meis taliter expedivi, quod nullum reſpectum de iure debent habere amplius ad eadem.

Ne igitur hec oblviiſci valeant, vel mutari; his perſonis preſentibus condidi Teſtamentum. Aderant inquam *Fr.* LAMBERTUS & *Fr.* EGIDIUS, Ord. *FF. Minorum.* *Fr.* ARNOLDUS de *Luter* Ord. domus *Theut.* LUDEWICUS Plebanus de *Fronhuſen.* CONRADUS plebanus de *Udenhuſen.* HARTMANNUS miles de *Swalbach.* ECKEHARDUS *Kornigel* - - - & alii quam plures.

In cuius rei memoriam & perpetuam firmitatem preſens Inſtrumentum eſt Sigilli mei charactere conſignatum. In nomine Domini feliciter Amen. Actum Anno gratie M. CC. LVI. Kal. Octobris.

XXIV.

Manſo hucusque feudali ſurrogatur proprius, eodem iure tenendus.

1257.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Quoniam - - - - Hinc eſt quod nos HENRICUS Comes ſenior *de Solmſe* & filii noſtri, de conſenſu nepotis

nepotis nostri REMBOLDI mansum quendam in *Wilemansdorf*, quem G. pincerna *de Schweinsburg* a nobis in feodo tenuit, ad petitionem ipsius, Domui - - - in *Marpurg* contulimus, & ius proprietatis quod hactenus apud nos resedit, transtulimus in ipsos. Ipse vero G. alium mansum in *Bellershusen*, in quo ius proprietatis habebat, in restaurum nostri mansi a nobis in feodo recepit.

Et ne super his processu temporis ulla possit oriri questio dubietatis, presens scriptum dedimus, Sigillorum nostrorum munimine roboratum. Datum Anno Domini MCCLVII, VI nonas Maii.

XXV.

Ex quo Coniuges, dicti Tantzfus, *se cum tota sua Bonorum substantia sacro manciparunt Ordini;* PRÆCEPTOR *Ipsis fruendam concedit curiam in* Castel. (*Cassel*)

1257.

F*rater* CONRADVS de Nuremberg, *Domus* S. MARIE Theutonicorum *per Allemaniam Preceptor.* Noverint universi presentium inspectores, quod HEINRICVS *Tanzfus* & uxor sua IVTTA, se & omnia Bona sua, mobilia & immobilia que nunc possident, ac ea que iure hereditario seu alio quocunque modo in futurum poterunt adipisci, ob animarum suarum remedium salubriter moti, Domui Theutonice consensu unanimi contulerunt. Nosque propter hoc, ipsos speciali gratia respicere cupientes, Curiam nostram in *Castele*, cum bonis eorumdem *Heinrici* & *Iutte* atque Domus nostre nunc ad ipsam spectantibus, ipsis, Fratrum nostrorum usi consilio concessimus excolendam, & usufructum capiendum. Hac mediante conditione, ut Fratribus annis singulis centum maldra siliginis, & *XXV* maldra tritici, si triticum eo in anno

creverit, reprefentent; Si autem triticum forfitan crefcere non contingat, filiginem pro tritico nichilominus exhibebunt.

Hoc quoque adicimus, quod curiam in foro *Caftele* fitam, quam idem *Heinricus* & *Iutta* Domui porrexerunt, Fratres noftri privatim fibi & fpecialiter obtinebunt. Si vero nominati duo indecenter quod abfit fe gererent, bona & res domus in falutis fue gravamen & fcandalum diftrahendo; Preceptor Alemannie, & non alius Commendatorum feu Fratrum, eosdem de curia memorata ad locum alterum poffet transmittere, & deberet eis usque ad vite fue terminum, ficut duobus fratribus noftri Ordinis, neceffaria miniftrare.

Quod ut firmum fit, & ftabile perfeveret, prefens Inftrumentum Sigilli noftri caractere duximus muniendum. Datum & actum Anno Domini MCCLVII.

XXVI.

Coniugibus antedictis ob exercitum tantæ liberalitatis actum inopia laborantibus, benigne fuccurritur, Eorum fuperftite in Ordinem affumendo.

1258.

UNIVERSIS prefentium infpectoribus *Frater* CONRADUS de Nuremberg, *Hofpitalis* S. Marie Theuthonicorum *in Alemania Preceptor*, falutem in Domino fempiternam. Notum facimus & publice proteftamur, quod HEINRICUS dictus *Dantzfus*, & IUTTA uxor ipfius, omnia bona fua, mobilia & immobilia, que nunc poffident, ac ea que dante Domino adepti fuerint in futurum, Domui hofpitali fupradicte ob animarum fuarum remedium contulerunt; ita tamen, quod VIII. iugera de confenfu Commendatoris *Moguntini*, fi legitima requirit neceffitas, poffint vendere, ac per ea fue inopie fubvenire. Fratres quoque de Domus memorata bona, eisdem

eisdem *Heinrico* & *Iutte* pro annuo cenſu, qui eſt una libra cere, cum uſufructu bonorum quoad vixerint, conceſſerunt.

Cum autem predicti duo ſe ac ſua ob amorem Dei, Hoſpitali predicto ſubiugarunt, ipſi ſub protectione Domus eiusdem, tamquam Confratres Ordinis perpetuo permanebunt; & uno eorum mortuo, alius qui ſupervixerit, cum bonis omnibus predictis ad Ordinem aſſumetur, ſi voluerit, & more ſolito veſtibus iam d. ordinis induetur.

In cuius facti memoriam, preſentem Litteram Sigillo Iudicum *Moguntin.* & noſtro duximus roborandam. Actum Anno Domini MCCLVIII. in Ramis Palmarum. *17. Mart.*

XXVII.

Donatio Iudicialis, in favorem Domus Moguntinæ.

1258.

NOS ARNOLDVS [*de Turri*] Camerarius, HELFRICVS [*Iudeus*] Sculthetus, Iudices, Conſilium & univerſi Cives *Moguntini.* Tenore preſentium recognoſcimus, & conſtare volumus univerſis tam preſentibus quam futuris - - -, quod WERNHERVS, dictus *de Digele*, Civis *Mogunt.* communicata manu uxoris ſue WILLEBERNE, Curiam ſuam *Moguntie* ſitam, dictam *ad Diegele*, cum omnibus attinenciis eius, & duo Molendina cum duabus aquis molendinariis, ante *Moguntiam* in loco dicto *Kacbede* conſtitutis; ac omnia bona ſua que nunc obtinent apud *Caſtele*, & quecunque in poſterum comparabunt ibidem; nec non bona ſua in *Weſela* Magiſtro & Fratribus Hoſpitalis S. *Marie* de Domo Theutonicorum contulit, omni contradictione ceſſante, coram Iudicio *Moguntino.* Videlicet ſub hac forma, quod in Curia, molendinis, aquis & bonis prefatis ipſe *Wernherus* & dicta vxor ſua, quam diu vixerint, plenarie recipient uſufructum; Et dum una perſona ex eis deceſſerit, altera perſona ſuperſtes, eorundem bono-

rum, nec non curie, molendinorum, & aquarum prefatarum, ad dies vite ſue percipiet integranter uſufructum; Poſtquam vero ambo deceſſerint; vel ceſſerint; eadem curia, molendina, aque & bona memorata prefatis Magiſtro & *FF*bus attinebunt; ſic utique, quod ipſi *FF.* ſingulis annis nomine Elemoſine diſtribuent pauperibus Centum maldra ſiliginis in curia prenotata, videlicet in *nativitate Domini X.* maldra, in *purif.* S. *Marie X.* maldra, in annunte B. Marie *X.* maldra, in feſto Paſche *X.* maldra, in feſto Penthecoſtes *X.* maldra, in *aſſumptione* B. *Marie X.* maldra, in nativitate eiuſdem *X.* maldra, in feſto *omnium Sanctorum X.* maldra, in anniverſario ipſius *Wernberi X.* maldra, & in anniverſario dicte *Willeberne* uxoris eius *X.* maldra; ad que ipſi *FF.* ſunt perpetuo obligati.

Vt autem premiſſa robur obtineant debite firmitatis, preſentem Litteram Sigillo Civitatis *Moguntine* duximus roborandam. Actum *Moguntie* Anno Domini M CC LVIII. Kal. Octobris.

XXVIII.

Diploma GERHARDI, *apprime ſerviens ad ipſius Vitam.* Vol. I. RR. MM. p. 608. *Quum inde noſcamus, quanta ſollicitudine, iter æternitatis iam iam ingreſſurus, ſuam excuſſerit conſcientiam.*

1259.

GERHARDVS *Dei gratia Archiepiſcopus* Maguntinenſis, *ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoſcimus, & tenore preſentium publice proteſtamur, quod nos patri noſtro CVNRADO *Silveſtri Comiti*, & EMICHONI fratri noſtro ſumus in his debitis obligati. Ipſe pater noſter ſolvit pro nobis EMICHONI Comiti *de Liningen* centum marcas *Colon.*, pro quibus apud eundem noſter extiterat fideiuſſor.

iussor. *Item* obligavit WILLICHONI militi *de Spanheim* duas Curtes suas in *Sobernheim* pro centum quinquaginta marcis, quas idem *W.* titulo pignoris tenuit tribus annis, proventibus ipsarum in sortem minime computatis; qui proventus estimati sunt ad valorem sexaginta marcarum per tres annos eosdem. Post hec & debitum principale persolvit, redimens curtes suas. *Item* incurrit dampnum *XXIII.* marcarum occasione fideiussionis illius, quas WIRICO de *Dune* pro nobis prestitit apud *Esche*. Item solvit pro nobis apud *Geminum Pontem* cuidam, dicto *Sezzerede*, *XXXII.* libras *Metensis* monete, apud quem quendam *Dextrarium* * emeramus. Item solvit pro nobis apud *Beimolderen* V. libras *Trever.* monete, quando veneramus illuc, Nobilibus de *Alsacia* in occursum. Item solvit pro nobis *IX.* libras *Trev.* mon. quando contra *Berncastele* processimus cum armatis. Item concessit nobis *tres* marcas apud *Pinguiam* quadam vice. Hec non solum eis debemus, sed & alia, que nunc in memoria minime retinemus. Volentes eis libenti animo solvere hec & illa, ita tamen, quod ea que non recolimus, per proborum & fide dignorum testimonium, nos debere eis, sufficienter declarent.

* *v. T. I. p. 487. fin.*

Hanc Litteram de consilio Confessoris nostri . . , Lectoris videlicet Minorum Fratrum *Erfordensium*, bene nostri compotes fecimus eis dari in testimonium super eo; volentes excutere scrupulum conscientie in hac parte. Huic facto intererant, idem Lector. WERNERVS presbiter, Cappellanus noster. *Mgr* SIGERVS Canonicus Ecclesie Sancti *Stephani* Moguntinensis. Ipse EMICHO frater noster. RVGERVS Notarius noster, & alii quam plures.

Datum *Erfordie* X. Kal. Octobris. * Anno Domini M. CC. LVIIII.

* *Obiit triduo post. VII. Kal. sive XXV. mensis Sept.*

XXIX.

XXIX.

Venditio Reditus V. marcarum ex bonis in Rollbach; *assignatus olim qui fuerat venditori* Conrado *de* Bickenbach [*nunc adnupto* IUTTÆ Falckensteiniæ] *a socru sua*, *Relicta* Conradi *de* Clingenburg.

1260.

ex Autogr. CUM cuncta per successionem temporis excludit memoria, nisi sigillis & eorum impressionibus roborentur; Noverint igitur tam presentes quam posteri has litteras inspecturi, quod ego CUNRADUS de *Bickenbach* & vxor mea GUTTA, filia illius *de Valckenstein*, recognoscimus & tenore presentium protestamur, nos vendidisse Bona, que sita sunt in *Rollebach* in reditibus *V.* marcharum, *Fratribus* de Domo Teutonica in *Mergentheim* pro *LX* libris *Hallens.* & duabus karratis vini. Quos videlicet reditus Socrus mea, relicta quondam CUNRADI *Pincerne* de *Clingenberc* debebat michi in predicta villa deputasse. Profitemur eciam *Fratribus* supradictis, bona prenominata hereditario iure pacifice possidere.

Et ne ista promissio defectum sortiatur, sed firma & rata consistat, ac inviolabiliter permaneat; in huius rei evidentie testimonium has Litteras fecimus compilari, & nostri Sigilli munimine roborari. Testes huius facti sunt hi:

* *subintellecta Immunitate* Meckfisch.

VLRICUS Decanus de *Muntat.* *
FRIDERICUS *Meckewis* [*Meckfisch.*]
BURCARDUS de *Bickenbach.*
FRIDERICUS de *Heidenbach.*
SIFRIDUS de *Mavelt.*
ALBERTUS *Faber.*
STELLEWAGENUS & MOLENDINARIUS, dicti *de Clingenberc.* Et alii q. plures.

Et

Et ut cercius ac firmius autentico credatur, Sigillo Decani de *Muntat* usi sumus. Acta sunt hec anno Domini MCCLX. Quarto Nonas Martii

Præter Sigillum Conradi *de* Bickenbach *appendet* S. HARTRADI PLEBANI *de* HEIDEBACH.

XXX.

WALTHERVS, *ratione Census (de quo* n. præced.) *cum* Bickenbachio *discors, se declarat.*

1260.

WALTHERVS Pincerna, dictus *de Clingenburch* & de *Bratsbelden.* Tenore presencium protestamur, quod fide data ad hoc nos obligavimus, quod si Dns CHVNRADVS de *Bickenbach* Censum *V.* marcarum, quas in villa nostra *Rolbach* se nomine Vxoris sue debere possidere asserit, a nobis per iusticiam obtinuerit, nos ipsi in eadem villa, vel alias predictum censum *V.* marc. assignabimus ad hoc, ut *FF.* domus Theutonice in *Mergentheim* bona, que ipsis in prefata villa contulimus, libere possideant & quiete. Promisit etiam fide data Dns ALBERTVS de *Offenheim*, ut si, quod absit, nos ab hoc seculo migrare contigerit, idem a filio nostro, Genero suo, sicut antedictum est, fieri procurabit. Alias etiam premissis *Fratribus* in bonis ipsis a nobis collatis, quantum in nobis est, iuris defensionem & *warandie* tutelam procurabimus sufficientem. *ex autogr.*

Data in *Mergentheim* Anno Domini MCCLX. III nonas Iunii.

XXXI.

ALBERTVS Pincerna *de* Clingenburg, *Teutonicum nuper amplexus Institutum, pro portione hæreditaria ipsum contingente accipit a* WALTHERO *fratre suo curiam in* Rollbach, *possessam hactenus ab eorum genitrice* CVNEGVNDA *iure Dotis.*

An. 1260.

ex autogr. IN NOMINE DOMINI *Amen.* WALTHERVS *Pincerna*, dictus *de Clingenburch* & de *Bratshelden*, omnibus Xpi fidelibus hoc scriptum visuris noticiam subscriptorum. Quoniam eaque geruntur in tempore, simul cum tempore labi solent, & sic tandem in oblivionem devenire; non modicum utilitatis ac securitatis adducit commodum, si ea que rite ac rationabiliter aguntur, scriptorum autenticis, testiumque inductionibus solidentur; ut ne vel in dubium veniant, sive irritacionis incidant detrimentum que inviolabiliter & perhenniter sunt observanda.

Noverint igitur universi pagine presentis inspectores, quod fratri nostro ALBERTO, quem *Fratres* domus Theutonice in *Mergentheim* ad Ordinis sui consorcium receperunt, pro parte hereditatis sue que ipsum ex legitima successione contingebat, Curiam nostram in *Roelbach*, que vulgo *Sedelhof* dicitur, quam Mater nostra iure dotis legitime possidebat, cum omnibus suis pertinenciis, videlicet agris cultis & incultis pratis pascuis silvis, & aliis usibus quibuslibet ac emolumentis; similiter & unum mansum CVNRADI *Knebelini*, & unum WERNHERI *Stockelini*, unumque IOHANNIS *Vngermanni*, & bona DIETMARI vicini eiusdem *Vngermanni*, que annuo censu solvunt tria maldra siliginis, assignavimus.

Que omnia Bona predicta tam idem frater noster *Albertus*, quam nos ac nostra contectalis ELIZABETH iunctis manibus parique voluntate, de consensu eciam Matris nostre KVNEGVNDIS, que omni suo iuri quod in premissis bonis habebat renun-

renunciavit integraliter & precise, omnium eciam heredum nostrorum accedente connivencia ac voluntate, Domui *Theutonice* in *Mergentheim* ac *Fratribus* eiusdem côntulimus libere, proprie, plenoque iure, cum omnibus appendiciis, sicut supra premissum est, in perpetuum possidenda. Donamus eciam prefatis *FF.* omne ius ac usum Nemoris adiacentis, sicut antedᵉ Curie, ceterisque mansis nominatis dinoscitur hactenus pertinuisse, ut his perpetuo fruantur libere ac quiete, prout ipsorum necessitati competere videbitur, & expedire.

Vt autem hec omnia sicut a nobis donata ac ordinata sunt, firma commaneant & inconvulsa, presentem paginam ab inde conscriptam Sigilli nostri * appensione duximus roborandam. Nomina Testium annotantes, que sunt hec: * *v. n. II b.*

ALBERTVS miles *de Vffenheim.* Miles, dictus *Stebelere* de *Sweigeren.* RVDEGERVS. GOTEFRIDVS & BERINGERVS *Kotzlini*, Milites *de Mergentheim.* Item Miles dictus *Schillinc.* LVPOLDVS Miles. *Kedel* Miles. ORTO de *Mahenvelt.* CVNRADVS de *Liebesberch*, CVNRADVS *Stamph*, & alii quam plures.

Data in *Mergentheim* Anno gracie MCCLX. III. Non. Iunii.

XXXII.

Pincerna W. de Bratfelden *omnia Bona* Rolbaci *habita, nec non curiam in* Erlebach *donat Ordini.*

1261.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* WALTERVS de *Bratshelden Pincerna*, Omnibus ad quos hoc Scriptum pervenerit, salutem cum noticia subscriptorum. Cum humana memoria sit labilis & caduca, ea que geruntur in tempore ne *ex Autogr.*

ſimul proceſſu temporis a memoria hominum elabantur, ſcripture ſolent teſtimonio, teſtiumque noticia perhennari.

Noverint igitur univerſi, tam preſentes quam futuri, quod ego, coadunata manu uxoris mee ELIZABETH, de conſenſu heredum meorum omnia bona mea in *Rolebach* cum omnibus iuribus ſuis & pertinentiis, agris videlicet cultis & incultis, pratis paſcuis ſilvis, nemoribus, & omnibus Bonis, queſitis & non queſitis, nec non ius patronatus Eccleſie ville predicte, cum omnibus ſuis pertinentiis; *Item* Curiam meam in *Erlebach*, - - - cum vinea mea in *Phuel*, & alia vinea in alto monte, Ordini *Fratrum* Domus S. *Marie* Theutonicorum *Ieroſolimitanorum* in remedium anime mee, progenitorum & heredum meorum, eo iure quo a me ac meis progenitoribus eadem bona hactenus habita & poſſeſſa fuerunt, donatione perpetua, quiete & pacifice ac libere eternaliter contuli poſſidenda.

Hoc adiecto, quod ſi aliquis memoratos *FF.* in predictorum donatione bonorum impedierit, pro eis per litteras preſentes una cum heredibus meis *iuriſtare* me obligo, condignam pro ipſis rationem redditurus. Et ſi quid eisdem in premiſſis bonis per alicuius impetitionem deperierit, hoc ipſis per pecuniam, vel aliorum bonorum meorum reſtaurationem integraliter a me vel meis heredibus ſupplebitur, ſecundum quod eorum dampnum iuxta conſuetudinem vicinie fuerit eſtimatum.

Et ne ſuper his in poſterum aliqua queſtio oriatur, vel ambiguitas, preſentem Litteram ipſis contuli, Sigilli mei munimine roboratam. Teſtes autem huius rei ſunt:

CVNEGVNDIS Mater mea.
Frater GERLACVS Commendator de *Mergentheim*. *Fr.* HEINRICVS de *Ratiſpona*, & *Fr.* HEINRICVS de *Stubwege*, ſacerdotes.
Fr. ALBERTVS de *Bratsbelden* germanus meus, & VLRICVS filius meus. Item Dns IOHANNES de *Richenberg*. OTTO de Manfelt. *
LVPOLDVS, filius LVPOLDI Militis.

* Magenfeld.

RVDE-

RVDEGERVS Sculterus, BRVNWARTVS & HARTMVDVS Milites; Et alii q. plures.

Actum Anno Domini MCCLXI. Quarto Nonas Ianuarii.

XXXIII.

Domini directi Consensus in bonorum (de quibus in Litt. praeced) alienationem.

1261.

Nos BOPPO Comes *de Thilichesberch** omnibus presens scriptum intuentibus salutem.

* *Conf. Tab. Geneal. Dinastarum* Dürensium. *T. III. p. 608.*

Carte presentis indicio protestamur & profitemur, quod eam Donationem, quam dilecti, WALTHERVS & frater eius ALBERTVS, *Pincerne* de *Bratselden*, nostri Vasalli de Bonis in villis *Rolbach* & *Erlebach*, in iure patronatus ecclesie, cum Hubis, feodis, decimis, aquis pratis nemoribus, & aliis possessionibus cultis & incultis, que a nobis hactenus usque ad presentem donationem inter se indivisim iure feodali tenebant, ad subsidium *Terre sancte* in honorem beate Virginis *Fratribus* milicie *Domus Theutonice* libere donaverunt, ratam habemus; & omne ius nostrum predictis *FFbus* in eisdem bonis tradimus, quiete & libere in perpetuum possidendum.

Et ut presens nostra, nec non pred. Vasallorum nostrorum donatio maneat inconvulsa, presentem Litteram sigilli nostri munimine, nec non dilecti nostri fratris, VLRICI de *Wildinberg*, † & venerabilis Dni WIPERTI Abbatis in *Amorbach* fecimus communiri. Acta sunt hec Anno - - MCCLXI. V. Idus Iulii. Testes autem:

† *a castro ubi residit.*

RIWINVS plebanus de *Durne*.
HENRICVS plebanus de *Amorbach*.
CVNRADVS dictus *Riwin* de *Durne*.

MARQVARDVS de *Fredinberg.*
DITHERVS *Rudo.* [*Riid*]
GOTEBOLDVS de *Amorbach.*
CVNO & RVDOLFVS, Milites;
& alii quam plures.

XXXIV.

Venditionem bonorum Flersheimensium *ratam habent Filii. Dantes ea in feudum hæred. propagini* IOANNIS de Flersheim; *districte tamen inhibendo, ne alienentur extra familiam. Variis præscriptis Conditionibus atque modis circa exercitium Advocatiæ.*

1262.

WERNHERVS *Imperialis Aule Dapifer*, & PHILIPPVS *frater suus*, *Domini de* Bonland, *omnibus in perpetuum.* Cum *bone mem.* progenitor noster WERNHERVS, quondam *de* BONLAND, *ad visitandum Sepulchrum Dominicum transfretare se accingens*, vendiderat Nobilibus viris, Militibus omnibus qui habebant bona in *Flersheim superiori*, omne ius & dominium quod habebat in eadem villa, pro *C.* & *XL.* marcis *Colon.* denariorum; Nos factum ipsius, & venditionem debita ratihabitione prosequentes, infeodavimus filios IOHANNIS militis *de Flersheim*, scilicet FRANCONEM, IOHANNEM, GODFRIDVM, & omnes heredes ipsorum ipsis succedentes omni iure, Iudicio & dominio, quod habebat progenitor noster in antedicta villa; et nunquam opponemus nos, sive successores nostri, nisi infeodemus universos heredes ipsorum feudis memoratis; et habebit feodum illud nomen & titulum feodi *heredalis.*

Obligarunt etiam se premissi fratres, - - - & promiserunt bona fide *Fratribus* Theutonice Domus, & nobilibus viris Militibus bona ibidem habentibus, & Vniversitati ville, in hanc formam, quod nunquam distrahent vel alienabunt feo-

da

da & iura antepoſita extra ſuos heredes, aliquo dolo vel malo ingenio; & ſi in hoc transgreſſores fuerint; quod ex tunc poſſeſſiones ipſorum proprie, & hereditates ipſorum eis ſint amiſſe, & tranſeant in ius & proprietatem antedictorum *Fratrum* & Militum, & Vniverſitatis ville; & cadent in penam & verbum, quod vulgariter dicitur *Truloſ* & *Ebrloſ*.

Sic autem predicti fratres iura Advocati in iam dicta villa tenebunt: Vnus duntaxat de quatuor filiis IOHANNIS militis erit Advocatus per annum, cui reſpondebit villa d. de omni iure advocaticio, & non aliis quoad dictum annum. Et ſi ad alium annum alter fratrum . . ſibi ſucceſſerit, parebunt etiam ipſi de eodem iure; Ita ſane, quod ſolummodo uni ipſorum de iure advocaticio reſpondeant.

Iuxta etiam ſubſcriptam formam tenebunt officium Sculteti. Vniverſitas ville eliget tres viros ad dictum officium, & preſentabunt eos Advocato; Ex his acceptabit vnum. Si vero non acceptaverit ex his unum, poſt quatuordecim dies iterato eligent tres, & preſentabunt eos Advocato; Quodſi etiam tunc non acceptaverit vnum, iterum poſt (14) dies eligent tres, & preſentabunt eos Advocato: Ex his acceptare tenetur unum de iure ſine contradictione. Advocatus habebit & tria *Condicta* in anno, que dicuntur *Jahrgeding*. Quicunque abſentaverit ſe ab his, componet. Poſt iſta tria Condicta homines ibunt ad alia Condicta, rogati vel vocati, ſecundum iuſtitias ibidem dictatas & approbatas. Si quis temeraverit in Strada, componet Advocato, quemadmodum homines ville dictaverint.

ITEM die *Martini* quilibet villanus ibidem reſidens, cuiuscunque ſit pertinentie, dabit Advocato maldrum avene & pullum, preter illos qui reſident in Curtibus nobilium virorum, que dicuntur *Sedelbove*. In illis ſolummodo Vnus erit abſolutus a *precaria*; Si plures in ipſis reſident, precariam . . dabunt.

ITEM nemo nobilium virorum debet ibidem habere, niſi unam Curtem que dicitur *Sedelbov*. ITEM *Fratres* Teut. Domus

mus non habebunt ibidem nisi tres Curtes liberas, scilicet *Fronhov*, *Wiedenhov*, & curtem VLRICI de *Knoringen*; in quam si locaverint aliquem, preter unum Colonum, dabit precariam Advocato. ITEM Advocati isti, & successores ipsorum nulli debent dare *Herbergas* nisi in bonis suis propriis, & non in bonis aliorum.

Quia igitur omnes iste Conditiones conscripte, edite sunt mediantibus Nobilibus viris EMICHONE & FRIDERICO Comitibus *de Liningen*, rogati a nobis, Sigillis suis Paginam hanc authenticam fecerunt in debitam & perpetuam firmitatem insigniri. Que etiam ad facti robur Sigillis nostris est communita.

Actum Anno Domini M. CC. LXII. Datum *Bonland* mense Martio.

XXXV.

„ *Abrenuntiatio* Hermanni *de* Willandsdorff *super bonis in* Selheim. „

1262.

EGO HERMANNVS Miles senior, dictus *de Willansdorf*. Tenore presentium - - - publice declarando protestor, quod communicata manu Vxoris mee INGELHILDIS & liberorum meorum, libere & simpliciter renunciavi omni iuri seu actioni, que michi ex propria persona, seu successione hereditaria *bone mem.* PHILIPPI germani mei, contra *Fratres* Hospitalis S. *Marie*, Domus *Theut.* in *Marpurg*, super bonis sitis in *Selheim* competere videbatur; cupiens ipsos Fratres possessione dictorum bonorum gaudere pacifice & quiete.

In cuius rei evidentiam presens Scriptum Sigillis — — & Castrensium in *Calsmunt* petii roborari. Presentibus Viris discre-

discretis ad hoc in testimonium deputatis. Videlicet GISELBERTO Decano, HENRICO de *Berchusen*, ARNOLDO de *Derenbach*. IOHANNE de *Linden*, Canonicis, & HERMANNO plebano *Wetslar*. Item HERMANNO de *Derenbach*. ERWINO Advocato. WEZELINO de *Garbenheim*. GERARDO *Lesch*, militibus, Castrensibus in Calsmunt.

Actum *Wetslarie* Anno Domini M CC LXII. XVI. Kal. Ianuarii.

XXXVI.

Piæ fundationes, Auctore E. *de* G.

1265.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Ego EBERWINVS Miles *de Garbenheim*. Notum *ex autogr.* esse cupio universis tam presentibus quam futuris, quod quendam Mansum meum, situm in *Garbenheim*, quem quondam excolnit SYBODO, ecclesie in *Garbenheim* libere & absolute resignavi; sic videlicet, quod Sacerdos, quicunque celebraverit in eadem ecclesia, de ipso manso, prout expedire suis videatur utilitatibus, disponat, & Elemosinas subscriptas persolvat de eodem annis singulis, quas legavi.

Tres itaque solidos levis monete persolvet - - Ecclesie *Wetslariensi* in Anniversario meo, in vigilia *B. Margarete* faciendo, quos de ipso manso legavi, inter eiusdem ecclesie Canonicos dividendos. ITEM in anniversario RVDOLFI patris mei, in die *Animarum* faciendo, legavi tres solidos leves, in vigilia *Omnium Sanctorum* dandos; sed de his tribus solidis solvet WEZELO, filius fratris mei & sui heredes *XII.* denarios annuatim. ITEM in anniversario filii mei BVRKARDI, in vigilia *B. Valerii* faciendo, legavi duos solidos leves. ITEM in anniv. uxoris mee METHILDIS de *Stocheim*, *XVI. Kal. Maii* faciendo, legavi duos sol. leves. ITEM legavi ad *B. Georgium* - - in *Garbenheim* duos solidos leves ad luminaria

facienda. Item Sacerdoti, celebranti - - in anniv. meo per ipsum faciendo, legavi quatuor solidos, de dicto manso similiter persolvendos annuatim.

Item quendam Mansum meum quem emi, situm in *Bublingsbusen*, quem coluit olim & possedit Ertmarus, liberaliter resignavi Ecclesie in *Bublingsbusen*; ita scilicet, quod Sacerdos qui ibidem celebraverit, de ipso manso pro sua utilitate disponat; & quas de eodem legavi subscriptas persolvat Elemosinas annuatim. Legavi itaque ipsi sacerdoti in Anniverf. meo, rite per ipsum peragendo - - - duos solidos leves, - - - Item de eodem legavi ad Ecclesiam *Wetflar*. *X*. denarios leves, V. scil. in die *B. Georgii*, & alios *V*. in vigilia *B. Andree* solvendos. Item de ipso manso legavi unam libram Cere, prefate eccl. in *Bublingsbusen*, in vigilia Pasche ad facienda luminaria presentandam. Item de quodam agro meo, quem possedit olim Henricus, filius Ekehardi civis *Wetfl.*, legavi libram unam Cere, & *denariatam* in festo Purif. *B. Marie* solvendam per ipsum *Henricum* & heredes suos, ad faciendam Candelam in eccl. *Bublingsb.* supradicta.

Vt autem hec rata permaneant, Sigilla Ecclesie & Civitatis *Wetfl.* cum sigillo Claustri de *Aldenburg* presentibus sunt appensa. Datum mense Aprili, Anno Domini MCCLXV.

Eiusdem ferme tenoris Charta, expeditionis Anno destituta, reperitur T. II. p. 129. cui, quoad Bublinghusam, *exilem asperſi Notam. Villa* Garbenheim, Wetzlariæ *nostra confinis*, [*unde nobilissima* Eberwini *progenies, non diu post emortua, traxerat cognomen*,] *subest Principi* Nassoviæ *Weilb.*

XXXVII.

De *bonis in* Afflar, *venditis ab* Anselmo *de* Carben.

1265.

ex autogr. Qvia tempus labitur - - - Notum igitur sit universis tam presentibus quam futuris, quod ego Ans-

HEL-

HELMVS miles *de Carben*, communicata manu IRMENGARDIS uxoris mee, & ELIZABETH ſocrus mee, quedam Bona mea, ſita in *Aslar*, que videlicet iure colonario poſſidet & excolit HERMANNVS de *Curia*, cum ſuis appendiciis & iuribus attinentibus HENRICO *Gryning* civi *Wetflarienſi*, ALHEIDI uxori ſue, & heredibus eorundem vendidi & contuli, iure proprietatis ſine contradictione qualibet in perpetuum libere quiete & pacifice poſſidenda. In cuius rei evidentiam & debitam firmitatem Sigillum civitatis *Wetflar.* rogatu meo preſenti Littere ad futuram memoriam eſt appenſum. Huius rei teſtes deputati ſunt:

LVDEWICVS olim Villicus. RICHOLFVS de *Brath.* CONRADVS *Reio.* THEODERICVS *Rufus.* CONRADVS de *Dridorf.* ECKEHARDVS. HEINRICVS de *Dridorf.* BERNO. HEINRICVS de *Municbuſen.* RVLO *Reio*; Scabini *Wetflarienſes.*

Datum Anno Domini MCCLXV, menſe Iunio.

XXXVIII.

„*Quomodo Dns* HENRICVS Landgravius *receperit Ordinem in ſuam protectionem, & omnes donationes a* B. Eliſabeth *factas confirmavit.*

1265.

HENRICVS *Dei gratia Lantgravius, Dominus Terre* HASSIE. Vniverſis preſentem Paginam audituris in omnium Salvatore ſalutem. Revoluta ſepe ante mentis noſtre oculos devotione, quam venerabiles *Fratres Domus Theutonice* Avie noſtre recolende memorie *bte* ELISABETH ſemper exhibuerunt & exhibent, tanto nos ipſis teneri propenſius recognoſcimus, quanto eorundem puritatem fidei cognovimus;

 mus;

mus; ita, quod nullo in tempore hoc, ut dignum eſt, a noſtra memoria elabatur.

Recommendatum itaque habentes totum Ordinem predictorum *Fratrum*, ſed ſpecialiter Domum & locum in *Marpurch*, ubi Avia noſtra feliciter requieſcit, tam *Fratres*, quam Domum ipſam, in noſtram protectionem recepimus; Fideles noſtros, generaliter ſingulos, & ſingulariter univerſos rogantes attentius, & volentes, quatenus *Fratres* & Locum ipſum, una nobiscum omni favore amplectere ſtudeant, & effectu; Quibus, quidquid amoris, honoris & commodi impenderint, totum nobis reputamus utique impenſum.

Nos igitur, detractionibus invidorum obviare volentes, & ora obſtruere loquentium iniqua, donationes omnes a predicta beata ELISABETH, & fel. mem. HENRICO & CONRADO patruis Reverende Dne & Matris noſtre SOPHIE, filie - - B. *Eliſabeth* antedicte; nec non & HERMANNO avunculo noſtro, filio S. *Eliſabeth* ſepedicte, prefatis *Fratribus* factas & Domui, quas ipſi *Fratres* hucusque in poſſeſſione libera habuerunt, una cum - - Domina & matre noſtra ſuprad. ratas habentes & confirmantes, Sigillorum noſtrorum munimine preſentem inde conſcriptam Paginam roboramus. Teſtes huius rei ſunt

WALTHERVS Capellanus noſter.
Fr. LVDEWICVS de *Novo caſtro*.
IOHANNES *Aureus*.
RVPERTVS *Dapifer*. GODEFR. Marſcalcus.
SENANDVS Scultetus; Milites.
LVDEWICVS de *Vronhuſen*.

HERMANNVS *Dens*. } Scabini in *Marburg*.
HENR. de *Battenfelt*. }

Et alii quam plures fide digni.

Actum & datum Anno Domini MCCLXV. III. Non. Decembris.

XXXIX.

XXXIX.

TESTIMONIVM.

1267.

NOS BERTHOLDVS Dapifer *de Schlatheim* constare cupimus univerſis preſentem Litteram inſpecturis, quod nos vidimus & audivimus, Dnm HENRICVM Lantgravium *Thuringie* Bona, iuxta Aquam que vocatur *Helbe* ſita, que ſuus frater CONRADVS eiusdem Terre Lantgravius Terre ſancte & Domui *Theut.* pro ſalute anime ſue & omnium progenitorum ſuorum libere contulit & ſolute, pro *Fratribus* de Domo Teuthonica comparaſſe; Eccleſia in *Gunſtete* favente Dno *Henrico* Lantgravio excepta penitus & exempta; Cuius patronatus ad *Fratres* pertinet omni iure.

In cuius rei teſtimonium - - - Datum in *Strusberg* Anno - - MCCLXVII.

XL.

DECISIO IVDICIALIS *quoad Bona in* Algesheim.

1268.

IVDICES SANCTE MOGVNTINE SEDIS. In cauſa que inter *Fratrem* THEODERICVM Commendatorem Domus Theutonice in *Caſtele* * ex parte una, & WITEGONEM civem *Moguntinum* ex altera vertebatur, Libello porrecto, in quo idem Commendator petebat quedam Bona ſita in *Algisheim*, que fuerant VOLCNANDI quondam civis *Moguntini*, deinde *Cornucervi*, que dicebat ad predictam Domum eſſe devoluta ex cauſa ſucceſſionis VOLCNANDI, filii eiusdem *Volcnandi*, confratris Ordinis, ſive donacionis facte eidem a patre

* *Inde colligitur, FF, donec ſua* Moguntiæ v. n 22. *ſedes aptarentur, degiſſe hoc in vico* [Caſſel] *e regione trans Rhenum.*

patre ſuo iam dicto; Ex parte *Witegonis* - - - fuit oppoſita Exceptio rei iudicate; Quod, parte adverſa litem conteſtando negante, datis a nobis ad probandam exceptionem predictam induciis legitimis, productis teſtibus, atteſtacionibus publicatis, receptis eciam allegacionibus & racionibus partis utriusque, ac Iuris ordine in omnibus obſervato, in craſtino *Remigii*, continuata a die precedente, ipſa die partibus prefixa ad diffinitivam ſententiam proferendam; Conſtitutis coram nobis pred^e Domus in *Caſtele*, & Domus in *Saxenhuſen* Commendatoribus, & *Witegone* cive predicto; convocatis etiam, & preſentibus quibusdam ex teſtibus & Scabinis ville *Algisheim*; Quia tam ex confeſſione predictorum Commendatorum, quam ex Dictis teſtium conſtitit evidenter, quod Commendator - - in *Saxenhuſen*, & *Fr.* BERTHOLDVS, quem, licet negaverint tunc fuiſſe Commendatorem, confeſſi ſunt tamen, ipſum de mandato dicti Commendatoris de *Saxenh.* iviſſe in Iudicio ville ſive Curie *Algisheim*, eosdem Commend. de *Saxenh.* & *Fratrem Bertholdum* preſentes fuiſſe advocatos; cum parte adverſa petiiſſe & accepiſſe; Et quod Iudex ibidem cum ſcabinis, preter allegaciones Advocatorum partis utriusque, requiſito prius iure & conſuetudine Civitatis *Moguntine*, ſecundum ius & conſuetudinem utriusque loci queſtionem huiusmodi deciderunt, adiudicando *Witegoni* quinque partes ipſorum bonorum, & ſextam Domui ſupradicte; Requiſito eciam, & reſponſo, quod ipſa bona ad eandem curiam pertinerent, quod vulgariter dicitur *dingplictig*; Nos, habito conſilio, Sentenciam ſive interlocutoriam protulimus in hec verba:

IVDICES SANCTE MOGVNTINE SEDIS. *Interloquendo pronunciamus, Exceptionem rei iudicate, in Cauſa que inter Fr.* THEODERICVM *Commend. Domus Theutonice in* Caſtele: *&* WITEGONEM *Civem* Mogunt. *ſuper Bonis in* Algisheim *in libello expreſſis vertitur, coram nobis propoſita, per ipſum* Witegonem *ſufficienter probatam; et nos non debere procedere in negocio principali.*

Huiusmodi igitur lata ſentencia ſive interlocutoria ſeped. *Witego* refuſionem expenſarum ſtatim cum inſtancia poſtulavit; ſed

sed nos negocium expensarum petitarum, in presencia partis utriusque in secundam feriam proximam post festum Omnium Sanctorum duximus suspendendum.

Actum *Moguntie* Anno Domini MCCLXVIII, in crastino Bti *Remigii* supradicto.

XLI.

„*Confirmatio Regis* RICHARDI *super privilegio in* „ Nerstein, *ne in libertatibus suis molestentur.*

1268.

RICHARDVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Vniversis sacri Imperii Fidelibus presentes Litteras inspecturis Gratiam suam & omne bonum. *ex autogr.*

Circa subditorum, presertim Nobilium, relevanda gravamina diligentie studium adhibentes, quod in affectu gerimus circa ipsos, libenter ducimus ad effectum, ut oppressores confusionis stuporem sentiant, & oppressi gaudii & bene obsequendi materiam ex hoc sumant.

Hinc est, quod nos dilectos fideles nostros nobiles viros de *Nerstein*, * tam Milites quam filios militum, ac omnes qui ad eos pertinent, volentes in tali libertate ac honore servare, quali nos ipsos invenimus & servavimus usque modo, eosdem milites & filios militum ultra id in aliquo nunquam *artabimus*, vel artari ab aliquo permittemus, nisi secundum quod sententia Quatuordecim Scabinorum de *Nerstein* iuramento prestito rite dictaverint faciendum.

Quapropter universis & singulis tenore presentium districtius sub interminatione nostre Gratie inhibemus, ne quis ipsos de cetero contra libertatem & honores huiusmodi, & nostre inhibitionis & concessionis tenorem molestare vel perturbare presumat. Quod qui facere temerario ausu presumpserit, gravem indignationem Celsitudinis nostre se noverit incursurum.

Datum

Datum *Colonie* XV. die Decembris. Indictione XII. Anno Domini *M.° CC. Sexagesimo Octavo.* Regni vero nostri anno XII.

* Nerstein, *vulgo* Nirstein, VILLA *tunc temporis* REGIA, *non procul* Oppenhemio *ad Rhenum sita, ditionis* Palatinæ, *a generoso vino percelebris. Quonam vero nexu supradicti* NOBILES *fuerint coniuncti, notitiam (frustra indagatam) obliteravit vetustas. Hoc saltem refert* MERIAN, † *illic extitisse Iudicium Equestre:* Ritter Gericht. *Probabiliter e Nobilibus hisce Viris compositum.*

† *Top. Pal. p. 69.*

XLII.

QVA *ratione* C. Kolbo *&* E. *addixerint Bona sua Fratribus, Conventuique* Difentdal, *per sententiam Scabinorum investigata & recognita.*

1271.

NOS CONRADVS *Kolbo* de *Hocheim* & ELIZABETH uxor eius, Cives *Moguntini* recognoscimus, tenore presencium publice protestando, Quod nos communicate voluntatis assensu universa Bona nostra, que habemus in villa *Hocheim* & terminis ipsius ville, in vineis, agris cultis vel incultis, pratis, nemore, *ortis*, curiis, domibus, seu bonis aliis quibuscunque, post mortem utriusque nostrum, salvo nobis usufructu bonorum eorumdem quam diu vixerimus, *Fratribus* domus *Theutonice*, & Conventui sanctimonialium in *Diefendal* * disposuimus & ordinavimus equa particione obtinenda. Ipsi tamen *FF.* & Conventus - - - iuxta ordinacionem nostram in Bonis eisdem a nobis prius factam, *XXX.* marcas den. *Col.* amicis nostris subscriptis, HELFRICO fratri meo, videlicet *Conradi Kolbonis*, & suis pueris *X.* marcas, HERBVRGI sorori mee & SAXONI eius filio X marcas,

* *Ord.* Cisterc. *in* Rhingavia,

Item

Item RICHWINO de *Castele* filio sororis mee *V.* marcas; Item HENLIEDEN sorori mee in *Franckenfort V.* marcas de bonis eisdem post obitum nostrum exsolvent; reliqua omnia ut dictum est inter se equaliter dividendo.

De condicione vero bonorum predictorum, secundum quod ipsa possidemus, & hactenus ea possedimus, cunctis volumus esse notum, quod iuxta Scabinorum ipsius ville in *Hocheim* sententiam, de eisdem in curia ibidem, que *Fronhof* dicitur, pro Censu *XV.* solidorum den. *Mag.* Item *V.* quarte siliginis superius defalcate, que *Markorn* vulgariter appellantur, Item *V.* quarte avene cumulate, item duo pulli & dimidius pullus, item manipulus, qui *Vortschilling*, & denarius, qui *Vortphenning* vulgar. appellatur, item *XXV.* ova & duo solidi denar. *Mag.* in feodum certis & deputatis temporibus annis singulis persolventur.

In Vineis autem, que *Manwerck* dicuntur, vinee quedam predictis bonis attinentes site, *IV.* videl. virge & dimidia in loco qui dicitur *Houge*, que olim fuerunt Dni ROGERI; item Iuger & dimid. super locum qui dicitur *Kirchanger*, que etiam olim pred. *Rogeri* fuerunt; item tres virge & dim. que quondam Dni HELFRICI *Iude* * fuerunt, & apud nemus sunt * Schult. site; item duale retro domum GILBERTI, quod fuit eciam *Mogunt.* ipsius *Helfrici*, a Censu & onere aliarum vinearum in *Manewerg* secundum Scabinorum dicte ville - - - sentenciam sunt libere penitus, & exempte.

Hec itaque omnia & singula, quemadmodum sunt premissa, coram Sculteto & Scabinis ville *Hocheim*, Anno . . MCCLXXI, feria secunda proxima post *Epiphaniam Domini*, presentibus & testimonium perhibentibus RUPERTO Sculteto, HILTWINO sollempni nuncio Dni WILHELMI de *Rudensheim* Advocati dicte ville, WOLFRAMO de *Muschebach*, HEINRICO de *Sprendelingen* genero suo, GOTFRIDO Advocato, HELFRICO, IOHANNE de *Maguntia*, HERNIDO, EMERCHONE *Schurgen*, HEINRICO *Kippe*, GOTFRIDO &

FRIDERICO, Scabinis in *Hocheim*; IACOBO Sculteto de *Costheim*, HEINRICO *Tantzſus* de *Caſtele*, & quam pluribus aliis fide dignis, in figura Iudicii *Hocheim* rite & legitime, ſecundum ius ipſius loci & conſuetudinem ſunt peracta.

In evidens igitur teſtimonium & robur omnium predictorum preſentes Litteras, Sigilli *Fratris* WERNHERI, Magiſtri *Fratrum* Domus *Theutonice* in *Alemania*, & Conventus in *Dieſendal*; etiam Dni *Wilhelmi* de *Rudinsheim* Advocati in *Hocheim* petivimus communiri. Actum die & anno prenotatis.

XLIII.

De collatis Domui Moguntinæ *bonis in* Kettenheim.

1271.

IVDICES *Sancte* Moguntine *Sedis*. Recognoſcimus & tenore preſentium proteſtamur, quod WERNHERVS Miles, dictus *Krieg* de *Sauwlnheim*, conſtitutus in noſtri preſentia contulit, & donavit ac reſignavit Domui Teuthonice in *Moguntia* ob remedium anime ſue omnia Bona ſua, que habet in *Kettenheim*; innovando collationes & donationes, quas eidem Domui de eiſdem bonis confitebatur pluries ſe feciſſe; Ita tamen, quod idem Miles ad perpetuum vite ſue bona eadem pacifice poſſidebit, & predicte Domui duas libras Cere in vigilia *Purif. bte Marie Virginis* ſingulis annis perſolvet Cenſus nomine de eiſdem, pro quibus Commendator - -, videlicet *Fr.* THEODERICVS, ſibi eadem bona locavit, de quibus dicta Domus poſt obitum ipſius Militis, ADELHEYDI uxori ſue *X.* maldra ſiliginis *Moguntine* menſure, dimidiam carratam *Hunici* vini & *pernam*, * valentem *VIII* ſolidos denar. *Colon.*, quam diu ipſa vixerit, annis ſingulis miniſtrabit, nulla defenſione ſeu contradictione in contrarium ſuffragante. Et eadem *Adelheide* mortua, pred. Domus ab horum ſolutione libera & ſoluta, bona ipſa perpetuis temporibus obtinebit.

* perna, *id. quod* petaſo.

In

In cuius rei evidentiam presentem Litteram ad petitionem dicti *Wernheri* Sigillo nostro fecimus communiri. Actum Anno Domini MCCLXXI, II. Nonas Martii.

XLIV.

„ *De Decima in Villa* Gulle. „

1271.

Nos Philippus & Wernherus fratres *de Valckenstein*. Tenore presentium universis innotescere cupimus litterarum, quod dilecti nostri . . Abbas & Conventus de *Arnispurg* in adiutorium solutionis nostre, quam Consanguineis nostris *de Winsperg* pro Bonis ipsorum tenebamur, ad instanciam nostram & rogatum vendiderint quibusdam Religiosis circumquaque sedentibus Decimam in curia *Gulle*, ab eisdem Dnis *de Winsperg* comparatam, videlicet *LVI* octalia & dimidium siliginis & tritici solventem, pro nonaginta marcis, quas nobis ex integro ad necessitatem nostram prescriptam presentaverunt, huiusmodi conditione mediante . . , ut eandem summam pecunie a festo *bte Walpurgis* virg. nunc preterito ad quatuor annos eisdem Abbati - - ad comparanda alia bona pro compensatione pensionis prescriptorum Religiosorum sine omni contradictione fideliter restituamus; Hoc nichilominus specificato, quod si eandem Decimam medio tempore ante Festum pred. redemerimus, libera erit omnino; si vero post Festum id fecerimus, sepedicti Abbas & Conventus ipsam Decimam eo anno - - - quiete percipient, & sic postmodum ad nos devolvetur; alioquin fideiussores nostri, Cunradus dictus *Colvendensel*, Eberwinus *Leo*, Wernerus iunior *de Beldersheim*, Hezechinus de *Gridele*, qui se coram nostris Castrensibus fideiussorio more obligaverunt, ipsam pecunie summam solvent sine retardatione & more dispendio, recipientes prenotatam decimam, sibi & suis heredibus successivis, feodali iure a nobis perpetuo possidendam; Hoc solum exci-

pientes, quod ipsam . . augere pensionibus aut vecturis onerare nullo modo poterint, sed in eo statu sicut ad nos a nostris proavis est devoluta, inviolabiliter permanente. Quodsi fideiussores in solutione prescripta negligentes fuerint, commoniti *Mynzenberg* hospicium intrabunt, non egressuri, donec prescripta promissio eorundem ad effectum perducatur. Si vero aliquis fideiussorum . . quod absit, medio tempore obierit, alium fide dignum infra quindenam substituemus, aliis tribus in hospicio memorato interim satisfacientibus, quousque alter substituatur. Testes huius rei sunt:

WERNERVS senior *de Beldersheim.*
RVCKERVS & IOANNES de *Birkenlar.*
GERHARDVS de *Hufftersheim.*
GODEFRIDVS de *Wileberg.*
WERNERVS de *Muschenheim.*
GYSO de *Gridele*, & WERNERVS, cognomento *Groppe*, Milites.

HENRICVS in vico Curruum, WIGANDVS frater eius. SIFRIDVS, HEINRICVS & WERNHERVS fratres, dicti *Riche*; Cives in *Minzenberg*, & alii quam plures viri ydonei.

Vt autem hec rata & inconvulsa permaneant, presentem Paginam Sigillorum nostrorum impressione roboratam porreximus eisdem Abbati & Conventui de *Arnspurg* conservandam. Acta sunt hec apud *Mynzenberg* Anno Domini M CC LXXI. nona Kal. Iunii.

XLV.

CHARTA *venditionis bonorum in* Lutzellinden.

1271.

ex Autogr. LABILIS est hominum memoria, et ea que geruntur ab hominibus ex facili in oblivionis precipicium dila

dilabuntur, nisi voce testium, suffragio litterarum, & sigillorum appensionibus roborentur.

Notum igitur sit universis presentis instrumenti seriem inspecturis, quod nos, CONRADVS *Reio* Advocatus & HERMANNVS *Monetarius*, cives *Wetslarienses*, Bona que nobis vendiderat BERNHARDVS miles *de Derenbach* communicata manu SOPHIE legitime sue, & de consensu filiorum suorum, ECKARDI scilicet, CONRADI & IOHANNIS, sita in *Lutzellinden*, quorum videlicet bonorum partem alteram consimilem tenent HEINRICVS de *Munichusen* & ECKARDVS Scabini *Wetslar.* & heredes eorum, predicto *Eckardo*, Canonico *Wetsl.*, filio ut dictum est prelibati *Bernhardi* militis, titulo proprietatis vendidimus, libere quiete & pacifice in perpetuum possidenda.

In cuius evidentiam & firmitatem debitam, Ecclesie *Wetslar.*, S. Prepositi de *Schiffenburg*, *W.* plebani *Wetsl.* & GISELBERTI *de Derenbach* militis Sigilla presenti Littere sunt appensa. Huius rei testes deputati sunt:

> EBERWINVS, dictus *Advocatus.* CVNO de *Cleberg.* CONRADVS de *Crufftele.* PHILIPPVS. DIEMARVS & HERMANNVS de *Cleberg*, milites Castrenses in *Calsmund.* Item THEODER. *Rufus*, CONRADVS de *Drydorff*, ECKARDVS, GERBERTVS, HEINR. de *Drydorff*, BERNO, MARQVARDVS de *Nuvern*, WIGANDVS *Dietbero*, HEINR. de *Katzenfurt*, Scabini *Wetslarienses.*

Datum Anno incarn. Dominice MCCLXXI, pridie Kal. Iulii.

 XLVI.

XLVI.

De *constituto Redditu, percipiendo ex Bonis in* Habichenheim.

1272.

Nos Gvda, relicta Friderici *de Bicken*, Conradvs Clericus, Adolfvs, filii eius; Methildis de *Willandisdorf* & pueri eius utriusque sexus; Sophia de *Rusenberg* cum multis pueris suis; Recognoscimus & tenore presentium profitemur, quod cum omnia bona quondam Friderici de *Bicken*, ad nos successione hereditaria devoluta & communiter contingentia, cum Craftone milite, nunc *Fratre* domus *Theutonice*, dividere ac distinguere deberemus, quia in ipsis bonis ex Dote Vxoris sue, filie ipsius *Frid.* de *Bicken*, debitam debebat percipere portionem; interveniente proborum Virorum decisione ac arbitrio, inter nos ac ipsum *Craftonem* taliter extitit ordinatum; videlicet, ut Domus Theutonica in *Marpurg*, in qua idem *Crafto* elegit Domino famulari, unius marce redditus percipiat in villa *Habichenheim* ex omnibus bonis nostris ibidem, quolibet titulo ad nos spectantibus - - - Hoc adiecto, ut prefata bona cum onere & obligatione predictorum redditaum deferantur, ex successione, sive permutatione, vel alienatione qualibet, ad quemlibet successorem. Renuntiantes in hoc facto omni Iuris auxilio, canonici & civilis, per quod in presenti, vel in posterum possemus contra dictam ordinationem divisionis facte venire, aut ipsam in aliquo impedire.

In cuius rei evidentiam & plenioris roboris firmitatem presens scriptum Sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Testes etiam qui - - intererant, sunt subscripti.

Waltherus plebanus *Wetflariensis*. Cvno de *Cleberg*. Conradvs de *Crustele*, & Philippvs, milites & Castrenses in *Calsmunt*, quorum sigilla presentibus sunt coappensa.

Actum

Actum & datum *Wetflarie*, Anno - - MCCLXXII, menſe Iulio.

XLVII.

Diſceptatio iudicialis ſuper Bonis in Vdenhauſen *qualiter deciſa fuerit, atteſtatur modo nominandus.*

1272.

VNIVERSIS ad quos preſens Scriptum pervenerit, GERHARDVS Dominus *de Wildenberg* ſalutem & pacem. Palam eſſe cupimus, litteris preſentibus publice proteſtando; quod cum olim Vir nobilis, THEODERICVS Iunior *de Iſenburg*, viros Religioſos, Commendatorem & *Fratres* - - - apud *Marpurg*, coram Illuſtri Domina * Duciſſa, filia beate ELISABETH, traheret in cauſam ratione quarundam bonorum, in villa *Vdenhuſen* prope *Stauffenberg* ſituatorum, idem TH. de *Iſenburg* non amplius obtinuit, quam tertiam partem eorundem bonorum, ibidem ſibi per ſententiam diffinitivam aſſignatam; due vero partes alie de bonis prehabitis cedebant - - *Fratribus* Domus pretaxate. * *Sophia.*

Preterea ad maiorem noſtre proteſtationis evidentiam, teſtimonium introducimus proborum & veridicorum Virorum, videlicet SYFRIDI Comitis *de Witigenſtein* noſtri Conſanguinei, IOHANNIS militis de *Grunenberg*, dicti *Aurei*, MILCHELINGI de *Nordecken*, & aliorum plurimorum fide dignorum, qui tunc preſentes adfuerunt, & nos.

Ne ſuper his alicui dubium generetur, Sigillum noſtrum duximus - - - appendendum. Datum in *Wildenberg* Anno Domini MCCLXXII, tertio Kal. Octobris.

XLVIII.

XLVIII.

MAGISTRI ANNONIS, *quod Ordo & Parthenon* Difendal *se ab invicem separaverint.*

1273.

F*rater* ANNO, *Hospitalis S.* Marie *Domus Theuthonicorum Ierosolymitanorum Magister.* Dilectis sibi in Xpo, Preceptori *Alamanie* & Fratribus ibidem constitutis, salutem & sinceram in Domino caritatem.

Noverit universitas vestra, quod cum nostri *FF.* Ordinis, Abbatisse & Conventui sanctimonialium in *Diefendal* essent astricti ad providendum & ad ministrandum in temporalibus eisdem; unanimi consensu, & utrobique voluntate accedente libera, coram honestis viris sumus ab invicem racionabiliter separati; sic, quod nec nos nec Ordo noster, vel Abbatissa dicta seu suus Conventus, nobis sint aliquo iure obligati.

Verum, cum caritatis sit officium, piis locis & personis salubriter consulere; rogamus vos universos & singulos, quatenus divinam retributionem attendentes, predictis Abbatisse & monialibus in suis agendis, in exhibicione consilii benivolencie & favoris grata subsidia inpendatis. Gratum in hoc Deo obsequium, & nobis amiciciam prestituri.

Datum apud *Sassenbusen* Anno Domini MCCLXXIII, in die bte *Agnetis* mart.

XLVIIII.

XLVIIII.

APPROPRIATIO *Bonorum in* Wolfſtein, - - - *facta per Comites* Beilſteinenſes.

1273.

I. N. D. A.

Nos BVRCHARDVS, & ALBERTVS filius eius, OTTO frater eius, LVDOLFVS & WERNERVS, fratrueles eorum, *de Bilſtein* Comites. Ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod olim IOHANNES de CAPELLE & IVTTA uxor eius, ac ECKEHARDVS, filius quondam SIFRIDI de *Capelle* fratris dicti *Iohannis*, & alii coheredes ipſorum, Iurisdictiones & omnia alia iura que in villis *Wolfſtein*, *Giſenrode*, *Haſſelbach*, *Ichendorf* & *Librichsdorf* a nobis in feodo obtinebant, coram nobis publice reſignarent; Nos, acceptata reſignatione eorum, Iurisdictiones ipſas, ac univerſa alia iura . . in villis prefatis, cum ſuis pertinentiis univerſis & ſingulis, que ad nos pertinebant iure proprietatis & dominii principalis, donavimus & damus Curie Domus *Teuton.* S. *Marie* in *Richenbach* liberaliter propter Deum. — — — Preſtantes nichilominus ex nunc, & in antea preſtituri legitimam *Fratribus* eisdem, prout opportunum fuerit, warandiam.

In huius noſtre Donationis ac warendationis teſtimonium, preſentem Litteram eis dantes, noſtri *Burchardi*, *Ludolfi* & *Werneri* fratrum, Sigillorum munimine roboratam. Nos vero *Otto* & *Albertus* Sigillis his contenti ſumus. Teſtes horum ſunt

Viri honorabiles, Dns IOHANNES Prepoſitus in *Germarode*. HILDEBRANDVS, de *Ortwinshuſen*, & FRIDERICVS, de *Ebershuſen*, Eccleſiarum Rectores. Presbiteri.

REINFRIDVS de *Richenbach*. THEODERICVS de *Waldoverode*. BERTHOLDVS de *Wiſſenbach*. RVT-

WARDVS de *Germarode*, Laici. Et alii quam plures.

Actum & datum in *Germarode* sexta feria proxima post diem bte *Margarethe*. Anno Domini MCCLXXIII.

NB. WIDEKINDVS Comes de *Bilstein & eius filii:* ERFO, WIDEKINDVS & BVRCHARDVS, occurrunt in Litteris, æra non signatis.

L.

„ *De tertia parte Curie in* Gulle, *cum agris* - -,
„ *Item cum iure patronatus Ecclesie ibidem*,
„ *a nobis emptis & nobis datis.*

1274.

ADOLFVS, filius WIDEROLDI militis *de Nordecken*, omnibus hanc Litteram inspecturis imperpetuum. Tenore presentium recognosco, quod ego tertiam partem Curie in villa *Gulle*, sicut ea ad me ex successione paterna liberaliter est devoluta, cum universis attinentiis suis, agris pratis pascuis, aquis silvis, & patronatu Ecclesie ibidem, Dno HELWICO Abbati & conventui Monasterii *in Arnspurg* vendidi pro viginti octo marcis *Colon.* denariorum, quas ego ab eis recepisse profiteor, titulo proprietatis perpetuo possidendam. Promittens fideliter Dno *Helwico* Abbati iam dicto - -, quod infra annum . . diligentissime debeam elaborare, ut omnes heredes consensum adhibeant venditioni predicte, & renuncient Iuri, quod ipsis competere videtur in Curia memorata. Super quo ipsis Fideiussores subscriptos obligavi; me ipsum videlicet, WIDEROLDVM filium meum, & GODEFRIDVM de *Linden*; Qui commoniti, si consensum omnium heredum dicte curie non obtinuero, *Minzenberg* intrabunt, more fideiussorio in uno hospicio comesturi, nec inde exituri, usquedum assensum & renunciationem predictorum heredum valeam obtinere. Prescripti etiam fideiussores mei, de warandia facienda per annum

num presentem in prehabita tercia parte curie & attinenciis Dno *Helwico* Abbati & Conventui . . erunt nichilominus obligati; quia hoc tam a me quam a prefatis fideiussoribus data fide sincerissime est promissum. Testes huius rei sunt

THEODERICVS miles, dictus *Schuzesper*.
GERHARDVS & DITMARVS fratres, dicti de *Selheim*.
THEODERICVS de *Holzhusen*. — —
HERMANNVS *Albus*.
BRVNO de *Leterstetin*. Scabini:
LODEWICVS *Sleppe*. HEINRICVS *Rufus*.
HEINRICVS de *Henerisdorf*. CONR. *Knodo*.
ADOLFVS & HARTMVDVS fratres, filii *Theoderici* militis dicti *Schuzesper*.
IOHANNES *Sezepant*, & alii quam plures fide digni.

Acta sunt hec *Ameneburg*, in domo que vulgariter dicitur *Spielhus*. Anno Dominice incarnacionis M CC LXXIIII. tert. Kal. Marcii. In cuius facti perhennem memoriam GVMPERTI Sororii mei, dicti *de Curia*, meo, nec non Communitatis in *Ameneburg* Sigillis presens Scriptum volui sigillari.

LI.

Favore Donationis, factæ per Vasallum, dominus directus proprietati renuntiat.

1274.

NOS HARTRADVS de *Merenberg*. Omnibus presentem Litteram inspecturis cupimus declarari, quod DYMARVS miles *de Calsmunt*, zelo pietatis ac devotionis incitatus, in nostrâ constitutus presentia, communicata manu METHILDIS uxoris sue, medietatem Decime in villa *Dudenhoven* site, quam a nobis iure feodali possedit hactenus, *Fratribus* domus Theutonice apud *Marpurg* in remedium anime sue & predecessorum suorum, nomine Elemosine contulit, &

 affi-

aſſignavit iure proprietario perpetuo poſſidendam. Nos quoque *Hartradus* - - omni iuri quod in dicta medietate eiusdem Decime nobis ad preſens competit, vel in futurum competere poterit, liberaliter renuntiamus, & idem ius propter Deum dictis *Fratribus* erogamus.

Et ne huic donationi noſtreque renuntiationi inpoſterum aliqua valeat ſuboriri calumnia, preſentem Litteram exinde confectam Sigillo noſtro & Civium *Wetſtarienſium* duximus roborandam. Teſtes autem huius rei ſunt:

WALTHERVS plebanus.
STARCKRADVS miles.
MANGOLDVS de *Griſenſtein.*
EBERWINVS & REYO, Iudices.
THEODER. *Rufus.* ECKEHARDVS,
CONRADVS de *Dridorf*,
MARQVARDVS de *Nuvern*,
WIGANDVS *Dytbero*,
GERNANDVS *Lye*,
HERMANNVS *Monetarius*,
HENRICVS de *Katzenfurt*,
Scabini *Wetſtarienſes.*

Actum & datum Anno Domini *MCCLXX quarto*, VI. Nonas Iunii.

LII.

Conventio iurata inter Werthemios *&* Hanovicos *ex nupera* Brotſeldenſis *caſtri acquiſitione.*

An. 1275.

ex autogr. NOS BOPPO & RVDOLPHVS Comites *de Wertheim*, REINHARDVS Dominus *de Hagenauwe*, & VLRICVS filius noſter. Tenore preſencium ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quod in comparatione caſtri *Bratsbelden*

belden convenimus in hunc modum; videlicet, quod iuramento preſtito & fide data compromiſimus, anted. caſtrum communiter ſervare ſine omni dolo & fraude; ita quod Caſtrenſes, quos nunc habemus vel in poſterum receperimus, Vigiles, portenarii & cuſtodes Turrium communes ſint, quibus ſub iuramento committemus anted. caſtrum, nobis & noſtris Vxoribus, nec non heredibus univerſis fideliter cuſtodiendum & equaliter conſervandum; Et quisque noſtrum cum ſuis bonis poteſt, quot vult, acquirere Caſtrenſes, qui tamen iurabunt communiter, nobis & noſtris heredibus cuſtodire & conſervare caſtrum ſepedictum. Et tales quisque noſtrum recipere debet in Caſtrenſes, qui contra alios, & eorum coheredes nullam actionem habeant, ſive *Gwerram*. Adicientes eciam, quod ſi aliqua inter nos, quod abſit, gwerra emerſerit, quod nullus noſtrum aut noſtrorum coheredum alteri, aut alterius coheredibus de eodem caſtro dampnum aliquod inferre debeat; ſed quod plus eſt, bona & homines caſtro attinentes a parte utraque illeſa manere debent ſub quieta & pacifica manſione. Et durante noſtra lite, ſi in caſtro, civitate, aut terminis caſtro attinentibus convenerimus, nos ac noſtra familia egrediendo & ingrediendo vivemus ſimul, quam diu ibidem fuerimus, ſub pacis & amicicie tegumento.

ITEM dicimus, quod ſi aliquis noſtrum, Dominum aut amicum ſuum iuvare forſan voluerit, hoc de eodem caſtro bene facere poteſt, dummodo non ex eo dampnum generetur alteri, & gravamen. Preterea promittimus, ut, ſi pro eodem caſtro & ſuis attinenciis impulſionem aliquam ſuſtinuerimus a quocunque, quod ad reſiſtendum impulſioni expenſas portemus equaliter, & labores.

Preterea ſi aliquis noſtrum, aut noſtrorum poſterorum redimere aut comparare Bona aliqua potuerit, caſtro ab antiquo attinencia, ſeu adiacencia, bene facere debet; & medietatem illorum bonorum dare debet alteri, vel ſuis poſteris, cum ſuam pecuniam habere potuerit, in tali foro, veluti comparavit.

Promittimus eciam, ut si nos aut nostri coheredes motu proprio divisionem domiciliorum in castro facere decreverimus, & aliquis nostrum aut nostrorum coheredum, in sua parte Structuram aliquam facere voluerit, talem structuram facere debet, que alteri non perveniat in preiudicium & gravamen. Iura vero patronatus Ecclesiarum simul habebimus, sic, quod unus Dominorum *de Wertheim* primum vacans conferat beneficium, secundum autem unus Dominorum *de Hagenauwe*, & in ordine perpetuo sic deinceps. Feoda vero de . . castro derivancia communiter conferemus.

Item promittimus, quod si alicui inter nos aut nostros coheredes partem suam in castro vendere contigerit, quod alteri aut suis coheredibus partem illam vendat, si emere voluerit, & hoc in tali foro, sicut pocioribus ipsorum Castrensium quos tunc penes se habuerint videbitur esse decens. Si vero, cum sibi exhibuerit, anno vel dimidio precedente prout decet, emere noluerit, potest ex tunc licite partem suam vendere alteri, cui placet.

Preterea promittimus, ut, si in posterum aliqua meliora his prescriptis per nostrorum consilium amicorum invenerimus, que magis utilia & honorifica videbuntur, communi ea conscribere debemus consensu, & in alias redigere litteras, & ea, tamquam ista, inviolabiliter observare. Istis tamen litteris in suo robore per omnia permanentibus, non depositis nec cassatis, quemadmodum in ipsarum tenore primitus lucide est expressum. Adicientes eciam, quod si suadente dyabolo aliquis inter nos vel nostros posteros fraudem in castro, aut bonis eidem attinentibus, alteri aut suis coheredibus intulerit; si in partibus constitutus infra mensem hoc nefas fraudulentum non emendaverit parti, sibi in castro & bonis succedenti, ab altero privari debet, & nichilominus dici Violator fidei, & periurus.

Et ut hec prescripta nos ac nostri coheredes rata & indecisa observemus, presentes damus in testimonium Sigillo Venera-

nerabilis Domini noſtri WERNERI Archiepiſcopi *Maguntini*, LVDEWICI ac GERHARDI Comitum *de Rinekke*, ac noſtrorum BOPPONIS* & REINHARDI de *Hagenauwe*, robore communitas. Et quia nos RVDOLPHVS de *Wertheim* & VLRICVS de *Hagenauwe* propriis ad preſens ſigillis caremus, promittimus, cum ſigilla habuerimus, preſentibus & aliis Scriptis, ſi qua in poſterum concepta fuerint, apponenda.

* de WERTHEIM. *In ectypis ſub n. III.*

Acta ſunt hec, & contracta Anno . . MCCLXXV, in craſtino Epyphanie Domini.

LIII.

Vineæ ſubſtituitur alia in feudum.

1275.

VNIVERSIS preſens ſcriptum inſpicientibus CONRADVS & WALTHERVS *Pincerne* de *Clingenburch* noticiam ſubſcriptorum. Proteſtamur preſentibus, & dilucide profitemur, DITHERVM, dictum *Iuvenem* de *Heidebach*, Vineam quandam apud *Erlebach*, que ibidem adiacet vinee, que *Phule* dicitur, quam & idem de nobis feodali iure tenebat, de noſtra licencia & expreſſa voluntate Commendatori & *Fratribus* domus Theutonice in *Mergentheim* pro X. libris *Hallenſium* iure proprietario vendidiſſe. In cuius vinee recompenſam reſignavit ad manus noſtras Vineam ſuam in *Heidebach*, que *Kronenboldere* dicitur, quam tunc propriam poſſidebat, & recepit ipſam de noſtris manibus, feodali iure in poſterum poſſidendam. *ex autogr.*

Et ne ſuper his dubietas aliqua in poſterum generetur, preſentem Litteram deſuper confectam ipſis *Fratribus* damus, Sigillo Soceri noſtri, Domini CONRADI de *Erenvels*, quia proprium non habemus, fideliter communitum. Teſtes ſunt *Fra-*

Frater MARCWARDVS de *Engeltal* & *Fr.* ALBERTVS domus *Theutonice*, Patruus noster. Et alii quam plures fide digni.

Ego CONRADVS de *Erenvels* ad peticionem Generorum meorum, * & in fidele testimonium omnium superius expressorum Sigillo meo proprio † presentem Litteram communivi. Datum Anno Dominice incarn. MCCLXXV. XII Kal. Marcii.

* *Quum in plurali loquatur, consequens est, binas* Conradi & Walthери *Pincernarum Collaterales, fuisse Sorores, sigillantis* Conradi *filias.*

† *Splendidam eius formam v. sub. n. IV.*

Ceterum nobis etiam haud monentibus B. L. observarit, huius Chartæ auctores sibi non amplius tribuere cognomen de Protfelden, *sed illud solum de* Clingenburg. *Quippe* Protfeldam *transiisse ad* Werthеimenses *&* Hanovicos, *testatur immediate precedens. Hocce Oppidum, postea Domui* Teutonicæ *in* Mergentheim *proprium, pariterque* Clingenb *iam a seculis subest* MOGVNTINO; *sicuti de* Protfelda *opportune sumus indicaturi.*

LIV.

De facta Iuris patronatus Ecclesiæ in Bruningsheim *& Capelle in* Redelheim *permutatione.*

1275.

ex autogr. NOS WERNHERVS *Dei gratia Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniversis cupimus esse notum, quod cum dilecti in Xpo - - Commendator & *Fratres* Domus Teutonice in *Frankenfort*, & Nobilis vir WERNHERVS de *Falckenstein* parrochialem Ecclesiam in *Bruningesheim*, & Capellam in *Redelnheim* cum suis iuribus & pertinenciis universis, nostre dioc. permutarunt, tali modo, quod dicti *FF.* ius patronatus eiusdem capelle transtulerunt in Nobilem memoratum, & idem nobilis ius patron. predicte Parrochie eisdem *FF*bus donavit & tradidit versa vice; Nos, devotis eorum precibus inclinati, permuta-

mutacionem eandem ratam habemus, pariter & acceptam. Ita videlicet, quod predicti *FF.* parrochiam in *Bruningesheim* eo iure, quo dictam capellam in *Redelnheim* habuisse noscuntur, debeant inantea possidere, nostro, & loci Archidiaconi iure salvo. Dantes has nostras Litteras in commune testimonium super eo.

Datum apud *Seligenstat* Anno Domini MCCLXXV. II. Nonas Ianuarii.

LV.

[Connexa cum præced.]

1275.

RVDOLFVS *Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus.* Vniversis sacri Imperii fidelibus Graciam suam & omne bonum. [*omisso introitu*] Hinc est, quod nos vendicionem duarum partium Decime, ville de *Bruningesheim*, factam per - - Nobilem virum WERNHERVM de *Falckenstein* Fratribus domus *Teutonice* apud *Franckenford*, que partes ad nos & Imperium pertinent, facta nobis recompensa de bonis infrascriptis, & de manibus nostris receptis a predicto *Wernhero*, vendicionem huiusmodi ratam habentes & gratam, ipsam presentibus confirmamus. Bona autem nobis in recompensam tradita sunt sex mansi in *inferiori* villa *Erlebach*, & unum molendinum ibidem constitutum. Huius rei testes sunt:

BVRGRAVIVS de *Fridberg.*
SCVLTETVS de *Franckenfurt.*
CONRADVS de *Godelocb.*
CONRADVS de *Selgenstat.*
HARTMANNVS de *Cronenberg.*

Datum *Maguntie*, Anno Domini MCCLXXV. X. Kal. Aprilis. Indict. III. Regni vero nostri anno secundo.

LVI.

VIDVA de Bickenbach *a quibuscunque oneribus eximit* Fratrum *Structuram in* Clingenburg.

1276.

ex autogr. NE gestarum rerum processu temporis memoria evanescat & pereat, poni solet in lingua testium, & testimonio litterarum perhennari.

Innotescat ergo presentibus & futuris ad quos presens Scriptum pervenerit, quod nos GVDA, Domina *de Clinginburg*, * relicta quondam Dni CONRADI de *Bickenbach*, cum consensu & voluntate filiorum nostrorum, PHILIPPI & GODEFRIDI, *Fratribus* de Domo Theutonica in *Mergentheim* quoddam edificium, quod suis denariis comparaverunt in civitate nostra *Clinginburg*, liberum . . †; ita quod nos, nec aliquis successorum nostrorum nichil iuris vel servicii, scilicet in telonio & omnibus aliis, a prelibatis *FFbus* de tali edificio accipiamus.

** ita se vocat a primo coniuge.*

† verbum concludens est illegibile.

Insuper ad maiorem evidenciam & irrefragabilem firmitatem hanc Litteram inde conscriptam duximus Sigilli nostri munimine roborandam. Datum & actum in *Clinginburg*, Anno Domini MCCLXXVI. V. Kal. Iunii.

NB. Eo quod GVDA *titulum gerat* DOMINÆ de Clingenburg, *exercendo actum, non nisi domino territoriali competentem; inferre licebit, Illustre* PINCERNARVM *stemma, annum 1275 inter & 77, periodum absolvisse fatalem.* Clingenburga *post hac ad* Bickenbachios *devoluta.*

LVII.

LVII.

De bonis in Triburio, *venundatis Domui* Moguntinæ *a Conventu* Syon.

1277.

Nos Gerdrvdis Abbatiſſa, Benigna Prioriſſa, totusque Conventus Sanctimonialium in Syon Ordinis *Cyſterc.* Moguntine dioc. Recognoſcimus, preſentibus litteris publice proteſtando, quod de communi conſenſu & unanimi voluntate Domini Cristiani, Abbatis noſtri de *Vilerio* Ord. Cyſt. *Metenſis* dioceſis, cui ſubeſſe dinoſcimur quoad ſpiritualia, nec non Masvngi, univerſa bona noſtra in *Triburio* ſita vendidimus Commendatori & *Fratribus* Domus Theutonice in *Maguntia*, eodem iure proprietatis videlicet, quo nos poſſedimus, nulli prorſus ſervicio ſubiecta, pro *LXXX* marcis denariorum *Colon.* legalium & bonorum - -, quam pecuniam recepimus, in utilitatem noſtre Eccleſie convertentes. Renunciantes exceptioni pecunie non recepte, non numerate, & omni auxilio Iuris, canonici & civilis; necnon actioni, que occaſione vendicionis huiusmodi nobis poſſet competere contra ipſos.

In cuius rei teſtimonium & debitam firmitatem, preſentem Litteram Sigillo noſtro fecimus communiri. Actum in *ſuperiori Flersheim* apud *Wormaciam*, Anno - - MCCLXXVII. X. Kal. Maii.

LVIII.

Feudum transfertur in proprietatem.

1277.

Cvm ea que geruntur in tempore (*&c.*) Nos Fridericvs Iunior, Dei gratia Comes *de Bicblingen*

 pre-

presenti scripto recognoscimus - - -, quod duos Mansos sitos in *Grifstet*, quos ECKENBERTVS & fratres sui, dicti *de Walbusen*, a nobis in feodo tenuerunt, & *Fratribus* Domus *Theutonice* vendiderunt - -, eisdem . . proprietatis titulo contulimus perpetuo possidendos.

Ne autem hec nostra donatio - - - valeat irritari, presentem paginam - - nostro Sigillo dedimus roboratam. Testes huius rei sunt:

ALBERTVS de *Harras*.
NENZEMANNVS de *Bichlingen*.
HENRICVS de *Collede*; Milites.
Frater ALBERTVS de *Amendorf* Commendator *in Grifstet*. *Fr.* OTTO de *Richowe*. *Fr.* CHRISTIANVS de *Collede*. *Fr.* BRVNO, & alii quam plures.

Acta sunt hec in *Grifstet*, Anno Domini MCCLXXVII.

LIX.

[Argumenti consimilis.]

1277.

NOS FRIDERICVS senior, Dei gratia Comes *de Bichelingen*. Presenti scripto recognoscimus ac publice protestamur, quod nos *V.* agros, sitos in prato fabarum, quos IOHANNES de *Gunstete* a nobis in feodo tenuit, & *Fratribus* domus Theutonice in *Grifstet* vendidit, eisdem *FF.* proprietatis titulo perpetuo contulimus possidendos. In quorum recompensationem pred. *Iohannes* in feodo a nobis recepit alia bona. Huius rei testes sunt :

Comes GOSMARVS de *Kirchberg*.
SYFRIDVS de *Bendeleiben*.
LVDOVICVS *Speculum*. HVNOLDVS.
CONRADVS de *Benungen*.

HEN-

HENRICVS de *Bendeleiben.* Milites.
MARQVARDVS de *Collede.*
BVRCHARDVS de *Bendeleiben.*
Et alii quam plures.

Acta sunt hec in *Kelbera*, Anno Domini MCCLXXVII. tert. Kal Iulii.

Eiusdem tenoris Litteras dedit FRIDERICVS *Iunior* C. *de* Bichelingen, *signatas in* Mittelhusen, *VI nonas Iulii* (1277.) *Præsentibus Fratre* * GVNTHERO *de Svvartzburg. Fr.* CHRISTIANO de *Collede.* SYFRIDO de *Bendeleiben.* NENCEMANNO de *Bichlingen.* HENRICO de *Collede.* HENRICO de *Dimerode.* Militibus.

* *Ordinis Teut.*

LX.

De venditis Bonis in Vdenhausen.

An. 1278.

CONRADVS de *Solmss* Canonicus S. *Gereonis* in *Colonia*, & ELISABETH de *Wildenberg*, relicta quondam REIMBOLDI Comitis *de* Solm*ss*, nec non REIMBOLDVS, MARQVARDVS & GERHARDVS fratres, predicte *Elisabeth* filii, Recognoscimus, - - - - quod, Venerabilis Domini nostri ARNOLDI, *Babenbergensis* Episcopi consensu & voluntate accedente, vendidimus - - - - per presentes, Dilectis in Xpo Commendatori & *Fratribus* Domus *Theutonice* - - bona nostra, quecunque habuimus apud villam *Vdenhusen* sita, cum omnibus iuribus & pertinenciis suis, quorum bonorum duas partes habere dinoscuntur predicti *Fratres* condivisas, mere proprietatis titulo quiete & pacifice perpetuo possidenda, pro *XI.* marcis denariorum - - -, quas confitemur, nos totaliter recepisse. — — — — — Promittimus etiam - - -, de bonis huiusmodi warandiam facere debitam & consuetam. Et super his dedimus . . fideiussores, *Conradum* scilicet *de Solmss* supradictum

dictum, HENRICVM *Waldschmit*, & GERHARDVM fratrem suum, dictum *Bischoff*, cives *Wetflarienses*. — — — —

In cuius rei testimonium, - - - dedimus presentes Litteras, Sigillorum nostrorum munimine roboratas. — — Anno . . MCCLXXVIII. V. Kal Iunii.

LXI.

Filius Minorennis abrenuntiat.

1279.

NOS ALBERTVS Scolaris *de Rumrode*, filius ADELHEIDIS de *Slidisse* * iunior, recognoscimus, - - - - quod consilio sufficienti prehabito, ac proprio cordis arbitrio, quo libetque dolo cessante abrenuntiavimus super venditione preambulorum nostrorum bonorum, que . . mater nostra prefata - - -, ac HENRICVS de *Rumrode* noster frater perdilectus Viris religiosis & devotis, *Fratribus* Theutonicis in *Marpurg*, cum annos maturos nondum attigerimus, vendiderunt. Cuius rei testes sunt.

* Schlitz.

RICHOLFVS de *Rumrode*.
GERLACVS de *Didesbusen*. } Milites.

ALBERTVS dictus *de Rumrode*.
HERBORDVS de *Linden*. } Nobiles.

FRIDERICVS *Longus*. LVDEVICVS Cognatus *Rodewigi*, Cives in *Alsfeld*.
Et quam plures alii fide digni.

Ad ampliorem etiam evidentiam huius facti presens scriptum dedimus, Sigillo *Henrici*, nostri fratris prelibati, cum proprio careamus, firmiter communitum. Datum *Rumrode* Anno . . MCCLXXIX, Dominica die post *Vrbani*.

NOT. *Scholaris* Alberti *mater* Alheidis *occurrit*, *ceu Vidua* ALBERTI *de* Rumrod, *in Charta venditionis villa* Bisenrod, *an.*

an. 1274. edita; simul nominatis eorundem liberis hac serie: HENRICVS. ELISABETH. GYSELA. ALHEIDIS. ALBERTVS.

LVDOVICVS de Rumrod, & RICOLPHVS *eius fil. Milites*, 1273. *Kal. Aug.*

LXII.

Coniuges de Buches, *ut eorum in Cœnobio* Arnsburg. *celebretur Memoria, certos deputant Redditus.*

1279.

Ego WIGANDVS Miles, dictus *de Buches.* Tenore presentium ad universorum noticiam cupio pervenire, quod communicata manu GERDRVDIS uxoris mee, Ecclesie & Conventui in *Arnisburg*, pro remedio peccatorum nostrorum, animarumque nostrarum in salutem, de nostra proprietate in *Rodinburnen* * *XII.* solidos levium denariorum in redditibus annuis, pro mera ac racionabili proprietate dedimus perpetuo possidenda, ut exinde apud eiusdem Ecclesie bonos viros, nostri nominis memoria in die nostri obitus perpetuo habeatur. *ex autogr.*

* *Rodenbergen.*

Preterea ego *Gerdrudis* uxor predicti *Wigandi* hoc testamentum meliorare pro me meoque marito cupiens, conparavi (&) dedi cum consensu & assensu puerorum meorum novem octalia annone de eisdem bonis in *Lyntheim*, que apud Dnm LVDEWICVM de *Ysinburg* conparavi, annis singulis in veris redditibus persolvenda, ut exinde nostri memoria in eadem ecclesia salubrior habeatur. Tali tamen condicione adiecta, ut, si filius noster WIGANDVS iunior, aut heredes filie nostre GERDRVDIS, aut LYSA filia nostra seu heredes ipsius ipsam annonam apud predictam ecclesiam redimere decreverint, quod hoc possunt; et hoc ita, quod pro redditu unius octalis annone, marcam *Colon.* dare debent, quas pred. ecclesia acceptare

tare debet, & in equivalentes alios redditus commutare, & hos pio teſtamento poſſidere.

In cuius rei teſtimonium & robur facti, preſentem damus, Sigillorum Dni CVNRADI de *Buches* & GERLACI de *Korbach* robore communitas.

Acta ſunt hec, preſentibus GODEFRIDO de *Stockheim*. WIGANDO *Nigro*. SIBOLDO. RVDOLPHO plebano in *Heldebergen*. CVNRADO de *Tyllinberg*. CRAFTONE. CVNRADO dicto *Trutwin*. ARNOLDO; & aliis quam pluribus fide dignis. Anno Domini *M CC LXX nono* Menſe Octobri, in Cymiterio *Heldebergin*.

LXIII.

Feudatariorum, de quibus agitur ſub n. *XXXIV, facta immutatio.*

1280.

NOS WERNERVS de BONLAND *Imperialis Aule Dapifer*. Ad univerſorum - - - notitiam volumus pervenire, - - - quod accedentes noſtram preſentiam, GOZO & HENRICVS filius fratris ſui *de Oberſtersheim*, talia feoda que a nobis in Villa predicta, tam in Iudicio in omni iure, dominio, & aliis obtinebant, coram nobis . . publice & pariter reſignarunt; a nobis cum inſtantia poſtulantes, ut ad liberam reſignationem eorum, RVDEWINVM & GODFRIDVM Milites, CRAFTONEM & WERNERVM Servos, cum illis feodis infeodare curaremus, ad portandum - - - a Venerabilibus in Xpo *Fratribus* Domus *Theutonice*, Nobilibus, ac Vniverſitate in *Obernſtersheim* prenotata.

Nos, ipſorum petitioni liberaliter annuentes, ipſos infeodavimus cum Feodis antedictis, tali conditione incluſa, quod ſi a predictis quatuor unus deceſſerit, quicunque alter ex parte dictorum *Fratrum*, Nobilium, & Vniverſitatis predictorum nobis

nobis vel nostris heredibus presentatus fuerit, illum loco decedentis sine ulla reclamatione & resistentia, & protractione qualibet - - - infeodare tenemur.

In testimonium - -, & robur perpetuo valiturum, presentem Litteram nostro Sigillo dedimus roboratam. Datum & actum Anno Domini MCCLXXX, in vigilia Purificationis beate *Marie* Virginis.

LXIV.

Traditio Iugerum in Hausen.

1280.

Nos FRIDERICVS senior, Dei gratia Comes in *Bichelingen*. Tenore presentium publice protestamur, quod una cum nostra dilecta sorore, Relicta Domini BOD. . de *Hademarsleiben* nostri Sororii *bone. mem.*, nec non & cum omnibus heredibus nostris Mansum unum, situm in *Husen*, cum omnibus attinenciis, que CONRADVS de *Kollede* a nobis tenebat titulo feodali, *Fratribus* domus *Teuthonice* in *Grifftet* contulimus, iure proprietario perpetue possidendum. Ne autem super his oriatur questio nocitura, presens scriptum dedimus, nostri Sigilli munimine roboratum.

Testes huius rei sunt, noster dilectus Patruus FRIDERICVS. Milites: Dns HVNOLDVS. D. HENRICVS de *Rotenburg*. D. HENRICVS de *Kollede*. ALBERTVS *Dives*. HEINO de *Hermenstete*. FRIDERICVS de *Odersleiben*, & alii quam plures fide digni.

Datum *Franckenhusen*, Anno . . MCCLXXX, in vigilia *Valentini*.

LXV.

De composita intus memorata Lite per Landgravium.

1280.

NOS HENRICVS *Dei gratia Landgravius*, *Terre Hassie Dominus*. Notum facimus universis presentium inspectoribus, quod omnis rancor & discordia, que inter dilectos, Commendatorem & *Fratres* Domus *Theut.* in *Marpurg* ex una, & REIMBONEM *Schwendebecher* & eius Vxorem de *Iringshusen*, pro Bonis, sitis in *Vsleiden* & in *Mulenbach*, parte vertebatur ex altera coram nobis *Marpurg*, multisque presentibus Viris idoneis, Nobilibus & Discretis decisa est, tum iuste, tum amice, totaliter & sopita. Ita videlicet, quod prefati *Fratres* antedicta bona, de quibus agebatur, cum omnibus suis attinentiis & iuribus obtinuerunt, & obtinebunt perpetuo, & possidebunt libere & quiete. Dicti quoque Coniuges renuntiaverunt bonis memoratis, & omni iuri quod in eisdem habere videbantur.

Nos igitur, quia predicto tractatui & ordinationi presedimus, prefatos - - *Fratres* in his bonis nunc & inposterum nolumus aliqualiter impediri; Immo districtius inhibemus, ne aliquis dictam Causam . . audeat resuscitare. Mandantes nostris Officiatis & Scultetis, ut nullus ipsorum de aliqua cognitione & Iudicio super predictis bonis - - - se intromittat, in *Fratrum* preiudicium & gravamen. Huius etiam rei testes sunt

ECKEHARDVS & FRIDERICVS de *Bicken*.
HERMANNVS *Vitulus*, LVDOV. frater suus.
GERLACVS de *Nona*. HENR. de *Vsleiden*.
FRIDERICVS de *Langenstein*.
ECKEHARDVS de *Eichen*. Milites.
LVDEVICVS de *Fronhusen* & CONRADVS *Worstebendel*, Scabini in *Marpurg*.

LVDE-

LVDEVICVS de *Iringshusen* & BERWICVS, Scabini in *Hohenburg*. Et quam plures alii fide digni.

Ad maiorem predictorum evidentiam & perpetuam firmitatem presens Scriptum dedimus, Sigilli nostri munimine roboratum. Datum Anno Domini MCCLXXX, die B. *Laurentii* Martyris.

LXVI.

„ *Confirmatio Dni* HENRICI . . *super Bonis in* „ Hausen *&c.*

1280.

Qui CRISTVM ab hereditaria sua excludit substantia, bonorum celestium participio vix gaudebit. Et qui ipsum in rebus transitoriis elegerit coheredem, bona celestia Patris sui, ei in eterna gloria largietur.

Noverit igitur modernorum presentia, & posteritas idem sciat, quod Nos HENRICVS *Dei gratia illustris Princeps primogenitus Lantgravii Thuringorum*, *Comes Saxonie palatinus*, *& Dominus Terre Plisnensis*, una cum THEODERICO dilecto fratre nostro, eiusdem dignitatis & tituli, Bona quecunque *Fratres* Domus Theutonice in villa, dicta *Husen*, habent in presenti, vel habuerint in futuro; & Ecclesiam parochialem in *Kindelbrucben*, quam Nobiles Viri fratres *de Heldrungen* eisdem contulerunt; & unam villam, dictam *Schowendorf*, * sitam iuxta *Suezen*, sicut dilectus pater noster pred[us.] Thuringorum Lantgravius confirmavit, pro salute animarum nostrarum & remedio confirmamus; ponentes in ratihabitionem, quidquid per ipsum patrem nostrum ordinatum est in prehabitis, vel donatum. Testes sunt

* *Schaumd.*

Nobiles Viri ALBERTVS & THEODERICVS, Burggravii, de *Aldenburg*.

Dns HENRICVS de *Waldenberg*.

D. FRIDERICVS de *Schonenburg*.
LVDOLFVS *Criten*. CONRADVS de *Nutenhove*.
HENRICVS de *Trabensheim*. Milites.
Dns IOHANNES Sacerdos. HENRICVS Commendator in *Aldenburg*, Fratres Domus *Theutonice*.

Acta ſunt hec Anno Domini M CC LXXX.

LXVII.

NN. de Beichlingen *agnoſcunt, quod Molendinum ædificaverint iniuſte: Eo deſtructo aliud in* Fratrum *poſſeſſionibus nunquam collocatum iri ſpondentes.*

1280.

FRIDERICVS, HENRICVS, & GVNZELINVS fratres, Dei gratia Comites *de Bichlingen*, omnibus in perpetuum. Temporales actus confirmat litterarum auctoritas, ne ſuccedat oblivionis in rerum ordine difficultas.

Noverit igitur tam preſens etas quam ſucceſſura poſteritas, quod, cum nos Molendinum iuxta villam . . *Grifſtet*, ſuper Aquam . . *Lazs* minus rationabiliter edificaſſemus; informati fuimus & expediti, quod cum iuſtitia permanere non potuit, ſive ſtare; Vnde ob honorem Dei, reverentiam Venerabilis Viri *Fratris* HARTMANNI, noſtri *Generalis Magiſtri*, & *Fratrum* Domus *Theutonice* abrenuntiavimus omni iuri, quod habuimus vel habere videbamur in dicto molendino; ita quod neque nos, - - - vel quiſquam alter, in loco ipſius molendini, vel in alio loco, ubi de iure non poſſit, aut in bonis dictorum *Fratrum* aliud mol. amplius collocet ſeu componat. Si vero aliquis, quod abſit, in locis iam pretactis temere molend. edificare attentaverit, nos - - - edificationem talem debemus & volumus totis viribus noſtris - - - prohibere.

Vt

Vt autem hec rata - - - permaneant, presentem Litteram - - dedimus, Sigillo senioris fratris nostri *Friderici* prefati, cum aliud adhuc non habeamus, firmiter communitam. Huius rei testes sunt

Dns ALBERTVS Thuringie Lantgravius.
D. HENRICVS Comes senior *de Hohenstein.*
D. HENRICVS Comes *de Stalberg.*
D. HENRICVS senior de *Heldrungen.*
HENRICVS de *Collede.* CONRADVS de *Treber.*
ALBERTVS de *Harras.* HERMANNVS de *Raspenberg.* Milites. HENRICVS de *Bila,* & FRIDERICVS de *Gelingen.*

Acta sunt hec Anno ab incarnatione Domini MCCLXXX. VII. Kal. Novembris, prope villam, dictam *Grifflete.*

LXVIII.

Charta Donationis.

1281.

AD vitandum futura litigia, - - - Hinc est quod nos ALBERTVS *D. G. Thuringie Lantgravius, & Saxonie Comes Palatinus* recognoscimus - - -, quod unum Molendinum, situm in villa *Winrisleben* & aqua *Dunstrot*, quod Dns LVDOVICVS de *Schowenforst* * a nobis possidebat iusto titulo feodali, post liberam & voluntariam ipsius molendini resignationem in manibus nostris factam, ob reverentiam Dei genitricis & Virg. *Marie* predictum molendinum, consentiente filio nostro FRIDERICO, & ad petitionem *Ludovici* iam dicti, Hospitali S. *Marie Ierosol.* - - - in proprium dedimus, cum omni iure - - - possidendum.

* Schauenf.

Et ut hec nostra Donatio robur obtineat firmitatis, presentem Litteram super eo conscribi fecimus, & Sigilli nostri munimine solidari. Sub testimonio horum, quorum nomina

subsequuntur. Videlicet Comitis HENRICI de *Swarzburg*. HENRICI de *Blanckenheim*. HERMANNI Marschalci *de Eckartsberg*. HENRICI de *Rosla*. HENRICI de LIBENSTET, & MATHIE Curie nostre Notarii.

Datum & actum *Bodelstet* Anno Domini M.CC.LXXXI. VI Kal. Iunii.

LXIX.

Particulæ, spectantes Genealogiam DOMINORVM HANOVIENSIVM.

1282.

ex autogr. NOS VLRICVS de *Hagenovve*, & ELYSABETH coniugalis nostra, vniversis Xpi fidelibus presentes litteras inspecturis cognicionem rei geste. Vniversa negotia, mandata litteris ac voce testium, ab utroque trahunt inmobile firmamentum.

Noverint eapropter tam presentes quam posteri, quod nos, una cum collaterali nostra pari consensu nec non coniunctis manibus, una cum consensu venerabilis Matrone ALHEIDIS matris nostre, insuper accedente consensu filiorum sororis nostre ISENGARDIS *bone memorie*, HEINRICI videlicet & REINARDI, silvam nostram que vulgariter dicitur *Hard*, que ad nos iure hereditario pertinere dinoscitur, sitam penes villam que vocatur *Birkenlare*, vendidimus Venerabilibus & in Xpo dilectis . . Abbati & Conventui de *Arnsburg* pro quadam summa pecunie, proprietatis titulo perpetuo possidendam; quam summam pecunie nobis ex integro persolverunt; promittentes, eisdem plenam *warandiam* tempore debito prestituros.

Super huiusmodi venditione nec non ratihabitione, Fideiussores posuimus viros subnotatos, scilicet CVNRADVM de

Bu-

Buches, GERLACVM de *Clebn*, SIBOLDVM de *Heldebergen*, milites, & PETRVM dictum Advocatum.

Testes huius rei sunt CVNRADVS & HERDEGENVS fratres *de Buches*. CVNRADVS & GERLACVS fratres *de Clebn*. SIBOLDVS de *Heldebergen*.

Hec autem abrenuntiatio facta est a nobis, videlicet VLRICO de *Hagenowe* & matre nostra ALHEIDE, in *Wonecken* in die beati *Michaelis*, in domo GERNANDI militis *de Morle*.

ITEM abrenuntiatio facta ab *Heinrico* filio sororis nostre, in Capella nova in *Wonecken*, testibus subscriptis declarantibus; videlicet *Cunrado* de *Buches*, *Gernando* de *Murle*, *Siboldo* de *Heldebergen*, militibus prelibatis; *Siboldo* de *Buchen* & *Petro*, Advocato superius annotato.

ITEM in abrenuntiatione Vxoris nostre, *Elisabeth* videlicet, & filii sororis nostre *Reinardi*, que facta est *XV. Kal.* Novembris in *Rostorph* in curia S. *Anthonii*, tales Viri interfuisse dinoscuntur. HARDVNGVS Canonicus in *Moxstad*. GERNANDVS iam prelibatus, ERBO de *Kensheim*, milites. HEINRICVS de *Mansenheim*, HEINRICVS de *Langethe*, & alii quam plures Clerici & laici viri fide digni.

Vt autem huius rei veritas inconvulsa permaneat, presentem Litteram ad instantiam uxoris nostre, videl. *Elisabet*, nec non coheredum nostrorum antedictorum, Sigillo nostro dedimus roboratam.

Acta sunt hec Anno Domini *M. CC. LXXX secundo*.

LXX.

LXX.

De bonis emphyteuticis, Monasterio unde venerant, resignatis.

1282.

ex autogr. Ego Conradus *Nussel* dapifer in *Glyperg*. Tenore presentium recognosco, publice profitendo, quod quandam partem agrorum, que vulgariter nuncupatur *der Stucke*, sitam in villa *Wiseke*, quam a venerabilibus viris Dno . . Abbate & Conventu monasterii de *Arnsburg* iure hereditario possedi, eisdem Fratribus absolute ac liberaliter resignavi, renuncians, una cum Hedewige filia mea, Adolfo genero meo, & Heinrico privigno meo, pro nobis & pro omnibus heredibus nostris successivis omni iuri, quod in prefata hereditate habuimus vel habere videbamur; receptis nichilominus pro huiusmodi resignacione seu renuntiacione nostra duabus marcis *Aquensium* denariorum. Censu, quem hactenus dare neglexeram, conplanato penitus, & remisso.

Actum & datum Anno Domini M. CC. LXXXII . . in Octava S. *Iohannis Ewangeliste*. Viris honestis presentibus subnotatis.

Adolfo de *Huchelheim*. Machario de *Linden*. Heinrico de *Elkirhusen*. Eckehado & Conrado, dicto *Ruscere*, fratribus *de Buchesеke*. Emmirchone de *Wolveskelen*. Godefrido de *Linden*. Gisilberto dicto *Boppe*. Conrado & Richolfo fratribus *de Kinzinbach*. Heinrico de *Rolshusen*, Militibus, & Eberhardo de *Huchelheim*. Item Scabinis in *Gizen*: Gerlaco *Pistore*, Herbordo *Garwarteich*, & Gotschalco.

In cuius rei perpetue credulitatis evidentiam, presentem Litteram sepedictis . . Abbati & Conventui dedi, Civium in *Gizen* sigilli munimine roboratam.

LXXI.

LXXI.

HOHENFELSIVS, *quoad Advocatiam in districtu* Caſſel *habitam*, FF. Moguntinos *eisdem donat privilegiis, queis ratione Bonorum illic fruantur Moguntini Milites, æque ac Cives.*

1283.

NOS PHILIPPVS de *Hohenfels* Iunior. Preſentibus litteris profitemur & conſtare cupimus univerſis, quod, precipue propter Deum, nec non familiaritatis & dilectionis, quibus Viri religioſi, *Fratres* Domus Theutonice in *Maguntia* ſe nobis gratos & acceptos reddiderunt, intuitu, eisdem *Fratribus* in Bonis eorum in villa & terminis ville *Caſtele*, iam nunc habitis vel in poſterum habendis talem gratiam & amicitiam, pro nobis & univerſis ſucceſſoribus noſtris facimus & impendimus, quod iidem *FF.* in bonis predictis, quoad ius Advocacie noſtre ibidem, ex libertate & gratia quibus alii, tam Milites quam Cives *Maguntini*, in ipſa villa & eius terminis bona & poſſeſſiones obtinentes utuntur & gaudent, uti debeant perpetuo, & gaudere. Nec ultra id dictos *FF.* in prefatis bonis eorum unquam in poſterum artabimus, impetemus, vel moleſtabimus quoquo modo. Teſtes aderant huic facto

Nobilis Matrona, Dna LVCARDIS de *Bolandia* ſoror noſtra.
HEINRICVS de *Waldecke* & HELYAS Milites.
HVMBERTVS de *Ariete*. HEINRICVS *Walpodo*, et quam plures alii Cives Maguntini.

In cuius rei evidentiam pleniorem preſentes litteras Sigillis honeſtorum virorum, EBIRHARDI Camerarii, IACOBI Sculteti, HVMBERTI de *Ariete*, & HEINRICI Iudicis civium *Magunt.*, una cum appenſione Sigilli noſtri petivimus communiri. Et nos prefati E. Camerarius - - - ad petitionem predi-

cti nobilis viri PHILIPPI de *Hohenfels* Sigilla nostra presentibus appendimus in testimonium rei geste.

Actum Anno Domini MCCLXXXIII, in vigilia Annuntiationis bte *Marie* Virginis.

LXXII.

Collatio dimidii Montis Metelberg.

1283.

NOS GVNZELINVS & FRIDERICVS, fratres *de Bichlingen* recognoscimus - - -, quod ad petitionem fratris nostri, Comitis FRIDERICI de *Bichlingen*, proprietatem Sylve vel nemorum, cum terra dimidii Montis, dicti *Metelberg*, que ad nos spectabat, quam *Fratres* Domus Theut. in *Griffstet* ab HERMANNO *Nenzeman* emerunt, cum omni iure quod nobis videbatur cedere, dictis *Fratribus* donamus perpetuo possidendam.

Ne autem hec Donatio a quoquam inposterum valeat irritari, presentem Paginam - - dedimus, Sigillo Dni REINHARDI, *Halberst.* Ecclesie Scolastici, dicti *Cranichfelt*, consanguinei nostri, quia sigillo caremus proprio, roboratam.

Testes huius donationis nostre sunt Dns BERTHOLDVS de *Clettenberg* & HEIDENRICVS de *Schartfelt*, Halberst. Eccl. Canonici. SYFRIDVS, eiusdem Eccl. perpetuus Vicarius, & Magister WERNERVS.

Datum *Halberstat* Anno Domini M. CC. LXXXIII. VII. Idus Maii.

LXXIII.

LXXIII.

Homo proprius a Domino ſuo traditur Teutonicis Francofurtenſ.

1284.

Nos Philippvs de *Hohenfels* Iunior. Preſentibus litteris profitemur, & conſtare cupimus univerſis quod de bona & libera voluntate noſtra, iam nunc, & in perpetuum, pro nobis & noſtris ſucceſſoribus univerſis renunciamus & *effeſtucamus* pure & abſolute, omni dolo & fraude excluſis, omni iuri, impeticioni ſive requiſicioni, que nobis in perſona Conradi *Kolbe* de *Hocheim* civis *Maguntini* competit, vel competere poſſet de iure vel de facto, ſeu alio quocunque modo. Ipſum *Conradum* cum rebus ſuis & perſona, libera donacione, quemadmodum Dominus hominem ſuum proprium de iure poteſt & debet, in honore beate Marie Virginis *Fratribus* & domui *Theutonice* in *Franckenfort* conferentes.

Promittimus eciam, ſub ſacramento fidei & honoris noſtri nos . . firmiter obligando, quod nunquam in poſterum, quocunque devenerit, circa requiſicionem & impeticionem alicuius iuris, contra ipſum ſeu bona ſua movebimus aliquam queſtionem. Dantes has Litteras, Sigillo noſtro communitas, in evidens robur & teſtimonium huius facti. Teſtes aderant . . Gerhardvs Dapifer iunior *de Altzeia*, Wernhervs Scultetus de *Oppenheim*, dictus *Winther* de *Altzeia*, & Heinricvs de *Waldecke*, Milites. Et quam plures alii fidedigni.

Acta ſunt hec Anno Domini *MCCLXXXquarto*, Feria ſexta poſt Dominicam *Invocavit*.

LXXIV.

Collatio proprietatis Decimæ in Hausen.

1284.

AD notitiam tam presentium etiam quam futurorum Nos HENRICVS *D. G. Lantgravius*, *Terre Hassie Dominus*, & HENRICVS filius noster cupimus pervenire, quod nos ob Dei reverentiam & amorem, Honorabilibus viris Dno Preposito & Conventui Canonicorum Regularium Ordinis S. *Augustini* Ecclesie in *Schiffenberg Trevir*. dioc. contulimus & conferimus in his scriptis proprietatis titulo Decimam omnium frugum & feni cum omnibus suis pertinentiis, que nobis vacabat ex libera manuali resignatione fratrum ANSELMI & IOHANNIS *de Leitgestern*, sitam in pede montis *Schiffenburg* in villa que *Husen* appellatur, sicut ipsi *A.* & *I.* & eorum progenitores a nobis possederunt, quiete ac pacifice iure perpetuo possidendam.

In cuius rei - - - firmitatem predictis Canonicis presens Scriptum dedimus, Sigilli nostri munimine roboratum. Datum & actum in *Marpurg* Anno Domini MCCLXXXIV. VI. Idus Aprilis.

In Litteris german. anni 1314. *occurrit* IOHANNES de Leitgestern ein wohlgeborner Knecht.

LXXV.

Pia Legata.

1284.

* *Ortu Dynasta de* Greiffenstein. *v. T. II. p. 121.*

WIDIKINDVS Dominus *de Lichtenstein.* * Tenore presentium protestamur & publice confitemur, quod nos, WERNHERI de *Lichtenstein* fratris nostri carnalis, nec non SOPHIE, relicte quondam IOHANNIS militis *de Heygere*

gere noſtre quondam Socrus, EBIRHARDI militis de *Heygere*, fratrum, ac INGELHILDIS ſororis ipſorum accedente conſenſu & libera voluntate, de proprietate noſtra, Curti videlicet in *Iringesbuſen*, quinque ſolidorum *Colon.*, duorum anſerum, duorum pullorum, & unius pulli carnisprivialis redditus annuos, legavimus & libere contulimus Decano & Capitulo Eccleſie *Wetſlarienſis*, in feſto *beati Martini* annis ſingulis perpetuo perſolvendos.

ITEM *Sophia*, *Eberhardus* & *Iohannes* filii eius predicti, nec non *Ingelhildis* - - -, V. ſolidos & VI denarios *Col.* & unius libre cere redditus annuos Decano & Capitulo . . libere contulerunt, in feſto *beati Michahelis* terminis ſingulis perſolvendos; Ita videlicet, quod in anniverſario SOPHIE quondam collateralis noſtre, redditus predicti totales inter Canonicos & Vicarios - -, qui Vigiliis & Miſſe interfuerint, equaliter dividantur. Hoc etiam adiecto, quod memoria IOHANNIS militis, patris Collateralis mee predicti, & noſtri, poſtquam defuncti fuerimus, in eodem die annis ſingulis perpetuo celebretur in eadem eccleſia.

Adicimus niehilominus ſupradictis, quod ſi unus Colonorum Curtis noſtre in *Iringesbuſen* . . proceſſu temporis Decano & Capitulo - - comparaverit & aſſignaverit duorum ſol. *Colon.* redditus eque certos, contenti erunt, & Curtis a ſolutione portionis huiusmodi manebit deinceps abſoluta. Item ſalvum erit SOPHIE (*& reliquis*) V. ſol. VI. den. & unam libram çere . . Capitulo compenſare, ac ipſis redditus alios eque bonos, ſi voluerint, aſſignare.

In cuius rei teſtimonium & robur, preſens Scriptum, noſtrorum, & communi Militum *de Derenbach* Sigillis - - dedimus communitum. Actum & datum Anno Domini *MCC LXXX quarto*, XII Kal. Iunii.

LXXVI.

Coram Iudicibus Aſchaffenb. *edita donatio* Petriſſæ *&* Mechtildis *de* Rollbach.

1285.

IVDICES *Aſchaffinburgenſes.* In oblivionem plerumque vergunt & intereunt, ac per malorum hominum verſucias diſturbantur rerum temporalium ſeries & contractus, ſi non per ſcriptorum teſtimonium robur accipiant & munimen.

Recognoſcimus igitur tenore preſentium, & publice proteſtamur, quod PETRISSA Begina, filia quondam HARTWICI de *Rolbach* Militis, Anno Domini MCCLXXXV in vigilia *converſionis* S. *Pauli* in noſtra preſencia conſtituta, divina annuente gracia Auctorem rerum omnium, heredem ſuarum rerum ſtatuere cupiens & affectans, Viris religioſis, Commendatori ac *Fratribus* Domus *Theutonice* in *Mergentheim* manſum unum, molendinum inferius, duo iugera vinearum ſita in *Heidebach*, que bona ad eam iure proprietatis pertinent, contulit in parentum eius & ipſius *Petriſſe* remedium delictorum. Condicione huiusmodi appoſita & adiecta, quod ipſa, bonorum eorundem uſufructum ſibi reſervans quam diu vixerit, predictis *Fratribus* in ſignum veri dominii ac proprietatis duos pullos carnipriviales de prefatis bonis nomine cenſus annis ſingulis preſentabit. Cuius ſoror, MEHTILDIS, eadem vigilia motu proprio tria iugera vinearum, ſita in villa eadem *Heidebach*, coram nobis, dictis *Fratribus* aſſignavit; ita quod det de eis memoratis *FF.* pullum in carniprivio pro cenſu annuo, & ſit uſufructum eorundem, quam diu vixerit, receptura. Teſtes huius donacionis ſunt

HERMANNVS Decanus.
GERHARDVS Scolaſticus.
HEINRICVS de *Northeim.*
RVDEGERVS Cuſtos.

THEO-

THEODERICVS de *Bleichenbach*.
RVCKERVS de *Rohrbach*.
BRISINGVS de *Heidebach*.
Prelati & Canonici Eccl. *Aschaffenb.*

HEINRICVS *Quiddenbaum*.
CVNRADVS *Suevus*.
CVNRADVS de *Lausa*.
LVDEWICVS dictus *Wise*.
HARTMANNVS filius HEINRICI *Gernodi*, & plures alii fide digni.

In cuius rei testimonium nos Iudices predicti ad preces dictarum sororum Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum & datum Anno & die prenotatis.

LXXVII.

Largitionem præmissam impugnare Iudicio tentans Donantium frater, succumbit.

1285.

OMNIBVS Xpi fidelibus ad quorum audientiam *ex autogr.* pervenerit presens scriptum, HERMANNVS Decanus, RVTHEGERVS Custos *Aschaffinb.* ecclesie, & FRIDERICVS Miles, Vicedominus ibidem, salutem in Domino sempiternam. Quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum, plerumque accidit, ut rerum temporalium series & tractatus per malorum hominum versucias disturbentur, si non per publica scripta robur accipiant & munimen.

Noverint igitur universi presencium inspectores, quod cum PETRISSA Begina, filia quondam HARTWICI Militis *de Rolbach*, Viris religiosis, Commendatori ac *Fratribus* domus *Theuton.* apud *Mergentheim* Mansum unum, molendinum inferius, ac duo iugera vinearum, sita apud *Heidebach:* ac METHILDIS soror eius tria iugera vinearum - - - donassent libe-

libere propter DEVM, poſt mortem earum perpetuo proprietatis titulo poſſidenda, ſicut in confectis ſuper eo Litteris plenius continetur; . . KREIZ, frater earum, donacioni facte - - - contradixit. Cumque ſuper hoc Commendatori - - - de *Mergentheim* coram Iudicibus *Aſchaffinb.* moviſſet aliquamdiu queſtionem; tandem in nos, tamquam in Iudices ſeu Arbitros conſenſerunt, ut receptis Teſtibus auditis, quos utraque pars coram nobis duxerit producendos, Cauſam ipſam deberemus absque iudiciali ſtrepitu terminare.

Nos igitur dictarum partium teſtibus cum iuramento receptis diligencius & auditis, quia dicti - - - *FF.* de *Mergentb.* per teſtes omni exceptione maiores lucide probaverunt, quod dicte Sorores bona premiſſa donare poterant ipſis, eo quod ad ipſas hereditario iure ex ſucceſſione legitima fuerant devoluta, dictum vero . . KREIZ in probatione ſue intencionis invenimus defeciſſe; Nos prehabito conſilio ſaniori arbitrando pronunciamus, Donacionem factam per dictas ſorores eſſe validam atque firmam; & ex hoc ſepedictis *Fratribus* de *Mergentheim* adiudicamus ipſa Bona; prefato . . KREIZ, ſuper impedimento quod opponebat, perpetuum ſilencium imponendo.

Lata & pronunciata eſt hec Sentencia in Clauſtro *Aſchaffinb.* eccleſie, Anno Domini MCCLXXXV. feria ſexta proxima ante feſtum Penthecoſtes, preſentibus Teſtibus infraſcriptis:

HEINRICO de *Northeim*. THEODº de *Bleichenbach*.
RVKERO de *Rorbach*. GERLACO *Schelmone*.
GERLACO de *Boppardia*. SIFRIDO Camerario.
HEILMANNO de *Frankenvort*. ARNOLDO *Stockar*.
Canonicis *Eccleſie* ſupradicte.

ERMBERTO & *Mgro* RVDOLFO, Tabellionibus.
Nobili viro Dno GERLACO de *Bruberg*.
WIPERTO dicto *Rude*.
WALTHERO & GERNODO fratribus,
dictis *Kodebuz*. *

* *Kotwiz*.

RV-

RVDOLFO *Zisecbin*, BERNOLDO & HAVRAVCO.
Militibus.

DIETHERO *Longo*. - - dicto *Ligel*,
Et pluribus aliis fide dignis.

In cuius rei testimonium nos Decanus & - - Custos, ac FRIDERICVS Vicedominus supradicti, Sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Actum & datum Anno - -, & feria prenominata.

LXXVIII.

„ *Emptio* HENRICI *de* Melderich *ex Servitute*.

1286.

Ne in oblivionem transeant ea que aguntur, consuetum est ea scripto, sigillis, testiumque munimine roborari. Hinc est, quod nos BERTHA de *Novo castro* recognoscimus, quod de consilio Mariti nostri, Domini GYSONIS de *Zygenberg* militis, ac unanimi consensu filiorum nostrorum WIDEKINDI ac BERTHOLDI, *Henricum de Melderich* nostrum Servum proprium, Commendatori Domus . . *Theutonice* in *Marpurg* vendimus simpliciter & precise; renuntiantes omni iuri, quod in ipso habuimus vel habere videbamur, liberaliter in his scriptis. In horum evidentiam dedimus presens Scriptum, Domini *Gysonis* predicti militis, ac Civium *Fritzlarien.* sigillorum munimine roboratum. Testes sunt:

GERWINVS de *Osterbusen*.
HENR. *Fingerbut* Scultetus,
CONRADVS *Engelberti*,
& CONRADVS filius suus.
LVDEWICVS de *Bercken*.
CONRADVS *Schindeleib*,
CONRADVS *Wasmudi*,
& WILHELMVS de *Hobenburg*,
Cives *Fritzlarienses*.

Datum Anno - - MCCLXXXVI, in Epiphania Domini.

LXXIX.

De Eodem.

1286.

NOVERINT universi presentium inspectores, quod nos, GYSO Miles *de Zygenberg* & WIDEKINDVS privignus eiusdem, promisimus fide prestita corporali, quod BERTHOLDVS privignus & frater noster venditionem, factam per Matrem nostram Dominam BERTHAM de *Novo castro* & nos, de *Henrico* de *Melderich* nostro proprio Servo Domui S. *Marie* - - - in *Marburg*, ratam habebit, & infra hinc & Dominicam *Quasimodo geniti*, in persona propria *Fritzlariam* intrabit, renunciaturus ibidem venditioni iam dicte, & quidquid in prefato Servo nostro iuris habere potuit, viva voce. Quod si factum non fuerit in crastino *Quasim.*, *Fritzlariam* intrabimus, inde nullatenus exituri, nisi que premissa sunt totaliter impleantur.

In huius facti evidentiam ego GYSO miles dedi presens Scriptum (&c.) Datum Anno . . MCCLXXXVI, in Epiphania Domini.

Ex quo BERTHA, *ceu* Gysonis ZYGENBERGII *actualis Vxor*, *se vocat* de NOVO CASTRO, * *hinc dubio caret*, *istud Cognomen respicere Nativitatem*, *familiamve propriam*.

* alias COVERN *de* N. C. fors filia *Friderici.* T. I. p. 738.

Atque ideo, *cuiusnam stemmatis Maritus* Berthæ *pristinus*, *filiorumque* Widekindi *&* Bertoldi *fuerit Pater*, *est ignotum*.

LXXX.

LXXX.

Incorporatio Ecclesiæ in Herborn, *facta Domui in* Wetflaria.

1286.

Frater BVRCHARDVS de SCHVANDEN, *Magister Hospitalis S.* MARIE *Theuton. Iherosol.* Vniversis tam presentibus quam futuris notum esse volumus, & tenore presentium protestamur, quod auctoritate officii nobis commissi, Ecclesiam parochialem in *Herbern* quondam Domui *Confluentine* attinentem & incorporatam, Domui *Wetflariensi* de novo inchoate, in subsidium & sustentationem *Fratrum* nostri Ordinis p. t. commorantium ibidem, dedimus, & per presentes conferimus perpetuo possidendam.

In cuius evidentiam & testimonium, presens scriptum inde confectum Sigillo nostro duximus roborandum. Datum *Franckenfurt* Anno Dni MCCLXXXVI. Kal. Iunii XV.

LXXXI.

Exercenda Wisbadæ *Iura, inter* Teutonicos & Diefental. *Monasterium contentiosa, definiuntur per Arbitros.*

1286.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* NOS GEBEHARDVS, Dei gratia Decanus Ecclesie maioris, * & DANIEL Cantor S. *Stephani* . . *Mogunt.* Arbitri, arbitratores sive amicabiles compositores, in Causa que inter *Fratrem* LVTHERVM Commendatorem domus *Theutonicorum* in *Sassenhusen* iuxta *Franckenfort*, vice & nomine *Fr.* CONRADI de *Vuthwangen*, Preceptoris pred. Domus per *Alemaniam* ex una, & Abbatissam & Conventum sanctimonialium - - in *Diefental* Ord. *Cist.*

* *notitia spec. de Eo habetur T. I. p. 826.* (b)

 ex

ex parte altera, ſuper Iure patronatus Eccleſie parochialis in *Wiſebaden* racione permutationis, & eorum que eidem permutationi attinent, vertitur, ab ipſis Partibus concorditer hinc inde electi; arbitrio in nos aſſumpto, & ſub pena *L.* marcarum denar. *Colon.* legalium & bonorum, ac periculo Cauſe vallato; quam quidem penam Pars, contra noſtram ordinationem ſeu pronuntiationem veniens, ſolvet parti Arbitrium obſervanti, & nichilominus Cauſam ſuam amittat; Inſtrumentis quoque ab ipſis Partibus ſuper iure ſuo nobis exhibitis - - - ac diligenter inſpectis, habitaque inter nos collacione & diligenti tractatu, de Peritorum conſilio ordinamus - - & pronunciamus, ac volumus - - - inviolabiliter obſervari; videlicet quod ius Patronatus dicte Eccleſie . . in *Wiſebaden* apud utramque partem in ſolidum maneat, & reſideat ſub hac forma, quod alternis vicibus preſentent Clericum ſacerdotem ad eccleſiam antedictam. Ita tamen, quod prefati *FF.* prima vice dum vacaverit - -, Abbatiſſa vero & ſuus Conventus ſecunda vice preſentent ad ipſam - -, & ſic perpetuis temporibus obſervabitur - - - Quod ſi preſentatio ab alterutra Partium facta, per aliquem modum a quocunque fuerit impedita, ita quod effectum debitum non habebit, hoc Parti alteri non nocebit in preſentatione facienda, que ipſam partem contingat facere ſua vice. Expenſe tamen, que ſuper defenſione predicti Iuris patronatus, ſi Pars illa que preſentavit, ab aliquo fuerit impedita vel eciam impugnata, facte fuerint, ab utraque parte equaliter debent fieri hinc & inde; ita ut quecunque partium ſuper defenſione - - alteri cooperari recuſaverit - -, cadat a iure - - - preſentandi, dicto iure - - apud partem alteram, defenſionem ſubire volentem, perpetuo remanente. Aliis omnibus inter . . Partes ſuper permutatione Decime in *Wiſebaden*, & quorundam aliorum bonorum olim ordinatis, prout in Inſtrumentis ſuper hoc confectis plenius continetur, in ſuo robore perpetuo duraturis.

Verum quia pretextu Inſtrumentorum, que *FF.* domus *Theut.* ſuper eccleſia & decima in *Wiſebaden* a Principibus & perſonis

ſonis aliis hactenus habuerunt, cavillationes & diſſenſiones poſſent oriri in poſterum; ad obviandum impedimentis huiusmodi volumus, & arbitraria auctoritate iubemus, ut, quecunque inſtrumenta . . *Fratres* . . ſuper pred. Eccleſia & decima a quibuscunque Perſonis hactenus habuerint - -, Abbatiſſe & monialibus preciſe reſignent.

Volumus etiam, ut Capella in *Wiſebaden* ſita, cum omnibus redditibus ad ipſam pertinentibus, ſicut hactenus extitit, ſic de cetero remaneat in diſpoſitione & ordinatione Abbatiſſe & Conventus Sanctimonialium predictarum; ita ut, quidquid ultra Sacerdotem, quem - - - pro officiando eandem capellam remunerabunt, ſupererit, in earundem - - utilitatem, ſicut hactenus extitit obſervatum, totaliter convertatur.

Quecunque igitur Partium . . quocunque tempore contra hanc noſtram ordinationem - - in toto venire preſumpſerit vel in parte, in penam incidet, qua huiusmodi noſtrum Arbitrium - - - eſt vallatum. — — —

Nos Abbatiſſa in *Dieſendal*, nec non *Lutberus* Commendator in pred. pronunciationem conſentimus, & in teſtimonium - - Sigilla noſtra appendimus huic Carte. Actum *Maguntie* Anno Domini MCCLXXXVI. IX. Kal. Iulii.

Vt autem omnibus - - - innoteſcat, predictum *Fr. Lutherum* - - - ſuper deciſione prefate Queſtionis plenum habuiſſe mandatum, Litteras ſubſcriptas - - - huic noſtro Arbitrio inſeri fecimus in hec verba:

> *Frater* CONRADVS *de* VVthwangen, *Preceptor Domus Theutonice per Alemaniam* - - - Cum inter Religioſam Dnam Abbatiſſam in *Dieſendal*, & Commendatorem domus noſtre in *Maguntia* longa Contentio pro Eccleſia in *Wiſebaden* verteretur; nos iſtius contentionis materiam decidere volentes, *Fratri* LVTHERO Commend. in *Franckenfort* preſentibus auctoritatem noſtram plenam duximus in hac parte - - conferendam. Ratum habituri, quidquid per eundem . . fuerit ordinatum (&c.)

 LXXXII.

LXXXII.

Confessio de Chartis sibi extraditis.

1287.

Nos *Soror* Sophia humilis Abbatissa, totusque Conventus sanctimonialium in *Disindal* Ord. Cisterc. *Moguntine* diocesis. Ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod ad firmandam & consolidandam permutationem quorundam Bonorum & proventuum, ex parte nostri cum *Fratribus* domus *Theutonice*, nec non Decime, cum iure Patronatus Ecclesie parochialis, & Capelle in *Wisebaden*, ac quorundam aliorum bonorum, ex parte eorum nobiscum initam, & eciam consummatam, predicti *FF.* universa Instrumenta que super pred. decima, iure patronatus & capella, a Regibus, Principibus, & aliis Nobilibus obtinent, nobis liberaliter presentarunt, ut huiusmodi instrumentis contra quoslibet, nos impugnare super premissa permutatione processu temporis attemptantes, tute ac defense esse possimus. Nosque eisdem *Fratribus* promittimus e converso, & ad hoc nos presentibus obligamus, quod si indiguerint in quocunque casu pred. Instrumentis, quocienscunque & quandocunque requisierint, ipsorum eis copiam faciemus; Ita tamen, quod eadem - -, postquam ipsis usi fuerint, ad minus infra spacium trium mensium restituant nobis salva.

Preterea promittimus bona fide, & renunciamus expresse, quod si super pred. Decima in *Wisebaden*, Iure patr. seu capella ibidem, nobis quocunque tempore Questio mota fuerit a quocunque, vel eciam decima - - - a nobis de iure vel de facto fuerit, quod absit, evicta, super hoc dictos *Fratres* - - nullatenus inpetemus, nec bona que ipsis in permutacione huiusmodi dedimus, aliquatenus repetemus.

In

In cuius rei teſtimonium preſentem Litteram ipſis dedimus, Sigillo noſtro, quo uti conſuevimus, ſigillatam. Datum Anno Domini MCCLXXXVII. menſe Februario in feſto *Kathedre beati Petri.*

LXXXIII.

De XI. manſis in Eckenheim, *provenientibus a* CVNONE Minzenbergio, *nunquam alienandis.*

1287.

NOS *Frater* CVNRADVS *de* VVthwange, *Fratrum Domus Theutonice S. Marie Iheroſolymitane per Alemaniam Preceptor*, & *Fr.* LVTHERVS Commendator domus in *Frankenfurt* eiusdem profeſſionis, ceterique *FF.* ibidem. Notum eſſe cupimus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod conſenſu unanimi, & voluntate libera promiſimus, & nos ad hoc aſtrinximus per preſentes, quod *XI.* manſi in *Ekinheim* ſiti, de quibus *bone mem.* Nobilis vir, Dns CVNO de *Minzinberg*, zelo fidei & devocionis ductus, pro ſue ac progenitorum ſuorum remedio animarum *centum* & *X.* octalia ſiliginis ad uſus Hoſpitalis pauperum domus noſtre predicte in elemoſinam perpetuam inſtituit, a nobis ac noſtris ſucceſſoribus qui pro tempore in eadem domo fuerint, nequaquam nec vendi, nec commutari, nec aliquo modo alienari debebunt, ſed in ſtatu ſuo, ac in uſibus ad quos inſtituti ſunt, perpetuo immutabiles permanebunt. *ex autogr.*

In cuius rei evidenciam Sigilla noſtra, una cum ſigillo Civium *Frankenfordenſ.* duximus preſentibus appendenda. Nos vero Iudices, Scabini, ceterique cives *Frankenſ.* predicti, rogati a pred. Viris religioſis, Sigillum noſtrum preſenti cedule duximus apponendum.

Datum Anno Domini MCCLXXXVII, in craſtino beati *Gregorii* Pape.

LXXXIV.

LXXXIV.

Domus Grifstet *subordinata* Marburgensi.

1287 [circiter.]

F*rater* BVRCHARDVS de Schuanden *Magister Hospitalis S. Marie Domus Teutbon. Hierosol.* totumque Capitulum transmarinum. Religiosis, ac sibi in Xpo dilectis, universis *Fratribus* - - - in *Marpurg* sinceram & perpetuam in Domino charitatem.

Vniversitati vestre presentibus duximus intimandum, quod nos, una cum generali nostro Capitulo, ac discretorum *Fratrum* nostrorum maturo consilio decrevimus, Curiam *Grifstete*, ulterius prout primitus, in usus Infirmorum & Domus vestre attinere; & subicimus vobis prefatam curiam cum omnibus suis redditibus ac attinentiis, ut vobis imposterum tanquam fideles filii studeant in omnibus obedire.

Datum *Acon* in Domo nostra. IV. Nonas Septembris.

LXXXV.

Bene meritus condigne remuneratur.

1287.

ex autogr. GOTFRIDVS Comes *de Cygenhain.* Vniversis Xpi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam.

Cum RVPERTVS miles *de Buches* se ad universa nostra beneplacita multocies exhibuerit benivolum & paratum; ad petitionis ipsius affectum tenore presencium recognoscimus, & ad notitiam universorum cupimus pervenire, quod nos, communicata manu MEHTHILDIS uxoris nostre, Bona sita in *Rodembach*, que olim habebat CRAFTO de *Grifensteyn*, donamus ac tradimus eidem *Ruperto* & *Lukardi* uxori sue, proprietatis

prietatis titulo perpetuo cum omnibus ſuis appendiciis poſſidenda; pure renunciantes omni iuri quod in ipſis bonis habebamus; ita videlicet, ut, ad quoscunque, ſeu quocunque modo eadem bona devoluta fuerint, iure proprietatis poſſideant libere & quiete.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras prefatis *Ruperto* & *Lukardi* dedimus, noſtri Sigilli robore confirmatas. Teſtes quoque ſunt:

Nobilis vir Dns CVNRADVS de *Tecke*.
Dns HENRICVS de *Abenrode*.
Dns LODEWICVS de *Marburg*, Milites.
WIDEROLDVS de *Anzenvar*, & quam plures alii fide digni.

Datum *Ruſchemberg* XIIII. Kal. Maii. Anno Domini M CC LXXXVII.

LXXXVI.

Permiſſio & Conſenſus permutationis Eccleſiarum, S. Nicolai *in* Erfordia *&* S. Laurentii *in* Vanre.

1288.

I. N. D. A.

NOS LAMBERTVS * Dei gratia Prepoſitus Eccleſie S. MARIE *Erford.* Recognoſcimus - - -, quod aliquamdiu inter nos, & Religioſos viros, *Fratrem* BVRCHARDVM de *Schwanden* Magiſtrum Generalem Hoſpitalis S. *Marie* Theutonicorum *Hieroſolim.* & *Fratres* ſui Ordinis, ſuper permutatione iuris Patronatus Eccleſiarum S. *Nicolai* infra muros *Erfordenſes* apud pontem *Leymansbrucken*, & S. *Laurentii* in *Vanre* repetitis vicibus tractaretur; attendentes predictorum Magiſtri

* C. de Gleichen.

 Gene-

Generalis & *Fratrum* devotionem & obſequium, quod Deo ferventer impendere non obmittunt; & maxime antedicti Magiſtri precum inſtantia devicti, huiusmodi permutationem procedere permiſimus; & permittimus in his ſcriptis Ius patronatus parochialis eccl. S. *Nicolai* de qua predicitur, quod ad nos pertinebat, in prelibatos Magiſtrum & *Fratres* transferimus pleno iure. Ita tamen, quod quemcunque, ſive Clericum ſecularem, ſive ſui Ordinis Sacerdotem idoneum ipſi *Fratres* nobis duxerint preſentandum, inveſtituram & curam animarum a nobis & noſtris ſucceſſoribus petere debet, quem nos - - omni remoto impedimento & difficultate tenebimur inveſtire; Salva nobis - - condigna animadverſione in illum preſentatum, & omnibus, que Inſtrumento publico de iure patronatus Eccleſie in *Vanre* ab eisdem Magiſtro - - nobis dato liquidius continentur.

Vt autem hec Permutatio utrinque facta irrefragabiliter perpetuo obſervetur, preſentem Litteram noſtri Sigilli firmavimus iuramento.

Teſtes huius ſunt Honorabiles Viri, ANDREAS *Montis* S. *Petri*, & LAVRENTIVS S. *Iacobi Scotorum*, Abbates. HERMANNVS de *Glicben*, Canonicus *Magunt.* CONRADVS Decanus, & VOLMARVS Cantor Eccl. S. *Severi* - -. LVDEGERVS plebanus in *Tuteleiben*. Et quam plures alii fide digni.

Acta ſunt hec *Erfordie*, Anno Domini MCCLXXXVIII. VI. nonas Martii.

LXXXVII.

LXXXVII.

Qualiter favore Arnsburgensium, *Antistes* D. Albani *minuerit Census, servitia, & melius Caput, sibi debita ex Bonis eorum* Rodenburnæ, *dicti Abbatis plebiscito in* Grinda *subiectis.*

1289.

NOS CVNRADVS *Dei gratia Abbas, totusque* *ex autogr.* *Conventus monasterii Sancti* ALBANI *Mogunt.* Tenore presentium recognoscimus & publice confitemur, quod cum Dns Abbas, nec non Conventus . . in *Arnsburg*, racione unius Aree, & quorundam agrorum in *Rodenburnen* sitis, ad plebiscitum nostrum in villa *Grinda* iure proprietatis pertinentium, nobis & ecclesie nostre singulis annis quinque solidos levium, duos cappones pro censu; & in morte cuiuslibet Coloni, sive Fratris ipsorum, ibi eadem bona colentis, unum *melius caput* solvere tenerentur; nec non in Area predicta Domum & alia edificia ponere, & ad omnia iura & servicia que alii ad nostrum plebiscitum in villa *Grinda* attinentes facere consueverunt, in omnibus tenerentur; Dicti Abbas & Conventus, nos immensis peticionibus pulsantes, humiliter supplicarunt, ut in ipsis dictis iuribus nostris, & serviciis aliqualiter ipsis indulgeremus, sive remissionem faceremus.

Nos vero, communicato consilio omnium nostrum singulorum & universorum, ratione sive intuitu religionis, cui magnus immo summus favor debetur & honor, in hanc consensimus sive concordavimus formam; videlicet, ut nobis singulis annis in festo *beati Martini* quinque solidos levium & duos capones solvere teneantur; pro meliore vero capite, quod in morte cuiuslibet coloni sui solvere debebant, singulis annis in dicto festo unam libram cere cum dimidia dare tenebuntur. *Item* quicquid iuris vel servicii in Area supradicta, vel in edi-

ficiis ipsius habere debebamus, de hoc in Curia dictorum Abbatis & Conv. in *Rodenburnen* sita, in omnibus respectum habebimus, & habere debebimus, ut est iustum. Ad alia autem iura & servicia, que homines nostro sepefato plebiscito adtinentes, nostro Censuario, vel alii loco ipsius, nomine Ecclesie nostre facere ab antiquo consueverunt, prenominati Abbas & Conventus in omnibus & per omnia tenebuntur.

In cuius facti memoriam & perpetuum robur, presentes Litteras nostris Sigillis duximus roborandas.

Datum Anno Domini MCCLXXXVIIII.

LXXXVIII.

Decisio Arbitralis, quoad Patronatum Ecclesiæ Rollbacensis.

1291.

ex autogr. NOS GERHARDVS *Dei gracia Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoscimus per presentes, quod de Lite, & super Lite ac controversia, que inter *Fratres S. Marie* Theuthonicorum ex una parte, & ex alia inter PHILIPPVM & GOTFRIDVM *de Bikkembach* fratres, consanguineos nostros, erat & vertebatur super Ecclesia de *Roelbach* nostre dyoc. in eo, quod dicti *FF.* dicebant, eandem ecclesiam Ordini suo esse unitam; ipsis fratribus *de Bikkembach* asserentibus quod Ius patronatus spectabat ad eos ecclesie memorate; Nec non super Iurisdictione, quam iidem fratres *de Bikkembach* in villa *Heidebach* asserunt se habere in bonis eorum, & alibi in villa eadem; ac dampnis datis ipsi Ordini per eosdem, in nos, qui Compromissum nobis sponte assumsimus, a Partibus concorditer compromisso;

Nos, iuribus parcium cognitis plenius & discussis, tamquam Arbiter, arbitrator, & amicabilis compositor, iuxta formam Compromissi in nos recepti arbitramur, laudamus, pronun-

nunciamus, diffinimus & dicimus, prefatam Ecclesiam de *Roelbach* Ordini predicto canonice & legaliter esse unitam, ac eidem Ordini merum & plenum ius competere in ipsa, ac suis pertinenciis universis; Ipsis fratribus *de Bikkembach* super iure patronatus quod contendebant se in ipsa ecclesia obtinere, perpetuum silencium imponendo; quod & iidem fratres *de Bikkembach*, omologando nostrum arbitrium sunt confessi, & eo contenti. Renunciantes voluntarie, in nostra presencia constituti, omni iuri, si quod eis compeciit vel competere videbatur in iure patronatus predicto.

De Iurisdictione vero predicta ville in *Heidebach* taliter est conventum, quod nos, HERMANNO * Vicedomino nostro *Aschaffemburgensi*, & HENRICO Officiato nostro in *Wildemberg* dedimus in mandatis, quod ipsi sub debito fidei, quam ipse Vicedominus manualiter prestitit, & *Henricus* . . prestabit, cum requisitus fuerit super eo, super prefata iurisdictione in villa *Heidebach* predicta inquirent fideliter noticiam, & investigabunt plenius veritatem. Et quicquid - - - super eo diffiniverint, & dixerint observandum, hoc Partes utrimque tenebuntur inviolabiliter observare. Pronunciacionem autem, & diffinicionem super dampnis predictis, cui partes hinc inde parebunt, nobis specialiter reservamus. * *Schelm.*

Hoc eciam Arbitrium sub pena centum librarum *Hallens.* taliter est vallatum, quod si ex parte illorum *de Bikkembach* veniretur in aliquo contra ipsum, ipsi fratres de *Bik* . . oppidum *Aschaffenb.* moniti intrabunt, tam diu comedendo satisfacturi in ipso, quousque satisfaciant de pena predicta nobis Archiepiscopo, & nichilominus fracturam arbitrii redintegrent & restaurent. FF. autem predicti Ordinis, si fractura continget ex parte eorum, unum Commendatorem, quem nos duxerimus nominandum, ad civitatem Maguntinam transmittent, non exiturum de ea, donec cum restauracione fracture nobis de pena centum librarum similiter satisfiat. Qua pena soluta vel non, Partes . . tenebuntur arbitrium & pronunciacionem nostram inviolabiliter observare. Testes huius rei sunt

Gotfridvs *de Eppenſtein* Archidiaconus *Treverenſis.*
Nobiles Viri:
Gotfridvs Dominus *de Eppenſtein*; germanus noſter.
† Falkenſtein. Wernhervs Dominus *de Mintzemberg.* †
Otto *de Bikkembach.*
Philippvs Marſchalcus *de Frawenſtein.*
Dietericvs Burcgravius in *Starkemburg*, &
Hermannvs Vicedominus *Aſchaffemburgenſis.*
Eberhardvs Pincerna *de Erpach*,
& alii quam plures fide digni.

In huius rei evidenciam & certitudinem pleniorem preſentes Litteras ſcribi fecimus, & tam noſtri quam *Ottonis* de *Bikkembach* prediсti Sigillorum munimine roborari. Datum & actum apud villam *Eſchebach inferiorem* XII. Kal. Marcii. Anno Domini M CC LXXXXI.

LXXXIX.

EIVSDEM,

Quoad Iurisdictionem in Heidbach.

1291.

ex autogr. Nos Gerhardvs *D. G. ſancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus.* — — — Ad univerſorum noticiam cupimus pervenire, quod cum inter Dilectos in Xpo, . . Commendatorem & *Fratres* Domus S. *Marie* Theuthonicorum in *Roelbach* ex parte una, & Nobiles viros Philippvm & Godefridvm fratres de *Bikkembach* ex parte altera ſuper Iurisdictione, quam in villa *Heidebach* iidem *Philippus* & *Godefridus* ſe contendebant habere, Queſtio verteretur; tandem in nos, tanquam in Arbitrum, arbitratorem, & compoſitorem amicabilem, ſub pena *centum* librarum *Hallenſ.* a Partibus hinc inde ſuper queſtione predicta compromiſſum extitit taliter, & conventum; quod nos dilectis fidelibus noſtris, Hermanno Vice-

Vicedomino *Aſchaffenb.* & HENRICO Officiato noſtro in *Wildemberg* dedimus in mandatis, quod ipſi, ſub debito fidei quam preſtiterunt manualiter ſuper eo, ſuper prefata iurisdictione in villa *Heidebach* predicta inquirerent fideliter noticiam, & inveſtigarent plenius veritatem.

Nos igitur, recepto in nos ſponte huiusmodi compromiſſo, iuxta ea que prefati *Hermannus* & *Henricus*, plena inquiſicione & diſcuſſione prehabitis, nobis ſuper queſtione predicta retulerunt ſub debito preſtiti iuramenti, pronunciamus, laudamus, dicimus, & ſentencialiter diffinimus, quod tam dicti *Fratres* de *Roelbach*, quam Abbatiſſa & Conventus de *Himeltal*, * ſuper Exceſſibus qui contingunt in bonis eorum, & aliis iudicialiter terminandis, in eis iurisdictionem ſuam perſonaliter exercebunt. Alias autem predicti fratres *de Bikkembach* ter in anno poſſunt in ſtrata communi, Iudicio preſidere in villa predicta; & ibidem omnes exceſſus & facta, que inter quatuor valvas ipſius ville *Heidebach*, que *Valledor* dicuntur, contingunt, ſeu emergunt in ſtrata publica, ſine diſpendio cuiuslibet iudicare. Ita ſane, quod Equos eorum debent ligare ad palum aliquem, vel aliquos, & non ſtabulare in curia vel bonis alicuius, niſi de bona ipſius fuerit voluntate. Super exceſſibus autem taliter iudicatis, pignora in bonis non capient alicuius, ſed tantum in ſtrata communi inter quatuor valvas predictas. Si vero aliqua mota in prefatis tribus Iudiciis plene non fuerint diffinita, in eo caſu poſſunt indici tria alia poſteriora iudicia, que *Afterdink* vulgariter appellantur, ad huiusmodi terminanda; ad que tamen poſteriora iudicia venire nullus compelletur, niſi Actor & Reus. Preterea incole ipſius ville annuatim debent & poſſunt tres perſonas legales ipſis fratribus *de Bikkembach* preſentare, ex quibus unum dicti *de Bick* .., quem iidem fratres maluerint, ipſis dabunt pro Iudice; omni contradictione hinc inde ceſſante.

Chartam fundat. v. T. I. p. 515.

In premiſſorum igitur memoriam & evidenciam pleniorem Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum apud *Frankenvort* X. Kal. Auguſti. Anno Domini MCCLXXXXI.

XC.

XC.

Quæ ſuper Decimis in Cl. *&* Mech. *vigebat Controverſia, ſequenti modo terminata eſt.*

1291.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* Cum humana memoria labilis ſit & caduca, convenit, ea que in humanis actibus perpetue ſunt memorie commendanda, ſcripturarum teſtimoniis perhennari, ne ignorancie mater oblivio labi faciat ab humana memoria que geruntur.

Inde eſt, quod nos AGNES Abbatiſſa, totusque Conventus ſanctimonialium in *Valle Celi* tenore preſencium publice recognoſcimus, & ad noticiam transmittimus futurorum, quod Cauſa ſive queſtio, que vertebatur inter nos ex una parte, & *Fratrem* EBERWINVM Commendatorem, ceterosque *FF.* domus S. *Marie* Theuthonicorum in *Mergentheim* ex altera parte, ſuper Decima in *Clozenhuſen* & in *Mechinhart*, que ad parrochialem Eccleſiam ipſorum *FF.* ſpectare videbatur, coram Viris providis, diſcretis & honeſtis determinata ac deciſa extitit in hunc modum, quod nos ac noſtra ſucceſſura poſteritas, predictis *FF.* Theuthonicis *VIII.* maldra ſiliginis menſure *Aſchaffinb.* de noſtro Monaſterio miniſtrabimus annuatim; & nos in poſterum a prefata Decima villarum de quibus predicitur, ab ipſis & eorum ſucceſſoribus erimus libere & ſolute.

In cuius rei teſtimonium & robur inconvulſum preſentes Litteras ipſis dedimus, Sigilli noſtri munimine roboratas. Teſtes ſunt:

Dns WINTHERVS Abbas de *Brunebach.* *
D. CVNRADVS Decanus *Aſchaffinb.*
D. BRISINGVS † Canonicus *Aſch.*
D. CVNRADVS plebanus de *Erlebach.*
EYGIL de *Rolbach*, & alii quam plures fide digni.

* *Brumb.*

† *de Heidbach.*

Datum Anno Domini M CC LXXXXI.

CXI.

XCI.

FRATRES Confluentini, & *Custos Ecclesiæ* Wetflar. (*natu Nobilis* de Braubach) *quædam permutant Bona, in eiusdem nominis Oppido utrimque situata.*

1292.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

VNIVERSIS presens Scriptum visuris & audituris imperpetuum. Nos *Frater* MATHIAS Commendator, & *FF.* domus *Theuthonice* in *Confluencia* ex una parte, & HENRICVS de *Brubacho* ex altera Notum esse volumus & publice protestamur; attendentes, quod Bona subscripta que utraque pars habet, tum ex situ, tum etiam ex causis aliis parti alteri magis esse poterunt fructuosa & utilia; super permutatione eorundem bonorum, diligenti deliberatione prehabita & tractatu, nos predictus Thesaurarius, pro nobis & nostra Ecclesia, ex causa permutationis damus & tradimus predictis Commendatori & *Fratribus*, recipientibus nomine Domus sue, duas particulas terre vineate, quas nos Thesaurarius habuimus iure successionis de hereditate parentum nostrorum; que particule site sunt in terminis de *Brubacho*, quorum tales dicuntur esse confines. *ex autogr.*

Vnius particule - - Monachi de *Schonaue* ex una parte, ex alio Dominus Comes EVERHARDVS de *Cazenelenbogen*. Alterius particule confines dicuntur esse & possidere, ex una parte predicti Commend. & *FF.* ex parte superiori, & ex . . inferiori heredes *Lanerii* - -; ad habendum, tenendum & possidendum, cum omnibus & singulis que infra pred. continentur confines, pro Domo quadam, & Orto adiacente, qui *Kamerath* appellatur; que domus & ortus iacent in *Brubacho*, & olim fuerunt, & nominantur quondam FRIDERICI, dicti

Hymelstos Militis, patrui mei Thesaurarii. Receptis a nobis & numeratis, nomine Ecclesie *Wetflariensis*, quinque marcis *Colon.* denar. loco prevaloris, si quis fuerit, ipsarum vinearum, respectu Domus & *Kamerabt* predictorum. Quas *V.* marcas nobis numeratas confitemur; Exceptioni pecunie non numerate renunciantes omnino.

Econtra nos . . Commend. & *FF.* - - damus & tradimus d. Thesaurario, recipienti nomine . . sui Capituli, iure proprio dictos Domum cum ipso *Kamerabt* qui fuerunt predicti *Friderici*, & ad nos pertinentibus ex donatione *bone mem.* quondam GODEFRIDI de *Brubacho* militis confratris nostri, ex causa permutacionis - - pro pred. particulis vinearum. Quas res permutatas una Pars adinvicem, & vicissim nomine alterius, nos constituimus possidere, donec possessionem ipsarum vicissim acceperimus corporalem; quam accipiendi sua auctoritate, & retinere deinceps, una Pars alteri . . damus omnimodam licentiam & facultatem.

Promittentes per sollempnem stipulationem una Pars alteri - -, res a se permutatas, . . tam in possessione quam in proprietate, ab omni homine & universitate legitime defendere, auctorizare, & *disbrigare*; * & predictam permutationem, & omnia & singula suprascripta perpetuo rata & firma habere, tenere, & non contra facere vel venire, - - - aliqua ratione, ingenio, sive causa. — — — —

* „ *Vox Italica, . . Molestia vel Lite liberare - - -, sed omnia & singula supra* „ *scripta - - ab omni persona legitime autorizare & disbrigare.* — — „ *Promiserunt . . , quod ad interesse brigarum & evictionis spontanee teneantur.* DV FR.

In testimonium itaque, robur & perpetuam firmitatem - - - nos predicte Partes, presentis Instrumenti conscribi fecimus duo paria unius eiusdemque tenoris, utrique Parti unum, & sigillari Sigillis . . Commendatoris & Capituli *Wesflariensis.* Actum Kal. Febr. Anno Domini *M CC nonagesimo secundo.*

XCII.

XCII.

De concambio duorum Mansorum.

1293.

AD vitandum futura litigia, que cupiditas rerum, mater Litium, generat incessanter; consilio sane prudentie est inductum, ut ea que rite ac rationabiliter ordinantur, scripturarum testimonio perennentur.

Quapropter nos HENRICUS Dei gratia Comes *de Kirchberg* recognoscimus, & tenore presentium publice protestamur, quod cum Venerabilibus *Fratribus* Hospitalis S. *Marie Theut. Ierosolim.* in *Griffstet* concambium inivimus, & ipsi nobiscum inierunt; Ita videlicet, quod ipsis *Fratribus* duos Mansos preter quartale, sitos in *Kindelbrucken*, & tres Curias ibidem, dedimus pro duobus mansis sitis in villa *Summeringen*, perpetue possidendos & quiete; nullum nobis ius in prefatis bonis reservantes; sed ipsos *Fratres* gaudere volumus omni iure, quod nos & progenitores nostri in dictis bonis hactenus dignoscimur habuisse, ita quod a nobis, nec ab heredibus nostris - - - nullum impedimentum . . debeant sustinere.

In huius quoque rei certitudinem pleniorem presentem Chartam conscriptam dedimus nostri Sigilli munimine firmiter roboratam. Acta sunt hec Anno Domini M CC XCIII. feria tertia post Dominicam qua cantatur *Oculi*.

XCIII.

H. C. datur in servitutem.

1293.

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi, *ex autogr.* quod ego ERWINUS de *Krustele*, cum consensu uxoris mee, donacione inter vivos confero Monasterio *beate Marie*

Virginis in *Arnesburg*, HEYNRICVM dictum *Clemaz*, qui hactenus michi *iure homagio* pertinebat, cum persona & omnibus rebus suis, quas modo habet vel habere poterit, perpetuo serviturum. Tali condicione mediante, quod, si se a dicto monasterio alienaverit, vel quocunque modo a suo servitio se subtraxerit, rursus meo servitio vel meorum heredum subiacebit. Testes huius donationis sunt

Domicellus meus PHILIPPVS, filius Domini mei WERNHERI de *Myncenberg*. HERMANNVS Viceplebanus in *Muschenheym*. WERNHERVS & CVNRADVS, fratres & milites de eadem villa, & alii quam plures fide digni.

In cuius rei testimonium presentes Litteras Sigillo predicti Domini mei *Wernheri* de *Mynzenberg* petivi & obtinui roborari. Datum Anno . . *Mill. CC. nonagesimo tercio*, in die *Gervasii* & *Prothasii* martyrum beatorum. *19. Iul.*

XCIV.

Notitia peculiaris de Comicia KEICHEN *in Wetteravia.*

1293.

ex autogr. WERNHERVS Miles *de Treise*, Iudex iudicii sive *Comicie* in *Kouchene*. * Cum SYBOLDVS de *Heldebergin*, filius quondam *Eberhardi*, pro se & suis heredibus, item SYBOLDVS *Moyn* & GODEFRIDVS fratres, pro se & suis coheredibus Questionem moverint coram me in forma Iudicii, super Bonis suis in *Heldebergin*, KRAFTONI militi *de Beldirsheim* & GVDE uxori sue, que infra spacium eiusdem anni conparaverant tytulo emptionis apud Dnum BERTOLDVM Cantorem . . S. *Petri Mogunt.* nec non apud Capitulum eiusdem Ecclesie; dictus Dns *Syboldus* cum Officiato d. ecclesie ad deponendam huiusmodi inpeticionem constitutus coram

** vid. annotatio subiuncta.*

coram me, Anno . . M CC XCIII proxima ſexta feria ante Nativitatem Domini, ſufficienter declarando probavit, quod idem ipſe D. *Syboldus* dictorum bonorum verior & vicinior heres & dominus fuiſſet; per hoc, Contractum dicte empcionis legit, tunc roborando.

Saniori ergo iure, predictis impeticionibus abiectis, dicto *Kraftoni* data fuit ſentencia a Scabinis Iudicii, quod ſi nullus veriorem, viciniorem ſeu proximiorem heredem dictorum bonorum, quam pred. D. *Syboldus*, ſe probando oſtenderit infra Annum & diem, a tempore empcionis quo d. *Krafto* dicta bona conparaſſe dinoſcitur, ipſe ac ſui heredes in perpetuum d. bona tamquam bona propria poſſidebunt; nec de his deinceps aliquid reſpondendum, iudicatum . . aliter, quam ſicut de bonis, titulum proprietatis ſimpliciter habentibus, ſolitum eſt reſpondere.

Cuius facti teſtes ſunt CVNRADVS *Kleyn*. [*Clen*] HEYNRICVS Advocatus *de Erlebach*. HERDENVS de *Buches*. ERWINVS de *Steynfurd*. ORTWINVS de *Sigenheym*. SIBOLDVS de *Heldebergin*. RVDOLPHVS de *Dudelinsheym*. FRIDERICVS de *Wartenberg*. ECKEHARDVS de *Bleichenbach*. Milites.

Item MARQVARDVS de *Langisdorph* Scultetus in *Aſſinheym*. FRIDERICVS de *Aldenſtat*. WIGANDVS de *Rodenbach*. FOLZO de *Heldebergin*. HERMANNVS de *Sundinsheym*. CVNRADVS de *Rendele*, dictus *Helbeling*. CVNRADVS de *Hulshofen*. WERNHERVS *Hulcerencoph*. ERNESTVS de *Clopheym*, dictus *Welleban*. EMERCHO de *Akarben*. CVNRADVS *Eſſceberger* de *Grozinkarbin*. HEINRICVS de *Riſtenbuſin*. WIGANDVS de *Kouchene*. Scabini, & alii quam plures viri fide digni.

Appoſita his cognomina reſpiciunt Villas, quibus competebat, Cauſis in Iudicio K. tractandis aſſiſtere per Deputatos.

IN cuius eciam empcionis ratificacionem & evidens teſtimonium ego WERNHERVS miles, dicti Iudicii ſive *Comicie*

IVDEX, Sigillum meum * ad peticionem pred. *Kraftonis* militis *de Beldirsheim* duxi presentibus appendendum.

* *Inscript.* S. VERNHERI MILITIS DE TREYSE. *Due trabes.*

Actum & datum Anno Domini M CC XCIII. proxima sexta feria ante Nativitatem Domini.

† vulgo Grafschafft Keichen.

Kouchene: *Latine sic reddi videas* Keichen: *Villam, Castro Imp.* Fridberg. *subditam. Nomen scilicet, ipsi vico adhaerens e reliquiis pratensi* Comitatus KEICHEN. † *Cuius existentiam semper in dubium vocavi, quum* Comes *de* Keichen *nuspiam reperiatur; ubi tamen alii regionum* Wetteraviae *Domini frequenter occurrunt XII & XIII. seculo. E. G.* Nuringen, Minzenberg, Falckenstein, Eppenstein, *cet. Vt dicam quod est, obvium in Diplomatis vocabulum* Comitiae, *Maiores nostri sumserunt pro* COMITATV. *Error hic sensim crevit, donec, altissimas agendo radices, degenerarit in speciem* VERITATIS.

XCV.

[GRIFSTET.]

1293.

TESTAMENTVM suum non bene disponit (*&c.*) Hinc est, quod nos FRIDERICVS Dei gratia Comes *de Rawenswald* tenore presentium recognoscimus - -, quod Mansum quendam, situm in villa . . *Buchelde*, quem a nobis ECKEHARDVS de *Kanwersen* & suus frater HENRICVS in feodo possederunt, resignatum nobis ex parte ipsorum . . *propter malum statum Terre* per FRIDERICVM de *Aroltshusen* & BRVNONEM *Vnrube*, - - Venerabilibus *Fratribus* Hospitalis S. *Marie* - - in *Griffstet* dedimus, - - -, omni iuri feodario & proprietario abrenunciando. Volentes ipsos *FF.* per nos & nostros successores nullatenus in pred. manso impediri.

In cuius rei certitudinem (*&c.*) Datum in *Wye* Anno . . M CC XCIII, . . *Thome* Ap.

XCVI.

XCVI.

De appropriatis Domui Mergenth. *Bonis in* Heidbach.

1294.

VNIVERSIS Xpi fidelibus presentes litteras inspecturis Ego EIGIL de *Roelbach* notum esse cupio & profiteor per presentes, quod ego in remedium anime mee, omnia Bona mea in *Heidbach* & in *Roelbach*, in perpetuam elemosinam tradidi & trado Domui & *Fratribus* Hospitalis S. *Marie* Theoton. *Irlm.* in *Mergentheim*, iure proprietatis perpetuo possidenda. Tali modo, quod ego, quam diu vixero, & ubicunque fuero sive mansero, quiete & sine quolibet impedimento percipiam Redditus bonorum eorundem. Predicti tamen Domini mei Commendator & *FF.* ipsa bona in sua procuracione & protectione tenebunt, locantes Cultoribus, & destituentes, prout ipsis videbitur expedire; postquam vero ingressus fuero viam carnis universe, ipsi redditus libere remanebunt domui sive Ordini, atque *FFbus* memoratis. Preterea in anniversario meo quolibet anno, quicunque pro tempore fuerit Commendator, de redditibus predictorum bonorum que Domui suprad. - - - in perpetuam elemosinam contuli, cum tribus libris *Hallens.* largam pitanciam *Fratribus* & Conventui in *Mergentheim* ministrabit. *ex autogr.*

Et ut predicta mea donacio & ordinacio perpetuo firma & stabilis perseveret, Sigillum Reverendi Domini LVPOLDI de *Wiltungen* Prepositi in *Hauge*, & Officialis Curie *Herbipolensis* presentibus Litteris est appensum. Datum & actum . . *MCC nonagesimo quarto*, in Octava Epiphanie Domini.

XCVII.

XCVII.

Documentum, Moguntinis *FF. factæ donationis remuneratoriæ*, *per* ADOLFUM *plebanum in* Blesberg.

1296.

IOHANNES Dei gratia Decanus Ecclesie S. *Gingolfi* in *Maguntia*, Iudex a Reverendo Patre Dno Archiepiscopo *Treverensi* deputatus. Vniversis presentis Littere inspectoribus salutem, & subscriptorum cognoscere veritatem.

Noveritis, quod constitutus in presencia nostra Dns ADOLFUS presbiter, Rector ecclesie in *Blesberg*, felici & provida quadam consideracione mentis sue aciem ad hoc dirigens, quod a Domo *Theutonica* in *Maguntia* & a *Fratribus* ibidem, graciose promocionis & obsequiorum est multiplicia beneficia consecutus, & ab Ordine eorumdem; ut eisdem in eo quod potest respondeat, & nichilominus anime sue saluti consulat; omnia Bona sua, mobilia & immobilia, que in presenciarum habet, & que dante Domino est in posterum habiturus, dedit & donavit, & se dedisse recognovit, donacione simplici inter vivos, Domui - - - supradicte; retento sibi usufructu quoad vixerit in rebus omnibus & singulis supradictis.

In hac eciam donacione est exceptum de consensu Domus & *Fratrum* - -, quod tempore mortis ipsius *Adolfi*, salvum sit Capitulo & *FFbus* Capituli, in quo manet Ius illud, quod iidem Capitulum & *FF.* habere, iuxta communem consuetudinem in rebus Sacerdotum decedencium, consuevit. In quorum testimonium - - - Datum *Maguntie* Anno . . *M CC nonagesimo sexto*, in crastino beati *Bartholomei* Apostoli.

Et ego ADOLFUS Rector ecclesie in *Blesberg* . . confiteor & recognosco, omnia & singula supradicta vera esse. Sigillum meum . . in testimonium appendo. Actum & datum ut supra.

XCVIII.

XCVIII.

De Patronatu Ecclesiæ Vdenmünster.

1296.

GERHARDVS *Dei gratia sancte* Moguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniversis Xpi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit in salutis Auctore salutem.

Religiosam vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere, ne cuiusquam necessitatis occasio aut desides faciat, aut robur, quod absit, sancte conversationis infringat. Idcirco Religiosorum virorum, Generalis Preceptoris & *Fratrum* Ordinis Hospitalis *S. Marie Hierosolimitani* domus *Theutonice* devotis precibus inclinati, Donacionem seu translacionem Iuris patronatus Ecclesie parochialis *S. Marie* in *Vdenminster* nostre civitatis, factam a veris Patronis, videlicet Nobilibus viris, WERNHERO de *Bolandia* & PHILIPPO de *Hohenfels*, eisdem *Fratribus*, & specialiter ad utilitatem domus Theutonice - - in *Maguntia*, ratam habemus, ipsamque auctoritate presentium ex certa scientia confirmamus, cum nobis de eadem canonica translatione Iuris patr. in ipsos, per relationem Honorabilium virorum, IOHANNIS * Decani, & *Magistri* HEINRICI de *Luckauwe* Canonici eccl. *Mag.* † nostri Protonotarii, quibus cognitionem de hac re commisimus, facta fuerit plena fides.

* *de Sigersberg.*

Datum Maguntie Anno Domini *MCC nonag° sexto*, VII. Kal. Octobris.

† *Obviat ille quidem* T. II. RR. MM. p. 380, *sed, propter ævum quo vitam duxerit incompertum, Nomine solo tenus. Ita ut volupe sit, Latitantem tenui hacce charta exploratum haberi.*

XCIX.

Decima fœni, collata Marburgenſibus.

1297.

Nos Godfridvs Comes *de Zygenhain*, & Methildis, Domini Henrici Lantgravii filia, Collateralis noſtra: Recognoſcimus - - - quod accedente voluntate & conſenſu noſtro communi, Herdenvs de *Rulnkirchen* & ſui heredes Decimam feni, quam a nobis in feodo habuiſſe dinoſcuntur ad *Syboldesdorf* pertinentem, donaverunt - - in puram elemoſinam *beate* Elisabet & *Fratribus* domus *Theut.* in *Marpurg*, iure proprietatis in perpetuum poſſidendam. Nos vero huiusmodi donationem ratam habentes & gratam, preſentibus confirmamus. — — —

Datum Anno Domini M CC XCVII, Kal. Ianuarii.

C.

De Patronatu Eccl. in Bödigheim.

1298.

ex autogr. Bonifativs (VIII.) *Epiſcopus*, *Servus ſervorum Dei*. Dilectis filiis Commendatori & *Fratribus* Domus S. *Marie* Theotonicorum *Ieroſolimitan.* in *Mergentheim* Herbipolenſ. dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum.

Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod Nobilis vir, Gotfridvs de *Sluzzelberg*, gerens ad Domum veſtram ſpecialis devotionis affectum, Ius patronatus quod tunc habebat in Eccleſia de *Betenkein* Mag. dioc. vobis & domui veſtre pia & provida liberalitate donavit, prout in patentibus

tibus litteris inde confectis, ipsius Nobilis sigillo munitis plenius dicitur contineri; Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem Nobili pie ac provide factum est, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat (&c.) Datum *Rome* apud S. Petrum, VI. Kal. Aprilis. Pontificatus nostri Anno quarto.

CI.

Villa Schmachtenberg *transit in proprietatem Domus* Mergenth. *Venditore* GERLACO Breubergio.

1298.

NOS GERLACVS Dominus *de Bruberg*. Recognoscimus presentibus & fatemur, quod Viris religiosis & honestis, Commendatori & *FF.* domus Theutonicorum in *Mergintheim*, vendidimus rite & rationabiliter villam nostram, dictam *Schmachtinberg*, titulo proprietatis ex successione paterna ad nos devolutam, cum omnibus attinenciis, pratis pascuis silvis, terris cultis & incultis, iurisdictione, ac aliis, quocumque nomine censeantur; Decima, homagio, & hominibus nostris ibidem manentibus dumtaxat exceptis, LVCKARDIS uxoris nostre legitime, ARROSII fratris nostri, & EBERHARDI filii nostri consensu & voluntate benivola accedente. De qua vendicione seu bonorum comparacione pariter faciemus *Warandiam* dictis *Fratribus* debitam & consuetam; Alioquin fideiussores nostri subnotati, videlicet frater noster ARROYS, filius noster *Eberhardus* predicti, RVDOLFVS *Cisechin*, SENANDVS, WILHELMVS *Vlner*, DIETHERVS *Rufus* de *Heidebach*, Milites, & BERTOLDVS Advocatus in *Werde*, si in premissis inventi fuerimus negligentes, & moniti per *FF.* fuerint memoratos, oppidum *Mildenberg* intrabunt, tam diu *ex autogr.*

 super

ſuper nos fideiuſſorie commeſturi, donec per nos defectus huiusmodi reſtituetur. Fatemur eciam, nos a dictis *FF^{bus}* pro bonis memoratis nobis promiſſam pecuniam totaliter recepiſſe.

In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Datum in *Werde* * Anno Domini *M CC Nonageſimo octavo*, XVI. Kal. Marcii. Preſentibus

* *Wörth.*

Domino ARROSIO, Domicello EBERHARDO.
WILLEHELMO *Vlner*. SENANDO.
DIETHERO *Rufo* de *Heidebach*.
RVDOLFO plebano in *Werde*.
BERTOLDO Advocato ibidem.
EIGELONE de *Rolbach*, & aliis quam pluribus fide dignis.

CII.

WILDGRAVIORVM *erga Eccleſiam* Mogunt. *inſignis beneficentia.*

1299.

NOS EMICHO Dei gratia Epiſcopus, HVGO Canonicus *Moguntinus*, GERHARDVS Prepoſitus *Friſingenſis*, fratres, filii quondam EMICHONIS *Silveſtris Comitis*: GERHARDVS Canonicus *Magunt.* & *Fridericus*, filii quondam GOTFRIDI dicti *Royp* * *Silveſtris Comitis*, Tenore preſencium recognoſcimus & conſtare cupimus univerſis, quod nos omnibus iuribus, que nobis competere videbantur, & que habuimus in curia, que vocatur *Crabencruce*, ſita apud villam *Enſentheim*, que quondam fuit monaſterii in *Flanheym*, tam in advocaciis quam in ſerviciis & herbergis, ac rebus aliis quibuscunque, Eccleſie *Maguntine*, ob reverentiam *B. Martini*, ac perpetuam ſalutem anime *b. m.* GOTFRIDI fratris noſtri germani & patris fratrum predictorum, qui in dicta eccleſia *Mag.* ſepultus eſt, renunciamus, & predicta iura omnia &

* *Rauh.*

& ſingula donamus donacione inter vivos in hys ſcriptis - - - pure & ſimpliciter propter Deum; nec in antea a dicta curia & eius attinenciis aliqua iura vel ſervicia requiremus vel recipiemus, aut per alium recipi faciemus.

In cuius rei teſtimonium & perpetuam memoriam preſentem Litteram eccleſie *Mag.* tradidimus & tradimus, Sigillis noſtris, una cum ſigillis Honorabilium virorum, Dni VLRICI de *Bickenbach* Cantoris - - - * & OTTONIS Militis, fratris ipſius * *Mogunt.* - - - - firmiter communitam.

Et nos *Gerhardus* & *Fridericus* fratres predicti, cum ſigilla propria non habemus, ſigillis Patruorum noſtrorum pred. ſumus contenti. Actum & datum *Maguntie* Anno Domini *M CC nonageſimo nono*, III. Kal. Ianuarii. Preſentibus Dnis Decano & Scolaſtico Eccl. *M.* & EBERHARDO Prepoſito in *Flanheim.* - - -

CIII.

Renuntiatio SOLMENSIVM *ſuper bonis in* Vdenhauſen.

1302.

NOS MARQVARDVS & GERARDVS fratres uterini, filii REIMBOLDI quondam Comitis *de Solms.* Preſenti ſcripto publice recognoſcimus, quod . . matura deliberatione prehabita renuntiavimus - - - ſimpliciter & expreſſe, omni actioni que nobis competebat, ſeu - - - videbatur, ſuper bonis quibuscunque apud *Vdenhuſen* - - - ſitis, Religioſorum . . . Commendatoris & *Fratrum* Domus Theutonice apud *Marpurg*, que quondam fuerunt noſtrorum Parentum ſeu progenitorum: quibus etiam bonis REIMBOLDVS frater noſter carnalis Comes *de Solmſs* renuntiaſſe dinoſcitur & fatetur. Promiſimus etiam, - - - quod nunquam de cetero predictos *Fratres* in bonis pred. verbo vel facto, arte vel ingenio impediemus, — — — —

Teſtes autem - - - ſunt Honorabiles viri, WIGANDVS Decanus, THEODERICVS Scolaſticus, & HENRICVS de *Derenbach*, Canonici *Wetflar*. Actum & datum Anno . .
4. Maii. M CCC II, in craſtino *Inventionis S. Crucis*.

CIV.

„ DE *Bonis in* Rodenbach. „

1302.

NOTVM ſit omnibus preſentes litteras viſuris, quod ego ERWINVS iuvenis *de Cransberg*, cum communicata manu & pari conſenſu Dne LVCARDIS collateralis mee, vendidimus Honorandis Viris in X° devotis, Dno Abbati & Conventui . . in *Arnsburg* tres Manſos, ſitos in terminis ville *Rodenbach*, cum Curia attinente & ſuis pertinenciis; que curia quondam fuit Vna, licet modo ſit diviſa. Hos vero manſos nunc poſſident GERNANDVS *Thina* & *Symon*. Hanc fecimus venditionem pro *L.* marcis denar. *Colon.*, quam pecuniam ab ipſis recepimus, & in uſus noſtros convertimus. - - - Ad maiorem verq certitudinem dedimus preſentes Litteras, quas Sigillo Honorandorum virorum Caſtrenſium in *Frideberg* diligenter petivimus ſigillari.

Nos vero Burgravius & univerſi Caſtrenſes in *Frideberg* recognoſcimus, quod prefatorum Dni *Erwini* & *Lucardis* precibus inclinati, Sigillum noſtre Vniverſitatis duximus preſentibus apponendum. Preſentes erant:

CONRADVS de *Cleen*. CONRADVS de *Morle*.
RVDOLFVS de *Dudelsheim*. ORTWINVS de *Byenheim*.
ERWINVS *Leo*. GISELBERTVS *Weyſe*.
CONRADVS de *Albach*, Milites, &
GISELBERTVS *Leo* Famulus militaris; Caſtrenſes in *Frideberg*; multique alii fide digni.

Datum Anno Domini M CCC II, XII. Kal. Iunii.

CV.

CV.

Connexa cum n. C.

1302.

GERHARDVS *Dei gratia* S. Maguntine *Sedis Archiepiſcopus*, *S. Imperii per Germaniam Archicancellarius*, Dilectis in Xpo, Commendatori & *Fratribus* Domus Teutonice in *Mergentheim*, ſalutem & omne bonum.

Devotis veſtris ſupplicacionibus favorabiliter inclinati, Parrochialem eccleſiam in *Bedenkeim* dioc. *Mog.* veſtre Domui - - incorporamus cum univerſis ſuis pertinenciis, & unimus, ad ſuſtentacionem *Fratrum* veſtrorum, & neceſſitates veſtras ubi opus fuerit ſublevandas; Ita quod eandem Eccleſiam *Frater* veſtri Ordinis, inſtituendus in ea ad preſentacionem veſtram per Archidyaconum loci, officiare debeat ſecundum iuſticiam & hactenus obſervatam conſuetudinem in Divinis; Nobis, ſucceſſoribus noſtris & Archidyacono loci - - - ad debitas obediencia & reverenciam obligatus, ſicut alii Presbiteri ſeculares, Parrochias in noſtra dyoceſi gubernantes. In tali autem unione vobis graciam ita facimus ſpecialem, quod quicunque *Frater* veſter in pred. eccleſia fuerit inſtitutus, non ad veſtrum libitum ſine cauſa racionabili & expreſſo noſtro conſenſu ullatenus deponatur, alioquin ipſo facto hec noſtra gracia ceſſet, & ſit penitus revocata.

Datum in *Hoſten* [Höchſt] Anno Domini M CCC II. *24. Jul.*
IX. Kal. Auguſti.

CVI.

CVI.

TEMPLARII *venundant Bona* Teutonicis.

1302.

NOS *Frater* OTTO de *Alzeia*, Commendator, & *Fratres* de *Muhlen*, Ordinis *Militie Templi.* Tenore presentium recognoscimus - - -, quod nos pari consilio & consensu unanimi vendidimus Bona nostra, sita in terminis ville *Flersheim*, videlicet quadraginta iugera campestrium - - - Commendatori & *Fratribus* domus Theutonice de *Flersheim*, pro *C.* & *X.* libris *Hallensium*, que bona *Fr.* IOHANNES de *Morsbach*, Ord. S. *Iohannis Hierosolimit.* nobis ob remedium & salutem animarum Parentum suorum & sui, contulit ad tenendum in dicta Domo nostra *Muhlen* perpetuum Sacerdotem, ipsius *Fr. Iohannis* assensu & bona voluntate accedente pro eo, quod eidem . . *Iohanni* bona, in terminis ville *Osthoven* sita, per Scultetum & Scabinos . . estimata eque esse valentia, designavimus infrascripta; videlicet *XX.* iugera agrorum campestrium, sita in uno sulco in via tendente versus montem *Burgberg*, — — —

20. Iul. Datum in *Muhlen* Anno Domini M CCC II, feria quinta post *divisionem Apostolorum.*

CVII.

[APPENDIX.]

1302.

NOS *Frater* FRIDERICVS, *dictus* SYLVESTER, * *Domorum Militie Templi per Alemanniam & Sclaviam Preceptor humilis.* Litteris presentibus profitemur, quod nos venditionem Bonorum nostrorum in terminis ville *Flersheim* sitorum, que ad nos per *Fratris* IOHANNIS de *Morsbach* Ord. S. *Ioh.* Hospitalis *Ierosol.* nomine testamenti devoluta fuerant

* Ortu Wildgravius.

rant pleno iure, factam - - - Commendatori & *FF.* domus *Theut.* de *Flersheim* a Commend. & *FFbus* nostris de *Muhlen*, ratam & gratam habentes, . . approbamus, & eam presentis scripti patrocinio communimus.

Et in eiusdem confirmationis testimonium Sigillum nostrum . . duximus appendendum. Datum Anno Domini M CCC II. Kal. Augusti.

CVIII.

Nobiles de BICKEN *vendunt Advocaciam &c. in utraque villa* Selheim.

1303.

NE facta mortalium (*&c.*) Hinc est, quod ego ELISABETH, relicta quondam ECKEHARDI Militis *de Bicken* . ., nec non ECKEHARDVS filius meus, sana mente constituti, Amicorum nostrorum maturo prehabito consilio, unanimi consensu, de bonaque voluntate & assensu FRIDERICI & CONRADI militum *de Bicken*, vendidimus, donavimus & resignavimus - - - Commendatori & *Fratribus* - - - in *Marpurg*, pro *XXX* & *V* marcis denariorum legalium, sive monete curribilis, quidquid iuris habuimus, habere potuimus, seu videbamur habere, ex successione hereditaria seu paterna, in Advocacia, iurisdictione, possessione & dominio omnium & singulorum Bonorum, sive Hominum in utraque *Selheim*, cum omni iure, sive iuribus singulis ac universis, ad eandem Advocaciam spectantibus. - - - Volumus etiam, ut Ius patronatus in Ecclesiis dictarum villarum, una cum dicta advocacia in dictos Viros religiosos transeat; nec non donamus & transferimus illud in ipsos, donatione voluntaria, libera & soluta. — — — —

Nichilominus promittimus - - - -, sepedictos *Fratres* - - - certos reddere de *warandia*; ipsis statuimus Fideiussores

ſubſcriptos, quemlibet eorum in ſolidum; videlicet *Fridericum* & *Conradum*, milites & fratres carnales *de Bicken*, GVNTRAMVM & GISELBERTVM Armigeros, filios quondam ADOLFI de *Nordecken*, interpoſita legis conditione tali, quod ſi in .. warandia inventi fuerimus negligentes, - - iam dicti fideiuſſores oppidum *Marpurg* intrabunt, comeſturi, & inde non exituri, quouſque .. *Fratribus* fuerit integre, amicabiliterque ſatisfactum. — — —

Ne vero iam dicta & facta Donatio, remuneratio ſive venditio, in nulla ſui parte claudicet, ſed firmum .. & irrevocabilem ſortiatur effectum, - - - damus preſens ſcriptum, Sigillo Oppidanorum in *Marpurg* communitum. Cum teſtimonio Teſtium .. quorum nomina ſunt hec.

HARTMVDVS *Schutzpar* miles. LVDEWICVS de *Hoſtet*. ADOLFVS & HERMAN. fratres, filii ADOLFI de *Nordecken*. HARTMVDVS de *Carben*. LVDEW. de *Fronhuſen*. RVDEGERVS & HENRICVS *Zolner*. IOHANNES *Monetarius*. LVDEW. de *Gambach*. RVCKELO ex *Curia*. HERMANNVS Scriptor, & alii quam plures fide digni.

6. Febr. Datum & actum Anno Domini M CCC III, in craſtino *Agathe* virginis.

CIX.

Permutationis Bonorum.

1303.

ex autogr. NOS WERNHERVS Dominus *de Lybesberg*. Notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris, quod ſtrenuo Viro & honeſto, IOHANNI de *Lyndin* militi, bona que a nobis hucusque iure feodali tenuit & poſſedit, que ſita ſunt *zu deme Eckehardis*, dedimus in his ſcriptis, & damus, ut iure proprietario, tam ipſe quam ſui hereditarii ſucceſſores

teneant

teneant & possideant perpetuo libere & quiete. In quorum recompensationem mansum unum, in *inferiori Wedersheym* situm, in manus nostras publice resignavit; quem quidem mansum a nobis in feodo recepit, per ipsum & suos heredes pacifice possidendum.

Huius rei testes sunt CVNRADVS dictus *Colbindensel* & WILHELMVS *Orphanus* milites.

In cuius concessionis evidentiam nostrum Sigillum * presentibus est appensum. Datum in *Frideberg* Anno Domini M CCC III, XII. Kal. Aprilis [*21. Mart.*] *Leopardus erectus.

CX.

„ *De Bonis in* Karben. „

1304.

EGO RVPERTVS, cognomento *de Karben*, Miles, quondam filius FRIDERICI Burgravii in *Frideberg*, Militis, & MARGARETA, Coniuges, recognoscimus publice in his scriptis, quod provida mentis deliberatione ac unanimi voluntate vendidimus Viris religiosis, Dno HENRICO Abbati & Conventui .. in *Arnspurg*, Mansum unum, & Curiam unam, nostrum mere proprium, in terminis ville *Carben maioris* sitos, per ipsos habendos, & proprietatis titulo perpetuo possidendos, pro *LIII.* marcis denariorum - - - Testes huius rei sunt

CONRADVS de *Morle.*
WIGANDVS *Herdenis.*
RVPERTVS de *Buches.*
GILBERTVS *Orphanus*, * *Waise.*
WILHELMVS frater eius;
Milites Castrenses in *Frideberg*.
GERLACVS *Iudex*, Scabinus ibidem.
WIGANDVS de *Acarben.*
GVNTRAMVS de *Holzheim*,
& alii q. plures fide digni.

 In

In cuius rei testimonium nos Coniuges memorati presens scriptum exinde confectum Sigillo Castrensium in *Frideberg* petivimus fideliter roborari. Datum. Anno Domini *M CCC quarto*, in Dominica qua cantatur *Esto michi*.

CXI.

„ *Consensus Dni* H. *Abb.* Fuld. *ratione permutationis* „ *Decime*, *in Grangia* Gulle, *que feudum erat*, „ *cum aliis Bonis in villa* Budinsheim „ *pro feudo assignatis.* „

1304.

HENRICVS *Dei gratia* Fuldensis *Ecclesie Abbas.* Recognoscimus, quod de consensu dilectorum in Xpo filiorum, MARQVARDI Decani & tocius Conventus Ecclesie nostre *Fuldensis*, nobilibus Viris PHILIPPO Seniori & PHILIPPO Iuniori, Dominis *de Mincenberg*, Consanguineis nostris dilectis, ob specialem quem circa ipsos gerimus bone voluntatis affectum, Decimam in *Hovegulle*, quam a nobis & nostra Ecclesia in feodo possident, & hactenus possidebant, appropriavimus, & appropriamus litteras per presentes, receptis ab eisdem nonaginta maldris siliginis de bonis suis propriis in villa *Budensheim* singulis annis ipsis cedentibus, nobis per eos in recompensam appropriationis huiusmodi resignatis, que manualiter susceperunt a nobis & nostra Ecclesia in feodo, per ipsos & ipsorum heredes inantea possidenda. Testes huius facti sunt,

MARQVARDVS Decanus *Fuldensis* predictus.
HERMANNVS Prep' Montis Sancte *Marie*.
Et nobiles Viri: HENRICVS Comes *de Wilnowe*. REYNHARDVS frater eius. GERLACVS de *Bruberg*, ARROSIVS frater eius, & EBERHARDVS, eiusdem *Gerlaci* filius. Nec non strenui Milites, HEYNRICVS de *Pbingsten*, P. *de Wasen*, & plures alii fide digni.

In

In cuius rei testimonium, nostrum & Conventus nostri Sigilla presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini *M CCC quarto*, II. Idus Aprilis. *12. Apr.*

CXII.

„ *De Decima in Grangia* Gulle, *quam* P. *iunior* de „ F. & VDELH. *coniux eius, una cum consensu* P. „ *senioris* & W. *filii eius pro parte sua* „ *nobis vendiderunt.* „

1304.

PHILIPPVS *Iunior de* Falckenstein, *Dominus in* Mynzinberg, *Imperialis Aule Camerarius.* Notum esse cupimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum nos, nosterque Consanguineus PHILIPPVS, & coheres in *Mynzinberg*, Decimam in *Hobe gulle* cum toto usufructu suo, tam intra curiam, quam in campis, cum pari iure, consimilique sorte & indivisim hactenus communiter possederimus, ipsamque simul elaboraverimus nobis appropriari per Venerabiles Dnos nostros HEINRICVM Abbatem & Conventum Ecclesie *Fuldensis*, interveniente condigna recompensatione bonorum nostrorum apud *Budinsheim* sitorum, sicut Instrumenta - - - super his confecta plenius declarare videntur; Nos, cum unanimi consensu & communicatis manibus VDILHILDIS coniugis nostre, concurrentibus nichilominus dicti Consanguinei nostri *Philippi*, ac WERNHERI filii eiusdem consensibus, eandem Decimam, in quantum nos specialiter contingere visa fuit, cum pleno iure quod nobis in ipsa competebat, vendidimus Viris religiosis . . Abbati & . . Conventui Monasterii in *Arnsburg*, titulo proprietatis perpetuo possidendam, pro *ducentis LXXX.* marcis pecunie numerate, quam nos recepisse integraliter profitemur, & in usus nostros totaliter convertisse; Mittentes eos in plenariam possessionem antedicte Decime corporalem; renuntiantes etiam omni Iuris auxilio, Canonici

nonici & civilis, atque consuetudinarii, per que contravenire possemus premissis, aut deberemus quomodolibet in futurum quovis ingenio sive forma.

Huius rei testes sunt predictus Cognatus noster PHILIPPUS senior. WERNHERUS filius suus. HEINRICUS de *Pingsten*, GODEFRIDUS de *Winninheim*, Milites. HEINRICUS Notarius noster. WALTHERUS Cognati nostri Notarius. GISILBERTUS de *Ebirstat* Villicus, & alii quam plures fide digni.

Nos etiam UDILHILDIS prenominata, quia Sigillo proprio nondum uti consuevimus, Sigillum Matris nostre dilecte in signum ratehabitionis presenti Cartule ad nostram instanciam obtinuimus appendendum. Nos quoque PHILIPPUS senior sepedictus pro nobis, nostroque filio *Wernhero*, presenti pagine sigillum nostrum apposuimus in testimonium premissorum. Ego autem WERNHERUS iam dictus quia proprium Sigillum non habeo, Sigillo patris mei presentibus sum contentus.

1. Iunii. Datum Anno Domini *Mill° CCC quarto*, in prima Dominica post Octavam Penthecostes.

CXIII.

Littera Consensualis.

1304.

NOS GERHARDUS *D. G. sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus*, - - - Devotis dilectorum nostrorum, Abbatis & Conventus . . in *Arnspurg* supplicationibus favorabiliter inclinati, translationi Decime, quam in eos factam asserunt super Grangia, que *Hofegulle* vocatur, per PHILIPPUM seniorem & PHILIPPUM iuniorem, Dominos *de Falckenstein*, Laicos nostre diocesis, cum res ipsa ad sui naturam de laicis ad personas Ecclesiasticas revertatur, de facili assentimus. Sub presentium testimonio Litterarum.

6. Iun. Datum *Elwenstad* Anno . . MCCCIV. in crastino *B. Bonifacii.*

CXIV.

CXIV.

„ *De domo in* Grunenberg. „

1304.

VT maior fides adhibeatur negociis gestis, expedit scripturam aliquociens fieri, que contineat testimonium veritatis. Presenti littera igitur innotescat universis . . ., quod ego ELYZABETH, dicta *de Richolviskirchen*, civis in *Grunenberg* matrona, & HEINRICVS filius meus predilectus, Clericus in *Thuringia* existens, volentes vultum superni Iudicis aliquo devotionis opere prevenire; corporibus incolumes, ac unanimi voluntate, communicataque manu donavimus & dedimus Viris religiosis, Dno Abbati & Conventui - - in *Arnsburg* . . Domum nostram, quam HILLA Textrix, dicta *Deynringishusen*, inhabitat, in Nova civitate opidi *Grunenberg* memorati apud cimiterium sitam, per ipsos & eorum Monasterium perpetuo pacifice possidendam, ut nostri memoriam habeant in ampliori studio caritatis. Testes huius rei sunt

HEINRICVS de *Sassen*, filius *Vulperti*. HERMANNVS cognomento *Zulver*, Gener eiusdem *Vulperti*, & SIBOLDVS apud Macellam, Scabini in *Grunenberg*.

Vt autem hec Donatio rata permaneat & inconvulsa, ego *Elyzabeth* & *Heinricus* filius meus . . presens scriptum petivimus Sigillo civitatis *Grunenb.* fideliter roborari. Nos vero Sculcetus — — —

Datum Anno Domini *M CCC quarto*, tertio Idus Iulii.

CXV.

CXV.

A Maioribus factam Ordini donationem Iuris patronatus Ecclesiæ Vdenmünster, Otto de Bolandia *reconfirmat.*

1306.

In Nomine Domini Amen.

Qvia ea que fiunt pro tempore, ne propter brevem vitam hominum cum tempore pereant, necesse est, ut scripta memorie commendentur. Eapropter nos Otto de *Brucsel*, * & Dominus *de Bolandia* ad universorum noticiam volumus pervenire; quod, cum clare memorie Avus & proavus, ceterique progenitores nostri, Ius patronatus Ecclesie parochialis S. *Marie* in *Odenmunster* infra muros civitatis *Maguntine*, quod ad ipsos ac ipsorum Progenitores de iure spectabat, *Magistro* & *Fratribus* Domus Theutonicorum *Iberosolimit.* pro remedio animarum suarum ac Parentum eorundem, liberaliter, pure & simpliciter donaverint propter Deum; & dicta donacio sit de consensu Diocesani per Sedem Apostolicam confirmata, prout in Litteris super hoc confectis plenius continetur; Nos huiusmodi donacionem approbamus, ratificamus, innovamus; immo eciam de novo donamus Magistro & *FFbus* Ordinis supradicti, [si nobis & successoribus nostris in prefato iure patron. aliquod ius ad presens competeret, vel posset competere in futurum,] in subsidium *Terre sancte.* Renunciantes nihilominus Litteris & privilegiis, per que presentis donacionis effectus posset quomodolibet irritari. In cuius rei evidens testimonium presentes Litteras dedimus *Mgro* & *FFbus* sepefatis Sigilli nostri munimine roboratas.

* *Quorsum hæc dictio respiciat, est indivinabile.*

Et nos Wernhervs de *Bolandia*, Canonicus *Maguntinus* ac Prepositus S. *Victoris* extra muros dicte civitatis *Mag.* Sigillum nostrum ad peticionem pred. Ottonis duximus

pre-

presentibus appendendum. Datum & actum *Maguntie* Anno Domini M CCC VI, IV. Non. Ianuarii.

HVIVS TEMPLI *vicissitudines ut referam compendio, mentionem eius facit* R. Fridericus II. *anno* 1219, *Litteris*,* *queis Ius Patronatus*, *sibi a* Wernero *&* Philippo *de* Bolandia [*ceu Beneficium Imperii*] *resignatum*, Teutonico *contulit* Hospitali. *Vnde opinamur*, *pio cuiusdam Germaniæ Regis zelo suam debere originem. Sacræ militiæ Fratres id ipsum ius*, *per duo secula exercitum*, *cessere* A. 1313. *Capitulo* S. Petri; *commutando scilicet cum Patronatu ædis* Teutonicæ, *Petrensibus eousque proprio.* † * T. III. p. 1086.

† IOAN. Vol. II. p. 484.

Ecclesia D. Petri *extra muros eversa* 163 . . *a* SVECIS, * *Canonici migrarunt in hanc* Marianam. *Tandem vero*, *propter evidens ruinæ periculum demolita* 1749, *Nova*, *sub nomine Principis App. ædificari cœpit. Canonicis interea Templum* S. Gangolphi *frequentantibus. Ad fastigium magno sumptu perductam*, *solenni consecrationis ritu inauguravit* I. F. CAROLVS, *Archipræsul munificentissimus*, *secunda die Maii*, *A.* 1756.

* p. 486. §. 36.

Atque sic, *vetus* S. Mariæ, *vulgo* Vdenmünster *dicta*, *evanuit. Parochia nihilominus in statu pristino manente. Collatore Decano.*

CXVI.

Iudicialiter insinuata Donatio.

1306.

VNIVERSIS presencium litterarum inspectoribus & auditoribus sit publice manifestum, quod Honorabilis vir, Dns LVDEWICVS, Ecclesie S. *Petri Mogunt.* Decanus, & eccl. S. *Marie* in *Vdenmunster* plebanus, coram *Crafftone* seculari Iudice . . constitutus, universa edificia & structuram, sive Domos, fabricatas super aream curie, contigue Parochie in *Vdenmunster* - -, prout ipse D. *Ludewicus* ipsam sive ipsa, in vita sua possederat; nec non universa utensilia & sup-

pellectilia sua, que *Husrat* vulgariter dicuntur; solum annulis, libris, vasis argenteis sive aureis, nec non stupula balnearia & torculari exceptis, quibusdam personis & locis prius traditis & legatis, dedit, tradidit & donavit, sollempni Donacione inter vivos facta, Religiosis viris *Fratribus* domus *Theutonice* in *Maguntia*, iure proprietario possidenda.

Dictus quoque D. *Ludewicus*, cum manu *Henrici Lutze* Mundiburdi sui *borgavit*, id est sub cautione iudiciaria, que *borgen* vulgariter dicitur, se astrinxit, quod predictis Dominis tam diu certam & rectam warandiam prestet - -, quousque per *Bannos* suos se super eis stabiliverint, prout *Maguntie* consuetudinis est & iuris.

Actum presentibus & attestantibus, *Iacobo*, *Cristiano*, *Hanemanno*, - - - *Wolframo* & *Wickero* pistoribus, *Digelone*, *Petro* fabro, & *H.* genero *Hunonis*, civibus *Moguntinis*. Anno Domini M CCC VI. in Vigilia *Annunt. B. Marie*.

Dicti quoque Iudex atque Cives, premissa coram se rite fuisse peracta, ad monitionem Honesti viri, Dni PHILIPPI * Sculteti *Moguntini*, Iudicio presidentis, postmodum sub iuramentis eorum in Iudicio publice recitarunt. Presentibus & assistentibus IOHANNE *Longo* & NICOLAO, Advocatis. *Volrado*, *Hertwino*, *Cristiano*, *Boemundo*, *Heinrico Langnase*, *Heinrico* pileario. *C.* modiario, Budellis; ac aliis quam pluribus fide dignis - - .

* *Schwab.*

Singularis Ord. Teutonici *Cultor fuit* Ludovicus *Decanus hicce. Vid.* IOAN. *p.* 482. POST Lud. *asterisco notari meretur* BERTOLDVS; [*p.* 497.] *quum nobilem ipsius Familiam, hactenus occultam, retegat chartula* OTTONIS, *Abbatis* - - Arnsburg. *Feliciter, in hac verba:*

„ - - - Quod - - propter Monasterii nostri possessionum
„ ampliationem, & utilitatem evidentem vendidimus - - -
„ Honorabili viro, *Mgro Bertoldo de* WIZINGERODE,
„ *dicto* ARIES, Decano Eccl. S. *Petri* Magunt. - - - annuos
„ & perpetuos Redditus, sive pensionem Centum maldro-
„ rum siliginis - -, pro quinquaginta libris *Hall.* - - -
„ Datum Anno . . M CCC XIII. VII. Kal. Sept.

Alias M. HVGO de Wenden, *dictus* ARIES, Bertoldi *Avunculus, eod. tempore occ.*

CXVII.

CXVII.

Agit de venditione montis Metelberg.

1306.

Nos *Frater* HENRICVS de *Guthern*, Commendator *Fratrum* Sancti *Lazari* domus in *Brunſrode*. Recognoſcimus, & - - - cupimus fieri notum, quod nos de licentia noſtri Magiſtri, ac noſtrorum *FF.* conſenſu & voluntate, Honorabilibus viris - - Domus *Theut.* in *Griſſtet* vendidimus Montem, dictum *Metelberg*, quem quondam Miles, dictus *Nenzman*, a Dno Comite *de Bichlingen* tenebat iure feodali, cum terra, lignis, & omni utilitate, pro *XVI.* marcis argenti *Northuſen.*, iure proprio quiete & pacifice poſſidendum; & ipſos *warandamus*, quemadmodum de propria poſſeſſione warandiam facere eſt conſuetum. Adicientes nichilominus in his ſcriptis, ſi aliqua impetitio ſeu occupatio circa eadem bona memoratis *FFbus* . . in poſterum oriretur, nos ſeu noſtri ſucceſſores a tali - - impetitione ipſos abſolvere volumus, & debemus.

Nos vero ſigillo carentes, Sigilli noſtri Magiſtri utimur ad preſentes propter maiorem certitudinem premiſſorum. Et nos *Fr.* HENRICVS *Dobbelſtein*, Magiſter Alemannie *Fratrum* Ord. S. *Lazari*, Sigillum noſtrum preſentibus appoſuimus ad petitionem Commendatoris & *FF.* in *Brunſrode* predictorum. Huius rei teſtes ſunt:

FRIDERICVS, Dominus *de Heldrungen*, qui etiam ſigillum ſuum . . . apponi fecit.

HARTVNGVS de *Langesbuſen*, & HENRICVS de *Appoldia*, Milites Dni *de Heldrungen* nominati.

Fr. HENRICVS de *Guthern* Commend. antedictus.

Fr. GERHARDVS *Bock*, & *Fr.* CONRADVS de *Erfordia*, *FF.* in *Brunſrode*.

Fr. LVPOLDVS Commendator . . in *Griſſtet*.

Fr. LVDEWICVS de *Husen.* *Fr.* OTTO de *Richowe*, *FF.* ibidem, & quam plures alii fide digni.

12. Maii. Acta sunt hec Anno . . M CCC VI, in die Ascensionis Domini Iesu Christi.

CXVIII.

Accessio ad Syllabum Canonicorum Moguntinensium.

1306.

ex autogr. EGO HARTMVDVS *Plebanus in* Frideberg, *Canonicus maioris Ecclesie* Moguntine, profiteor litteras per presentes, quod ad Altare construendum in parrochiali *Frideberg*, quod est dotatum & consecratum in honore *beate Marie Magdalene*, meum favorem adhibui benivolum, & consensum; nec non communicata manu, una cum GYSELBERTO de *Wetflaria*, qui eiusdem altaris in dotatione fuit precipuus inchoator, suo consensu accedente hanc fecimus ordinationem, ut, quandocunque, vel quociescunque idem altare vacaverit, Plebanus - - in *Frideberg* una cum Dno Abbate in *Arnspurg* - - - sublocare debent alicui probo sacerdoti, per quem ipsum altare singulis diebus officietur, modo debito & consueto. Super quo ad preces prefati *Giselberti* sigillum meum duxi presentibus appendendum.

Datum Anno Domini M CCC VI. mense Iunio.

CXIX.

MENGOTVS Aureus (*al. de* Grunenberg) *remittit* Arnsb. *Cœnobio omnem Censum, ad quem se obligarat.*

1306.

ex autogr. EGO MENGOTVS, filius quondam IOHANNIS *Guldene*, Tenore presentium ad universorum - - noticiam

ciam cupio pervenire, quod bona voluntate ac matura prehabita deliberacione, omnes census seu proventus annuos, quocunqe censeantur nomine, quos Viri religiosi, Dns . . Abbas & Conventus - - in *Arnsburg* ante aliquos annos, non de iure sed de gracia, singulis annis ad tempora vite mee, racione bonorum suorum propriorum in iurisdictione villarum, *Babinhusin* videlicet, *Pedirsheyn*, *Aldinheyn*, & aliarum villarum eidem iurisdictioni attinentium, & in terminis earumdem sitorum michi porrigere pollicebantur; que quidem bona ipsis - - in remissionem peccatorum meorum & omnium progenitorum meorum contuli nomine Elemosine propter Deum, sicut in Litteris super hoc confectis plenius continetur; vendidi pro quadam summa pecunie predictis - - Abbati & Conventui, michi ab eisdem integraliter persoluta. Ita quod nunc inantea de ipsis bonis & proventibus prelibatis nec michi nec cuiquam hominum respondere tenebuntur, in parte vel in toto; presertim quod ipsa bona sollempniter eis contulerim in puram elemosinam propter Deum. Testes huius rei sunt honorabiles viri:

HERMANNVS *Halbyr*. IOHANNES & DYLO fratres de *Beldirsheym*, & CONRADVS de *Berstat*, milites. WERNHERVS de *Kolnbusen* & WERNHERVS dictus *Kolbendensil* Armigeri, Castellani in *Minzinberg*. ANSHELMVS de *Gambach*, HAPPELE de *Steinheym* & WIGANDVS dictus *fur me tore* * Scabini, & plures alii fide digni.

* Vor dem Thor: *Id est, habitans ante portam.*

Ne autem inposterum super premissa venditione & contractu oblivionis error emergat, sepedictis Abbati & Conventui presentem Litteram dedi, Sigillo universitatis Civium in *Minzinberg* communitam.

Nos igitur Scabini & universi Cives in *Minzenberg* ad rogatum - - Dni Abbatis - - de *Arnsburg* ac *Mengoti* predictorum, Sigillum nostrum presentibus apposuimus in testimonium omnium premissorum.

Datum Anno Domini MCCCVI. in octava nativitatis bte *Marie* Virginis. *15. Sept.*

CXX.

Quæ d. supra Monasterium nuper acquisivit Bona in Acrufftel, *de iis Villæ Domini securam confirmant possessionem.*

1306.

ex autogr. NOS WINTHERVS Miles, & CVNO Armiger, *de Bruningesheim*, fratres, filii quondam ERWINI militis *de Bruning.* pie mem. Vniversis presencium inspectoribus - - - cupimus esse notum, & . . publice profitemur, quod, cum Religiosi viri, Dns Abbas & Conventus - - - in *Arnesburg* - - ad consilium & iussum nostrum, & principaliter propter specialem dilectionem & favorem quem ad nos habent, emerint & comparaverint erga MARGWARDVM Militem *de Bruningesheim* Consanguineum nostrum, Bona, que in villa *Acrustele*, & terminis eiusdem ville tenuit & possedit; cuius ville iurisdictio cum redditibus attinentibus nostra est, & ad nos spectat & pertinet pleno iure; Nos eidem Abbati & Conventui vicem refundere cupientes, presentibus indulgemus, ut iidem . . per se, vel suos Colonos - -, aut eorum familiam, omnia ipsis utilia & proficua, in antedicta villa *Acrustele* & terminis ipsius, tamquam si - - esset ipsorum propria, agere debeant & expedire; Et per specialem & singularem suum pastorem, Ovile & oves in ipsa villa & terminis ipsius pascere & tenere, secundum quod - - - eorum placuerit voluntati.

Promittentes, & ad hoc nos . . obligantes, omni dolo & fraude exclusis, nullatenus impedire, sed in omnibus suis negotiis, cum requisiti fuerimus per ipsos Abbatem - -, Colonos aut familiam ipsorum, in suprad. villa & eius terminis peragendis, fideliter & efficaciter promovere. — —

Si qui vero de pred. villa . . Abbatem & Conventum in suis negociis presumerent impedire, vel aliqualiter perturbare in suis bonis vel ovibus seu negociis supradictis, illos volumus pro-

prohibere cum integra diligentia, tamquam si bona & oves essent nostra; alioquin, si in promotione & prohibitione sive defensione huiusmodi - - fuerimus negligentes, dummodo hoc per . . Abbatem - - -, vel per alias ydoneas personas possit comprobari, nos eisdem omnia dampna que ex huiusmodi negligentia sustinuerint, per omnia tenebimur resarcire.

In testimonium & observationem omnium premissorum presentes Litteras sigillis nostris tradidimus sigillatas. Actum & datum Anno Domini *M CCC sexto*. In die beati *Calixti*. *14. oct.*

NOT. *De controversia, quæ super villa* Acrüfftel, *in feudum a Romano Imp. procedente, ventilabatur olim inter* Bruningios *&* Philippum *de* Falckenstein, *vide sis T. II. p.* 101. *n. LXXIV.*

CXXI.

Donatio ad Capellam Ordinis Wetflariæ.

1306.

Omnibus ac singulis presentium litterarum perceptoribus innotescat, quod ego HVPERTVS de *Buchenheim* Civis *Wetslar.* communicata manu METHILDIS uxoris mee legitime, sana deliberatione maturoque consilio prehabitis, compos mentis & corporis mei do & lego, nomine Testamenti pure propter Deum, duos solidos *Colonienſ.* denar. annui Census ad Capellam in curia Domus *Teutonice* in *Wetslaria*, constructam in honore B. *Elisabeth* & consecratam, pro Lampade & cereo ob reverentiam & honorem Dominici corporis ibidem comburendo in perpetuum, ex curia & horto seu hereditate GERARDI *Budeler*, extra muros ante Portam superiorem sitis, in die B. *Martini* hyemalis Census nomine persolvendos annuatim.

In cuius mee donationis testimonium & evidentiam firmiorem, Sigillum civitatis *Wetsl.*, meis & Vxoris mee precibus Litteris presentibus est appensum. Huius facti testes sunt HER-

HERMANNVS *Selige*. CONRADVS de *Katzenfurt*. GERLACVS *Zimmerman* Scabini. Et alii fide digni.

Datum Anno Domini M CCC VI. Mense Octobri.

NOT. *Teutonica Domus etiamnum prostat*, CAPELLA *vero suis ingemiscit ruderibus*.

CXXII.

Delegatio Apostolica ad instantiam Dnar. Aldenb. 1306.

ex autogr.

** Ecclesia Collegiata S. Philippi in Zell, „novellae „plantationis„ occ. 1497. dudum dilapsa.*

CLEMENS *Episcopus*, *Servus servorum Dei*. Dilecto filio . . Decano Ecclesie *Cellensis* * *Magunt.* dioc. salutem & Apostolicam benedictionem. Sua nobis Magistra & Conventus Monasterii de *Aldimburg*, per Magistram soliti gubernari, *Premonstr.* Ord. . . petitione monstrarunt, quod cum ipse MENGOTVM, dictum *der Werbecher*, laicum *Magunt.* dioc. super quadam quantitate bladi & rebus aliis, coram Officialibus Curie *Maguntine*, ad quos de antiqua & approbata, & hactenus pacifice observata consuetudine huiusmodi Causarum cognitio in eadem diocesi *Magunt.* pertinet, non ex delegacione Apostolica, traxisset in causam; ex parte dicti laici fuit coram eisdem Officialibus excipiendo propositum, quod, cum Causa huiusmodi fuisset per diffinitivam sentenciam, que in rem iudicatam transiverat, terminata, conveniri super hoc iterato coram eisdem Officialibus de iure non poterat nec debebat. Et licet dictus laicus exceptionem huiusmodi, ad quam probandam per eosdem Officiales admissus extitit, nullatenus probavisset, sed in illius probatione defecisset omnino; quia tamen dicti Officiales prefatum laicum plene & sufficienter probavisse exceptionem eandem per interlocutoriam pronunciarunt iniquam, prefate Magistra & Conventus, sencientes ex hoc indebite se gravari, ad Sedem Apostolicam appellarunt.

Quod-

Quocirca Discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas; faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Datum *Pictavis* II. Kal. Novembris. Pontificatus nostri Anno secundo. *31. Octobr.*

Per *de* Tra . .

Bulla plumb. CLEMENS PP V.

in dorso Henricus *de* Herberen.

CXXIII.

„NOTA *de Iuribus precise bonorum in* Akruftele,
„*tam nostrorum quam aliorum, que solvuntur*
„*Dominis predicte ville; & quod nichil*
„*amplius debent sibi iuris usurpare.*

1306.

[*Exemplar dialecti german. qua tum utebantur in scriptis.*]

Ich Heinrich ein Rytter, Winters Sun fon Bruningisheim; unt ich Winther ein Rytter, unt ich Kune ein Knecht, Hern Erwins Sune eins Rytteris, fon Bruningisheim; Dun allin den kunt, dy disin Bryf gesehint, adir gehorint lesin; daz wyr. redin (ritten) myt Hern Cunrade fon Weldirsheim deme grozin Kelner fon Arnisburg, zu Acrufftele in das Dorf, daz unsir Dryer ist myt Gerychte, und myt Guldin, und myt Herschefte; Unt sazin (sasen) nydir mit dem Dingwarte gemeinliche; unt bevalin Yn, daz Sy uzgyngin, unt byschydin (bescheiden) uns, waz wyr zu Rechte habin suldin fon der Herschefte. *ex autogr.*

Wegin des gyngin sie uz, unt quamim (kahmen) wydir - -, unt sprachin also, daz Sy suldin habin einin Herrin, unt einin Scholtheizin; Unt daz wyr hettin zu rechtir Gulde in dem dorf zu Acrufftele, unt uffe den Hubin, u. den Ludin, Eilf achdeil Kornis, u. eilf Gense, eweclychir Gulde, zussin den zvein Frauwin dagin, zu antwurtene zu Frankenvorth, adir zu Menze, svar (wo) wyr woldin; Unt uffe Sente Mertinis dac zvei punt Menzer penninge, unde zwei Byngir maldir Haberin; unt vir Schyllinge Menzhyr penninge deme Scholtheizin. Unt funf Schyllinge penn. zu Visshe * gelde uffe dem Palm abint, u. zveneuntzenzyc Menzhir penn. in dem Meige. Unt yclich Menshe ein Vasnacht hun, dy in deme Gerychte gesezzin sint. Auch bysadin Sy, daz, wer da myssedede, daz wir darnach suldin rychtin, alse dy Myssedeit were.

* Fisch.

Da sy dyt einmudeclich bysadin; da lachtin sy dy hende uffe dy Heilegin, unt swurin gemeinliche, daz wir dyt suldin habin zu Rechte in dem vorgenantin Dorfe; Unt daz wir furbaz dy Hubenere, u. yr Lantsidele myt nychte suldin drangin. Quem iz abir, daz iz geschehe, des soldin Sy sich werin, wy sy mochtin. Me fyrgehen wir uns an dysem Bryve, wes dy Lude for geswörin haynt, daz uns damyde gnugin sal, unt ist auch recht.

Dyrre Rede sint Gezug Dyderich der Scholteize. Herburt Crusteler. Friderich Fissher. Cunrat Duber. Heinrich, Wolinberin Sun. Heinrich Belrman. Jacob, Reinbodin Sun. Herburt Finke. Beumunt. Geirlach Wyzedybe. Pedir unt Cunrat, dy da Grawin (Grauen) heizin. Wernhere u. Stezze, der Frauwin Lantsidele fon deme Throne. * Wygant Molkinschuder. Arnold fon Heidirsheim, u. Mengoz fon Heidirsheim; Unt anderis fil gudir Lude.

* de Throno. Monast.

Durch

Durch stedekeit unt ewic Urkunde hayn wir Dry, dy for genantin, den Herrin fon Arnisburg dysin Bryf bysigelit myt unsirn Insigelin. Dirre bryf wart gegebin, da man zalte, fon Got (Gottes) geburte Druzehinhundirt Jar, unde Ses Jair. An Sente Mertinis abinde. *10. Nov.*

CXXIV.

Assignatio X. librar. cedentium in Anniversario Dnæ AGNETIS *Reginæ* Hungariæ.

1308.

NOS *Frater* EBERHARDVS de Sulzberg, *Ordinis* S. MARIE *Theuton. Irlm per Alemaniam Preceptor.* Fr. HENRICVS de *Varila*, Commendator in *Marburg*, ac ceteri *Fratres* eiusdem Domus - - Tenore presentium recognoscimus, & constare volumus universis; Quod, cum Illustris & Serenissima Dna AGNES Regina *Hungariæ*, * ex pio affectu & sancta devotione, quam ad Ordinem nostrum, & specialiter ad Domum nostram *Marburg* habet, ob amorem Gloriose Virginis MARIE, & reverentiam *B.* ELISABETH, Patrone eiusdem Domus, *LV.* marcas argenti in puram elemosinam contulerit simpliciter propter Deum; Et cum dicto argento Redditus annuales, videlicet *X.* librarum *Hallens.* de domo dicta *Keyen*, sita in *Wetflaria*, cedentes comparaverit, in perpetuum duraturos; Nos inclite Regine predicte beneficiis grato affectu occurrere cupientes, promisimus, & per presentes nos firmiter obligamus, quod dictarum *X.* librarum *Hall. V.* libras . . in festo obitus *B. Elisabeth* annis singulis, *Fratribus* tunc presentibus & in divino officio laborantibus, nomine *pictantie* ad consolationem eorundem *Fratrum* tenebimur distribuere, & in perpetuum ministrare; residuas vero *V.* libras ad anniversarium pred. Dne Regine, eo tempore quo evenerit, nec non *felicis record.* Serenissimi ANDREE, quondam Regis *Hungarie*, Mariti sui dilecti, cum Vigiliis & Missis, perpetuis

** Filia Alb. Imp.*

 tem-

temporibus ſolemniter celebrandum, ad refectionem - - *Fratrum* - - convertemus, ad iugem eorundem memoriam apud Domum & *Fratres* indelebiliter permanendam.

Preterea ut tam ſolemnis Elemoſina in vigore debito apud nos & poſteros noſtros perpetuari valeat, & inviolabilis perſeveret, nos Preceptor & - - Sigilla noſtra preſentibus appoſuimus in perpetuam memoriam rei geſte. Datum & actum Anno Domini M CCC VIII. XII. Kal. Aprilis.

CXXV.

Conſenſus Comitum de Königsberg (*&c.*)

1308.

Nos Gerardus & Marqvardus Comites, * filii quondam Reimboldi Comitis *de Koningsberg* † Recognoſcimus & conſtare cupimus univerſis preſentium per tenorem, quod venditionem, factam Viris religioſis - - - *FF*bus Domus . . apud *Marpurg* per Henricum *Fruman* & ſuos heredes, in Bonis ſitis in villa *Willersbuſen*, ex noſtra certa ſcientia & bona . . voluntate favorabiliter in honorem *B. Eliſabeth* admittimus, & admiſiſſe recognoſcimus in his ſcriptis. Renuntiantes omnibus queſtionibus, actionibus & exceptionibus, que nobis in dictis bonis competebant, ſeu competere poterant, nunc, vel in futurum.

* d. Solms.
† v. T. II. p. 267.

In cuius rei teſtimonium preſentem Litteram dedimus - -, Sigilli *Gerardi* Comitis munimine communitam. Datum & actum Anno Domini M CCC VIII. Nonas Auguſti.

Alia, tenoris eiusdem, Littera ſic incipit: „ Nos Gysela „ de *Falckenſtein*, Relicta quondam Remboldi Comitis „ *de Königsberg*, Philippus, Remboldus & Remboldus filii noſtri recognoſcimus (*&c.*) M CCC VIII. Kal. „ Aug. „

CXXVI.

CXXVI.

FVNDATIO *Monasterii* Deinbacensis.

1310.

I. N. D. A.

Cum dies & anni labantur & defluant veluti decursus aquarum, & memoria hominum labilis sit, necesse est, ut facti memoria habeatur, ea que aguntur, in tempore scripturis autenticis perhennari. Hinc est, quod ego HERMANNVS *Muckelin* Miles, & nos PHILIPPVS, WILHELMVS, & SYMON Canonicus *Wormatiensis*, nati predicti *Hermanni*, universis Xpi fidelibus, presentem Litteram visuris vel audituris cupimus esse notum, & subscriptam noscere veritatem; Quod nos unanimi consensu, bona voluntate, & communicata manu - - ISENGARDIS, Legitime mei *Hermanni* predicti, omnia Bona nostra, que habemus in loco *Degenbach*, *Mag*. dioc. cum omnibus iuribus . . & attinentiis, pure, libere, simpliciter & irrevocabiliter, animo dominium transferendi ipsorum bonorum, - - donamus gloriose Virgini MARIE una cum filiabus mei *Hermanni* . ., ut in dicto loco *Degenbach* Cenobium sanctimonialium construatur - - - Ordinis *Cistercienfis*; in quo predicte mee filie una cum aliis sanctimon. Deo servire cupientibus, - - - in perpetuum famulentur. — — — — *ex autogr.*

Renunciavimus eciam simpliciter & expresse in presentia Reverendi Patris & Domini, SYMONIS, quondam Episcopi *Wormatiensis*, EMERCHONIS, Scolastici *Magunt*. eius fratris, & aliorum plurium fide dignorum, Advocaticiis iuribus, consuetudinibus, & omnibus servitiis, quocunque nomine censeantur, que nobis vel successoribus nostris in dicto Cenobio ratione bonorum nostrorum predict. possent competere, seu etiam aliqualiter provenire.

In cuius rei testimonium presentem Litteram tradidimus, & tradimus, Sigillo - - Dni EMERCHONIS Scolastici *M.* nec non communi sigillo totius prosapie Militum *de Spanheim*, quod apud WILHELMUM *Lauder*, Militem, ad presens est depositum, firmiter communitam. Actum & datum Anno .. M CCC X, in crastino *Assumpt. B. Marie Virginis.*

CXXVII.

„*De Curia* Puellarum, *empta apud Canonicos de* „Babenberg.„

1312.

I. N. D. A.

NOS IOHANNES Dei gratia Prepositus, OTTO Decanus, totumque Capitulum Ecclesie *Babenbergensis.* Publice recognoscimus, & constare volumus - - - universis, quod diligenti inter nos, super his que sequuntur, Tractatu prehabito, perspectaque utilitate nostri Capituli, Curiam, *Puellarum* dictam, sitam in civitate *Maguntina* in vico, qui vulgariter *Vicus Comitum* * nuncupatur, eo iure & proprietate quibus ad nos - - - pertinebat, vendidimus . . Abbati & Conventui . . in *Arnspurg* - -, ac in ipsos - - - dictam Curiam cum omni iure, usu & utilitate, quibus nobis - - competebat, transtulimus, & in his scriptis transferimus, pro ducentis libris *Hallensium*, quas ab ipsis integre recepimus, & in usus nostri Capituli convertimus evidentes, ad habendum, tenendum, possidendum, & quidquid eis & suis successoribus de ipsa curia deinceps perpetuo placuerit faciendum. Attamen Domino nostro Episcopo *Babenbergensi* - - -, nobis, & nostris successoribus, hospitandi in d. curia sub nostris expensis, quandocunque vel quocienscunque *Moguntiam* venerimus, potestate fideliter reservata. — — — — Litteras etiam nostras, datas & concessas de non vendenda curia memorata viris Religiosis, revocamus, cassamus & irritamus; volentes eas omni carere robore firmitatis. Testes huius rei sunt

* Grebens gaß.

Fr.

Fr. BERTOLDVS Cellerarius in *Ebraco.* Dns CONRADVS plebanus *S. Martini.* IOHANNES ſocius ſuus. VLRICVS magiſter farine, & HENRICVS, dictus *de Curia puell.* civis in *Maguntia*, & alii quam plures fide digni.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtri Capituli huic Scripto duximus appendendum. Actum & datum Anno Domini MCCCXII, XVI. Kal. Aprilis. *21. Mart.*

Ipſo alias anno 1312, *feria poſt Dominicam* Quaſimodo geniti * *profitentur* Mogg. *Iudices* „ quod MEZA, relicta FRI- ** 20. Apr.*
„ DERICI zum Aldenfride, & HERMANNVS de Curia
„ Puellarum, predicte *Meze* nepotulus, *hanc curiam* - - -
„ cum ſuis iuribus & attinenciis univerſis, quibus eam poſ-
„ sediſſe dinoſcuntur, vendiderint, & communicatis mani-
„ bus reſignarint *Arnsburgenſibus*; in hunc modum, quod - -
„ de prefata curia † ſex libras *Hall.* Prepoſito, Decano &
„ Capitulo in *Babinberg*, die B. *Georgii Mart.* ſingulis an-
„ nis nomine Cenſus perſolvant.

† *Succeſſu temporis devenit ad Capitulum Eccleſia metrop., habitationi Dominorum inſerviens.*

CXXVIII.

Redditus, quos parœciæ Blesbergenſi *legaverat pater, iniuſte prærepti a filio, reſtituuntur.*

1312.

EGO FRIDERICVS Nobilis, dictus *Stal* de *Biegen*, coram univerſis tenore preſencium publice recognoſco, quod cum dimidiam marcam reddituum, cedentem in villa *Dabern*, quam *bone mem.* pater meus Dns GOTFRIDVS ob remedium anime prime coniugis ſue noverce mee legavit Eccleſie parochiali in *Bleſeberg*, ego per aliquot annos ſuſtulerim minus iuſte, nunc inſtructus ſufficienter de rei veritate, & erraſſe me recognoſcens, dictos redditus in manus Religioſorum viro-

virorum, *Fratris* BRVNONIS Commendatoris, ac aliorum *FF.* domus Theuthonice in *Maguncia*, eiusdem parochie Patronorum resignavi, & eidem parochie restitui, ut debebam. Renuncians simpliciter & pure, pro me, ac meis heredibus michi successuris omni actioni, que michi - - - in dictis redditibus posset de facto competere vel de iure. Huius recognicionis, resignacionis ac renunciacionis mee testes assumpti sunt

Mgr HEINRICVS, dictus *Lombardus*, Advocatus *Mogunt.* EMERCHO & *Schubel*, Iudices seculares; & PETRVS, filius quondam LVDEVICI *Rodichen*, Cives *Maguntini.* Cum aliis quam pluribus fide dignis.

In cuius rei firmitatem & memoriam presens Scriptum cum appensione Sigilli mei porrigendum duxi Commendatori & *FF^bus* memoratis. Datum & actum Anno Domini MCCCXII, *15. Iul.* in divisione Apostolorum.

CXXIX.

BONA, *ex Matrimonio priori habita in Dotem, Renupta divendit.*

1313.

ex autogr. EGO MARGARETHA, legitima Collateralis Nobilis viri, Dni GEORGII *Irsuti Comitis*, filia WILHELMI Comitis *de Catzenellenbogen*, Collateralis quondam legitima GOTFRIDI de *Sluzelberg*, tenore presencium publice confiteor & protestor, me a reverenda Dna ELIZABET, Domina *in Hoenloch*, quingentas libras *Hallens.* legalium & bonorum recepisse - -, ac in usus meos convertisse; pro quibus sibi do, dedi, vendo & vendidi, & transfero in eam, Donacione facta inter vivos, omne ius Dotis mee, & dominii mei, quod *Gotfridus* de *Sluzelberg* b. m. predictus, michi racione dotis dedit, & me dotavit, quod ipsa Dna *Elizabet* utatur & fruatur de Bonis, Decimis, theoloniis, & aliis iuribus quibuscumque, quo-

quocunque nomine censeantur; Et primo & principaliter illo iure, quod vulgariter dicitur versucht und unversucht, prout ego hactenus tenui & possedi, ad tempora tantum vite mee possideat, sicut me constat possidere in villis, & in terminis & locis; videlicet *Bratselde*, *Hasela*, *Haselberg*, *Aldembuch* & *Nuembuch*.

Insuper promitto, eidem Dne *Elizabet* bona fide omnes Litteras, quas habeo vel habere dinoscor, presentare, que in posterum ipsam possent impedire quomodolibet, & michi suffragari. Et ex nunc renuncio omnibus actis & munimentis, predicta attingentibus bona; que nunquam michi post datam presencium debent, nec possunt in aliquo suffragari. Dans sibi has meas Litteras, Sigillo meo sigillatas in testimonium super eo.

Actum & datum *Maguntie*, Anno Domini MCCCXIII in die *B. Vrbani* Pape. Presentibus viris religiosis & discretis, *25. Maii.* ALEXANDRO de *Schonemburg*, ARNOLDO de *Gunnisheim*, Ordinis S. MARIE *Theut.* Commendatoribus, domorum in *Maguntia* & in *Mergentheim*. F^re^ WIGANDO, eiusdem professionis in *Franckenvord*. IOHANNE *Vebe* de *Dypach*, Milite. GERHARDO famulo meo, & aliis pluribus fide dignis, ad hoc pro Testibus vocatis & rogatis.

CXXX.

„DE *renuntiatione Inpetitionis, quam habebant* „*Milites* de Calsmunt *super Molendino & bo-* „*nis in* Dorfelin, *& aliis iniuriis.*„

1314.

NOS GOTFRIDVS & HEINRICVS fratres, Milites *de Calsmunt*: IVTTA & IVTTA uxores nostre legitime. Recognoscimus publice in his scriptis, si necesse foret in figura Iudicii confessantes; Quod, cum super iure Advocaticio & Emphiteotico, seu quocumque iure alio, quod nos in

Molendino & aliis bonis quibuscumque, in *Dorfila* iuxta *Buchesecken* sitis opinabamur hactenus nos habere, Religiosos viros Dn. Abbatem de *Arnsburg*, - - eorumdem molendini & bonorum veros proprietatis dominos & legitimos possessores, iam diucius, & ut modo scimus, minus indebite inpugnassemus; Tandem, ex post facta, & frequenti investigatione eiusdem negotii cognoscentes plenius veritatem, pro certo reperimus & experti sumus, Nos vel nostros heredes nichil omnino iuris advocaticii, emphiteotici vel cuiuscumque alterius iuris in Molendino & bonis predictis habere, sed plenum ius & dominium predictorum molendini & bonorum memoratis Religiosis & eorum Monasterio pertinere. Et hec nos omnibus tam presentis etatis quam future hominibus, & omnibus nostris successuris heredibus, equitatis amore . . . propalamus.

Insuper cum ego *Heinricus* Miles predictus, super captivitate quorundam famulorum meorum tempore Guerre, inter Illustrem Principem Dominum nostrum, Dn OTTONEM Lantgravium Terre *Hassie* & Illustres viros Dnos Comites *de Nassauwia*, habite iuxta Grangiam de *Gulle* predictorum Religiosorum sitam; quia credidi, aliquos de ipsorum familia interfuisse, eosdem Religiosos actione iniuriarum, & dampni & interesse multipliciter inpugnaverim; Quia pro certo didici, & predicti Religiosi hoc idem idoneis testibus declarabant, familiam ipsorum in persecutione vel captivitate predictorum nullatenus affuisse, nec ad hanc cooperatam fuisse; Idcirco predictos Religiosos quoad illationem iniurie & dampnorum - - esse pronuncio penitus innocentes. Et si in aliquo *ipsos* perturbavimus, ab eisdem humiliter veniam postulantes, quia nobis ius nullum conpeciit in premissis, renuntiamus de facto omnibus exceptionibus & actionibus, realibus & personalibus quibuscumque, quocumque nomine censeantur, hactenus pred. Religiosis motis, vel inposterum movendis occasione qualibet, ratione inpugnationum predictarum, simpliciter & precise.

In recompenſam vexationis indebite eis facte promittimus fide bona, ad omnem promotionem nos & noſtros heredes, rebus & corpore pred. Religioſis & eorum Monaſterio fore debere in perpetuum obligatos. Dantes eisdem preſentes Litteras, ſub Sigillo Nobilis Viri & Domini noſtri, D. *Philippi* ſenioris *de Falkinſtein*, atque noſtris, ſigillatas in teſtimonium ſuper eo.

Et nos PHILIPPVS predictus *de Falkinſtein*, Dns *in Myntzinberg* recognoſcimus, ad unanimem conſenſum & petitionem Militum & Vxorum ſuarum - -, Sigillum noſtrum, una cum ſigillis ſuis, in predictorum evidens teſtimonium, quia omnia predicta vidimus & audivimus, preſentibus appendiſſe. Datum Anno . . *MCCC Quartodecimo*, in vigilia Epiphanie Domini. *5. Ian.*

CXXXI.

Littera Venditionis.

1314.

NOS Commendator . . , & *Fratres* Domus *ex autogr.* *Theutonice* apud *Marpurch* Mag. dioc. Tenore preſentium publice recognoſcimus - - - - quod conſenſu mutuo & unanimi voluntate - - - prehabitis, vendidimus - - WERNHERO *Steyngeſter*, ODILIE eius uxori Civibus *Wetſlar.* & eorum heredibus univerſis, *XIII.* ſolidos *Colon.* denar. annui cenſus, cedentem die *B. Ioh. Bapt.* ex domo quondam WYGANDI de *Goſſylshuſen*, ſita infra muros *Wetſl.* in foro ferri, domibus quondam THEODERICI de *Bockenheym*, & dicta zu der Landecken intermedia, que quondam IOHANNIS, Generi des Reyen fuerat, tollendos in dicto feſto *Ioh. B.* & habendos in perpetuum pleno iure, pro *X.* & novem marcis denar., nobis traditis penitus & pagatis, quos in uſus dicti noſtri Monaſterii convertimus oportunos. In qua quidem domo adhuc *XIII.* ſolidos - - cenſus annui habere dinoſcimur,

qui nobis in ſacris diebus natalis Domini, ſcilicet in die *beati Stephani*, perſolvuntur. De quibus etiam non dabimus exactiones neque *Sturas*, prout in Litteris ſuper his confectis plenius continetur. Et eſt ſciendum, quod ſi dicta domus per ignis incendium devaſtaretur, quod abſit, ex tunc nos, una cum memoratis coniugibus dampnum equaliter ſuſtineremus.

Et in premiſſorum teſtimonium & robur tradidimus ſibi preſentes litteras, Sigillo noſtri Conventus una cum ſigillo civitatis *Wetflar*. noſtris precibus fideliter ſigillatas. Teſtes huius facti ſunt GERLACUS *Maderſele*, IOHANNES *Beyer* Scabini - - & alii fide digni. Datum Anno Domini *MCCC quartodecimo*, menſe Martio.

CXXXII.

„PRECEPTORIS *Domus Theutonice, ut nullus* „*ſepeliatur per eos.*„

1314.

NOS *Frater* EBERHARDUS de *Sulzberch*, Ordinis *Sancte* MARIE *Fratrum Theutbonicorum per Alemaniam Preceptor*. Ad univerſorum Xpi fidelium noticiam cupimus pervenire, quod, cum Religioſi viri, . . Commendator & *Fratres* - - - Domus apud *Marpurch*, cum Venerabilibus - - - Decano & Capitulo Eccleſie *Wetflar*. Contractum quendam amicabilem, & permutacionem fecerint, que in inſtrumentis ſuper hoc confectis expreſſius & plenius continetur; Preterea cum pred. *Fratres* noſtri, ad cavendum in futurum de Controverſia que ſuboriri poſſet, promiſerint, & ad hoc ſe litteris ſuis patentibus obligaverint; quod ſi ſucceſſu temporis Cimiterium apud Capellam in curia ſua *Wetflarie* quam inhabitant, pro mortuis ſepeliendis inſtaurare & conſecrare decreverint, nullam prorſus perſonam ad ſepulturam ſuam admittere vel recipere in perpetuum debeant, *Fratribus* dumtaxat noſtri Ordinis & familia Fratrum conducticia, nec non perſonis que cauſa devo-

devocionis se ipsas & res suas Ordini nostro contulerint & donaverint, exceptis specialiter & exemptis; Nos super hoc habita deliberacione matura, de consensu *Fratrum* apud nos tunc existencium, huiusmodi Contractum permutacionis, ac obligacionis circa sepulturam factam, ac penas quas fratres predicti pro se suisque successoribus in se elegerint si in contrarium fecerint, ratam & gratam habentes, tenore presencium in nomine Domini confirmamus; Et in signum nostre ratihabicionis & confirmacionis, Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Datum Anno Domini MCCCXIIII, VI. Kalendas Aprilis. *27. Martii.*

CXXXIII.

Ipsius relativi Contractus tenor.

1314.

I. N. D. A.

Vniversis presens Scriptum visuris & audituris imperpetuum. Nos HEYDENRICVS de *Derenbach* Decanus, totumque Capitulum Ecclesie *B.* MARIE *Wetflariensis* ex una parte, & nos *Fr.* REYMBOLDVS Commend. & *FF.* domus seu Conventus *Theotonicorum* de *Marburch* ex altera, notum esse volumus publice protestando; Attendentes in infra scriptis utilitatem & profectum nostrum communem, & quod Bona subscripta, que utraque Pars habet, tum ex loci situ, tum eciam ex causis aliis, parti alteri magis esse poterunt utilia & fructuosa; & ut eciam favorabilis affectus & amicicia specialis, prout hactenus fuit, inter nos iugiter perseveret; super permutacione eorundem bonorum, deliberacione diligenti prehabita & tractatu; Nos *Heydenr.* Decanus ac Capitulum predicti - -, ex causa Permutacionis *Fri* REYMBOLDO Commend. & *Fratribus* - - - Domum, quam honestus vir, *Mgr.* IOHANNES de *Flore*, Eccl. *S. Iohannis Maguntie* De- *ex autogr.*

 canus,

canus,& eccl. nostre . . apud S. *Walpurgim* Vicarius, & MECKELA de *Gulle* in *Wetflaria* nunc possident, & ad dies vite sue possidebunt, salvo eodem iure quod nunc habent in eadem; ac Aream, super quam - - *FF.* predicti edificaverunt, ad ecclesiam nostram spectantem; nec non Curiam nostram claustralem que fuit WERNHERI de *Minzenberch* nostri Concanonici, contiguam curie dictorum *FF.* in *Wetflaria* site, cum suis attinenciis plene liberam, & ab omni contribucione & vexacione immunem, damus & tradimus ad habendum, tenendum, & proprietatis tytulo imperpetuum possidendum, pro Curia d. *Fratrum*, que quondam fuerat CONRADI *Reyen*, olim Scabini *Wetflar.*, immediate apud cymiterium nostre Ecclesie sita, solvente annuatim . . *VI.* denarios *Col.* in censu ipsius eccl. Prepositure; nec non pro *X.* & *VIII.* maldrorum siliginis - - redditibus, nobis - - in certis locis assignatis & certitudinaliter deputatis, annis singulis cedentibus; scilicet de bonis in *Lutzillinden X.* maldra - - -, que solvuntur de curia & bonis attinentibus, que quondam fuerunt WERNHERI *Rittersterch* opidani *Wetfl.* Que inquam bona nunc colit GERHARDVS *Stuckere*. ITEM in eadem villa *IIII.* maldra sil. - - de curia & bonis *Milchelingi*, Armigeri in *Gyezen*.

ITEM in *Grozen Linden* IIII. maldra - - - de curia & bonis HENRICI, filii dicte *Lareren*, Relicte quondam . . *Larere.* Receptis eciam a nobis, nomine Commend. & *FF. X.* & *VIII.* marcis . . loco prevaloris, si quis fuerit, respectu ipsorum bonorum nobis ab eisdem *FF.* traditorum; quas . . nobis numeratas & traditas confitemur cum redditibus predictis nobis assignatis. Exceptioni pecunie non numerate, & redditibus non assignatis renunciantes omnino.

ECONTRA nos Commendr & *FF.* pro nobis & nostris successoribus perpetuo damus & tradimus dictis Decano & Capitulo, - - - mero iure proprietatis predictam Curiam cum suis attinenciis, que fuerant . . CONRADI *Reyen* ut premittitur, ad nos . . pleno iure spectantem, - - - - pro pred. curia claustrali & aliis bonis supra nominatis. Dictos eciam Decanum

canum . . ab omni exactione & *tallia*, a quocunque imposita vel imponenda racione d. curie, tenebimur indempnes reddere, & penitus relevare. — — —

Preterea ubi maius periculum intenditur, ibi procul dubio plenius est consulendum. Ad conservandum ius & iusticiam ipsius Ecclesie *Wetflar.* & Parrochie; &, ne favor & amicicia - - tam diu inter nos Partes . . habita, ac Domino concedente inposterum habenda, in aliquo tepescat; & ne eciam eadem parrochia, cuius redditus & proventus in obvencionibus *Oblacionum* pro maiori parte consistunt, in suo iure depereat, vel in aliquo detrimentum paciatur; Nos Commendator - - - bona fide promittimus, & firmiter nos - - - presentibus obligamus sub pena *L.* marcarum, pro media parte Reverendo in Xpo Patri - - Dno *Trevirorum* Archiepiscopo, & pro residua dictis Decano & Capitulo - - - sine qualibet remissione solvendarum ipso facto; si contrarium faceremus - -; Quod, si processu temporis Cymiterium apud Capellam in Curia nostra *Wetfl.* quam inhabitamus, duxerimus vel decreverimus pro Mortuorum sepultura construendum, edificandum seu consecrandum; aliquam Personam ad d. nostram sepulturam admittere seu recipere quoquo modo non debemus; *Fratribus* dumtaxat & *Sororibus* nostri Ordinis, - & familia conducticia, nec non personis que causa devocionis se ipsas & res suas sine fraude nostro Ordini donaverint seu contulerint, exceptis specialiter & exclusis. Sub eadem pena *L.* marcarum nos - - - astringentes, quod, ut premissum est, ipsos Decanum - - ab omni exactione & *tallia* - - - tenebimur indempnes facere, & penitus relevare. Quam etiam penam - - tociens a nobis volumus committi, quociens unam personam extraneam ad nostram sepulturam admittemus, & quociens, moniti & requisiti sub testimonio sufficienti, . . Capitulum . . a talliis vel exactionibus indempnes . . non reddemus.

Nos quoque Decanus - - -, & nos *Fr.* REYMBOLDVS - - - renunciamus per presentes - - - omnibus libertatibus - - - privilegiis — — — — Promittentes insuper per sollempnem

lempnem ſtipulacionem pars alteri adinvicem, pred. Permutacionem & omnia - - ſubſcripta perpetuo rata & firma habere, — — — Accedente ad quodlibet predictorum auctoritate, conſilio & conſenſu Honorabilis & Religioſi viri, *Fratris* EBERHARDI de *Sulzberch* - - - - per Alemaniam Preceptoris, ſicut in Litteris ipſius ſuper hoc confectis plenius continetur.

In teſtimonium itaque, robur ac perpetuam firmitatem - - -, preſentis inſtrumenti conſcribi fecimus duo paria unius & eiusdem tenoris, utrique Parti unum; & . . Capituli, & Commendatoris* in *Marburch* - -, una cum - - - Decani & Cap. Eccleſie *Wilburgenſis*, & Prepoſiti & Canonicorum Regularium . . in *Schiffenburch* † Sigillis, rogatu Parcium appenſis.

* *Salvator M.*

28. Maii. Et nos — — — — Actum & datum Anno Domini *MCCC Quartodecimo*, V. Kal. Iunii.

† S. ECCLE. SANCTE MARIE IN SCHIFFENBVRG.

B. V. *ſedens, cum Puero* IESV.

CXXXIV.

Benefactor Domus Grifſtet.

1314.

NOS FRIDERICVS *Dei gratia Thuringie Lantgravius, Miſnenſis & Orientalis Marchio, Dominusque Terre Pliſnenſis.* Ad univerſorum Xpi fidelium - - - notitiam cupimus ut accedat, quod ad inſtantiam Strenui Militis EYTEL *Geſce*, nec non ſuorum heredum, dimidiam marcam *Northuſen.* argenti annui redditus, ſolvendi annis ſingulis de dimidio manſo ſuo in campis ville *Frondorf*, quem quidem Cenſum iidem a nobis tenuerunt in feodum, & ad manus noſtras libere reſignarunt, ad Altare S. *Marie* & B. *Eliſabeth* domus *Theut.* in *Grifſtet* appropriamus perpetuo, & in anime noſtre remedium titulo proprietatis contradimus & donamus.

Pre-

Presentibus Venerabili Dno DYTMARO Abbate in *Volckerode*. Nobili viro FRIDERICO de *Heldrungen*. HENRICO Camerario *de Vanre*. GVNTHERO de *Schlatheim*. WIBOLDO de *Foresto*. HERMANNO *Goldacker*, nostro Marscalco. *Mgro* WALTERO nostro Protonotario. LVDEVICO de *Hemeleiben*. THEODERICO *Gesce*, & aliis pluribus fide dignis.

Harum Litterarum, nostri Sigilli robore signatarum. Datum *Grifstet* Anno Domini M CCC XIV, pridie nonas Iunii.

CXXXV.

Cœpta Structura Ecclesiæ Marb. *ut quantocyus compleatur.*

1314.

F*rater* KAROLVS *de* Treveri, *Magister Generalis* *ex autogr.*
Hospitalis S. Marie *Theuthonicorum Ierlitani*. Viris religiosis, Commendatori, Vice commend. ac ceteris Officialibus & *FF*. domus nostre in *Marpurg* salutem, & sinceram in Domino Karitatem.

Cupientes laudabilem structuram, in honorem *Sancte* ELYZABETH laudabiliter inchoatam, totis viribus quibus possumus, ut dignum est, in omnibus promovere ut ad complementum debitum perducatur; Vobis universis & singulis . . . committimus firmiter, & rogamus, quatenus sine contradictione Magistrum operis sive structure, quicunque pro tempore fuerit, in omnibus suis negociis ad dictam structuram spectantibus, & specialiter in vecturis promoveatis fideliter, quociescunque & quandocunque a vobis duxerit requirendum, aliis negociis penitus pretermissis. Nec volumus, ut quispiam in dicto opere, seu promocione ipsius se aliquatenus reddat difficilem vel rebellem. Quod si quicunque secus fecerit, quod absit, ipsum inobedientem & nostro mandato rebellem per omnia reputamus.

Datum in *Castro* S. *Marie*, Domo nostra principali.
6. Iulii. Anno Domini M CCC XIIII. in octava . . *Petri* & *Pauli* Aplor..

CXXXVI.

De bonis mobilibus liberrime disponendi concessa facultas.

1315.

Nos Ludewicus *D. G.* Monasteriensis *Ecclesie Episcopus*, & Dns Otto, eadem gratia Lantgravius, Terre *Hassie* Dominus, una cum Conthorale nostra Dna Alheide perdilecta. Tenore presentium recognoscimus, & constare volumus universis, quod dilecta *Soror nostra*, Dna Agnes, dicta *de Nurnberg*, * omnia bona sua mobilia que nunc habet, & habere poterit in futurum, licite potest & debet quibuscunque Personis, ecclesiasticis vel mundanis, seu cuicunque Ordini, de bona voluntate nostra absque omni contradictione dare, cuicunque, quantumcunque voluerit, & legare.

* *scil. a marito Ioanne Burggravio.*

In cuius rei testimonium prefate Sorori nostre presentem Litteram dedimus, nostrorum Sigillorum muniminibus firmiter roboratam.
15. Iun. Datum Anno . . MCCCXV, in die *Scor.* Martirum *Viti* & *Modesti*.

CXXXVII.

De Advocacia Selheim.

1315.

I. N. D. A.

Res temporales — — — perennari. Nos siquidem Volpertus, dictus *de Minori monte Ameneburg* seu

seu *ex Curia*, Miles, & ALBRADIS eius Vxor legitima, Recognoscimus publice per presentes, quod pensata utilitate nostra, cum consensu ac bona voluntate omnium liberorum nostrorum, dimidietatem partis Advocacie & iurisdictionis utriusque ville *Selheim*, quam partem apud VOLPERTVM Militem, filium quondam GVMPERTI militis, dicti *ex Curia*, comparavimus, cum hominibus utriusque sexus, dictis Vogtleut, ad ipsam Advocaciam & iurisdictionem spectantibus; nec non universis & singulis usufructibus, consuetudinibus, nemoribus, agris - - -, pascuis, Emendis, Excessuum correctionibus, Censibus quibuscunque - - - -, Venerabilibus - - Conventui *Fratrum* domus *Theut.* prope *Marburg* vendidimus . . & . . pro pecunia nobis iam soluta assignavimus, in perpetuum possidendam. — — —

Huius rei testes sunt, GERHARDVS Decanus *Fritzlariensis.* GODFRIDVS de *Hatzfeld* Miles, nec non DITHMARVS & LVDEWICVS de *Selheim.* HVBERTVS de *Amelung*, & HERMANNVS *Dens*, cives in Ameneburg.

In maiorem quoque premissorum evidentiam — — — Actum & datum *Ameneburg*, Anno . . MCCCXV. XIII. Kal. Septembris. *20. Aug*

CXXXVIII.

Ratificatio.

1316.

NOS *Frater* HELFRICVS de *Rudinkeim*, gerens vices per Alemaniam Reverendi Viri, *Fr.* LEONARDI de *Tibertis*, Generalis Visitatoris in cismontanis partibus, Tenore presentium recognoscimus - - -, nos ratificasse venditionem Bonorum, videlicet nove & antique curiarum - -, a *Fre* PHILIPPO de *Hohenfels*, Commendatore in *Wissen*, domui Theutonice - - in *Flersheim* factam ibidem; immo & presentibus

tibus renunciamus; sub testimonio Sigilli nostri, quod apposuimus huic scripto.

22. Xbr. Datum Anno Domini MCCCXVI, in crastino B. *Thome* Apostoli.

In *sequelam Notæ p. 928. nunc suppleo, quod oppidum* PROTSELDEN, *una cum castro* NEVBRVNN, Moguntinæ *obvenerit Ecclesiæ Anno* 1483, *erga duo castra* Solm *&* Schurburg: *Talismodi permutationis contractum ineuntibus*, ALBERTO *Moguntino Electore, & - - Ordinis Teut. Magistro. Atque hæc fuit occasio, qua chartæ,* Protseldam *spectantes, ex archivo* Mergenth. *transierunt in* Moguntinum. *Quia vero earum multitudo haud fivit, apponere manum omnibus, hinc saltem e nonnullis decerpsi memoratu dignum aliquid, serie chronologica immiscendum.*

ITA *eodem A.* 1317, *feria* 3. *Pasch.* HENRICVS *Comes de* Rieneck *&* ALHEYDIS *de* Ziegenhain, *Coniuges, palam faciunt, se, prahabito* LVDOVICI Rieneki, *huiusque Vxoris* ELISABETH *de* Hohenloch *assensu, vendidisse homines suos proprios,* [Eigen Leute] *mares & fæminas, iuvenes pariter ac senes in villa* Rolbach, *Domui* Mergenth. *pretio LX. lb. Hall.*

CXXXIX.

Castri Protseldæ *semissis*, POPPONEM *attinens* Ebersteinium, *vxoremque eius* IVTTAM Wilnaviensem, *divenditur* ELISAB. Hohenloicæ, *quondam* GODFRIDI *ab* Hohenloch *Relictæ, &* FFbus *de* Mergenth.

1317.

ex autogr. Wir Boppe von Gotes gnaden der Edle Grave von Eberstein, und auch wir Vrauwe Gute, genant von Wilenaw sin eliche Wirtin, verjehen u. bekennen offenliche - - -, daz wir . . mit gemeinem rate u. willen, und mit gesameter

ſameter Hant unſer halb teil der Burge ze **Brotſelden**, und alles daz Gute u. Reth * daz dazu gehoeret, daz unſer iſt, mit allem dem rethe, mit gewalte, mit herſcheft, mit nutz, mit gulte; in Dorf, in velde, in wazzer, in weide, in holtz, beſucht u. unbeſucht, ſwie ez genant iſt, als wir daz bis her mit rehte u. mit gewonheit gehapt haben, rehte u. redeliche, gar u. gentzliche verkauft u. geben haben unſer lieben Mumen, Vraun **Elſbeten** von **Hohenloch**, Herrn **Gotefrides** ſelic wilent von Hohenloch Witewen; und auch dem Commendure, und allen den Brudern gemeinlich, dez Tutſchen Huſes ze **Mergentheim**, umme ſehs Hundert phunt **Haller**, die wir von In - - mit rether voller zal enphangen u. ingenomen haben. * pro Recht.

Und darumme ſo verzihen u. verſprechen wir uns und allen unſern Erben alles des Rethen, daz wir heten u. haben mochten an dem vorgeſprochen halb teil der Burg u. des Gutes; ane allein der Manlehen, die uns . . bliben u. zugehoeren ſulen. Und ſetzen die vorgen. Vrawen **Elſb.** von **Hohenloch**, u. den Commendure - - - von **Mergentheim** in gewalt u. in gewere *Bonorum venditorum.* **Und** darzu ſo haben wir . . Grave **Boppe** geſworn, - - -, und auch wir Vr. **Gute** . . bi unſern Truwen gelopt - - -, den vorben. Kauf ſtete ze halten an alle geverde - - - **Und** daz diz alles veſte - - - u. unzerbrochen blibe, darumme haben wir - - diſen Brif mit unſern Inſigeln * beveſtent, die daran hangent.

* *Scutum* POPPONIS: *Roſa.*
VXOR *ſe præſentat integram, ſtipatam* a) *teſſera Mariti*, b) *nativa* Wilnavienſi. S. GVTE COMITISSE DE EBERSTEIN.

Aller dirre Sache ſint gezuge die Erbern Ritter, Her **Johan** von Riedern. Her **Cunrat** Rude. Her **Gotze** Durinc. Her **Wernher** von Hartheim. Her **Reynhart** von Hartheim ſin bruder. Her **Cunrat** von Bremen. Her **Heinrich** von Crutheim, und ander Erber Leute genug.

Nnnnnn 3 Ditz

Diß geschah, und dirre Brief wart geben nach unsers Herrn IHV XPI geburt Druzehen hundert Jare, und da nach in dem Sibenzehenden Jare, an dem Samztag in der Phingst wochen.

CXL.

„*De altera parte Decimæ in Grangia* Gulle, *quam* „*nobis* P. senior - - - *ex pacto legis commisso-* „*riæ pro redditibus* - - - *in* .. Erlebach „*tradidit.*

1317.

Nos Philippvs Senior, Dominus *in Mynzinberg*. Recognoscimus publice in his scriptis, ad universorum noticiam deducentes, quod cum *felicis memorie* Wernhervs quondam Dnus in *Mynzinberg* & Dna Methildis * olim parentes nostri, ex causis legittimis & racionabilibus, Religiosis viris Dnis .. Abbati & Conventui monasterii nostri in *Arnsburg* Redditus annuos *LXXXV.* octalia siliginis mensure *Frankinvord.* de bonis eorundem parentum nostrorum in *inferiori Erlebach* sitis, certis expressis .. Colonis qui ad solucionem pensionis predicte tenerentur, tollendos, & annis singulis percipiendos tam diu, donec dimidietas Decime in *Hove gulle*, quam a retroactis temporibus pred. parentes nostri ab Ecclesia *Fuldensi* fęodaliter possederunt, possit proprietatis titulo decorari, & prefatis Religiosis appropriari, rite & racionabiliter vendiderint & donarint, prout in Litteris super eo confectis, Sigillis predictorum parentum nostrorum firmiter sigillatis, plenius continetur; nunc quoque altera dimidietate Decime .. per Nobilem virum Philippvm *Iuniorem* Dnm *in Mynzinberg* patruelem nostrum carissimum de expresso consensu nostro prefatis Religiosis sit vendita, & predª Decima totalis per Ecclesiam *Fuldensem* .. eisdem Religiosis cum omnibus solempnitatibus Iuris debitis & consuetis integraliter appro-

* nata Com. *de Dize.*

propriata exiſtat; Nos venditionem predictam, cum omnibus modis & conditionibus adiunctis per . . parentes noſtros factam, ratam ut tenemur habere volentes, & pred. bona noſtra in *Erlebach* a ſolucione penſionis prefate eximere & liberare intendentes, ſepedictis Religioſis medietatem ad nos ſpectantem in Decima pred. tradimus & aſſignamus, ut eam percipiant cum omnibus iuribus & appendiciis ſuis, & habeant annis ſingulis, atque tollant; in hoc negligenciam noſtram, qua hactenus hec minus caute diſtulimus, corrigentes. Ita ſane, quod poſtquam prefatis Religioſis, ut iidem nobis gratioſe ſub pacto *Legis Commiſſorie* promiſerunt, nos vel noſtri heredes legittimi in bonis noſtris circa terminos Decime pred^e nativa procreatione ſuccedentes, intentione reemendi medietatem *ipſius Decime*, pro eadem . . ducentas & *XX*. marcas denar. *Colon.*, tribus *hallenſ.* pro quolibet denario computatis, ſimul & integraliter in legali & bono pagamento ante Meſſes ſolverimus, numeraverimus & dederimus, ex tunc pred. medietas - - tanquam reempta ad nos vel noſtros heredes . . pacifice devolvetur, & a ſolucione penſionis ſeu reddituum *LXXXV*. octalium predict. erimus in perpetuum abſoluti. Teſtes huius rei ſunt

CRAFFTO Senior, & CRAFFTO Iunior *de Beldersheim*, Milites caſtrenſes noſtri. ANGELVS Sacerdos *de Saſſin*, & alii quam plures fide digni.

In premiſſorum omnium teſtimonium atque robur Sigillum noſtrum una cum ſigillo preclariſſime Dne METHILDIS, Comitiſſe *de Cyginhain* conthoralis noſtre, conſenſum preſtantis ad omnia predicta, appendimus huic Scripto. Datum Anno . . MCCCXVII, in die bti *Iohannis Ewangeliſte* poſt Natales Domini.

CXLI.

Litteræ Reverſales.

NOS *Frater* IOHANNES dictus Abbas, & Conventus . . in *Arnsburg* recognoſcimus in his ſcriptis, quod

quod quandocunque annis fucceffuris Nobilis vir Dns PHILIPPVS Senior, Dns *in Mynzinberg*, Fundator nofter Kariffimus, vel poft obitum fuum heredes fui legittimi, fibi nativa procreatione fuccedentes, nobis ducentas & *XX.* marcas denar. *Colon.* dederint, — — — folverint fimul, & integraliter numeraverint in legali & bono pagamento ante Meffes, tunc fibi vel ipfis medietatem Decime in *Hove gulle*, annuatim *LV.* octalia filiginis & *XXX.* octalia tritici folventem, per eundem, & olim WERNHERVM patrem fuum, ut in Litteris fuper eo confectis plenius continetur nobis venditam, ex pacto Legis commifforie pro pred. Summa pecunie revendere tenebimur; ita tamen, quod in reliqua medietate - - que noftra exiftit, per hoc nullum nobis preiudicium generetur.

Datum fub Sigillo noftro. Anno Domini M CCC XVII, in die Natalis bti *Iohannis Ewangelifte.*

CXLII.

De Teftamento Conradi *de* Morle, *Militis de* Hufftirsheim, *& de penfionibus per ipfum ordinatis ad Elemofinam curie noftre* in Frideberg.

1318.

NEMO accendit lumen & ponit fub modio, fed fuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo Domini commoventur. Cum igitur opera mifericordie fint opera lucis, in extremo examine fola excufatoria; ad effectum pietatis, que ad omnia utilis, & devocionis ductu inflammatoria; fummopere precavendum exiftit, ne fub oblivionis modio tamquam claufa ergaftulo abfcondantur, fed tamquam lampas fulgida oleo mifericordie alita, in Templo militantis Ecclefie fuper candelabrum perennis memorie fita, in communem noticiam deducantur.

Nofcat

Noscat igitur presens etas & successura posteritas, quod *felicis memorie* CONRADVS *de* MORLE, Miles, Castrensis in *Frideberg*, Vir armis strenuus, fide preclarus, in omnibus mundanis negociis inclitus, - - - - - cuius fama nobilis, omnibus Xpi fidelibus & specialiter cingulo seu Armorum caractere insignis, spargit devocionis aromata, & misericordie odoramentis suavi spiramine replet domum DEI; pia devocione ductus, & Patrem misericordie gestiens imitari; - - -, in Extremis suis, infirmus corpore, sanus tamen mente; accedente consensu benevolo preclare & sagacis Matrone, Dne HEDWIGIS, conthoralis sue legitime, nomine testamenti, & tamquam legatum ultime voluntatis, cui & summus favor adhibendus, legavit, dedit, & irrevocabiliter assignavit, Religiosis viris Dno Abbati & Conventui . . in *Arnsburg* . . Bona sua propria - - in terminis ville *Hustersheim* sita, que quondam . . *Sezemunt*, & *Arnoldus* filius suus iure colonario colunt.

ITEM unum maldrum siliginis deputavit THIMONI sacerdoti. Vnum IOHANNI *Biler*, nunc Converso in *Arnsburg*, unum ERTWINO *Frolich*, famulis suis, ad tempora vite ipsorum - -; post quorum obitum eadem tria maldra, cum omnibus aliis proventibus & pensionibus residuis que de predictis bonis cedent, & ad *XI.* maldra sunt annuatim estimata, - - - deputavit - -, & sub interminatione tremendi Iudicii obligans eos per quorum manus transeunt, ordinavit ad Elemosinam seu *spendam* Pauperum, per Magistrum seu rectorem Curie Religiosorum predictorum in opido *Frideberg*, in curia ipsorum ibidem distribuendam pauperibus in perpetuum: Sub hac forma, ut omni anno in festo B. *Georgii* mart. incipiatur, & qualibet ebdomada continue succedente, quam diu redditus & pensio predicti adhuc durare poterunt & sufficiunt, tria maldra siliginis - - - pistentur; & una, duobus vel tribus diebus, prout numerus pauperum exigit in septimana, panes pistati, secundum quod equalius & decencius poterunt dividi, Xpi pauperibus erogentur; ut pred. Miles tot habeat intercessores apud Xpm, quot pauperes reficit propter Xpm. Insu-

per *IX.* octalia silig. in villa *Budensheim*, - - que cum *XXX.* marcis . . . per inclyte mem. GISILBERTVM militem, dictum LEO, fratrem Dne HEDWIGIS - - -, ad augmentandum elemosinam — — —

Et quia, quidquid in aure auditur, est predicandum publice super Tecta, presentem Litteram, Strenuorum virorum Castrensium in castro, & Opidanorum in opido *Frideberg*: ERWINI militis d. *Lewe*, fratris *Hedwigis* predicte, Dni Abbatis in *Ebirbach* & nostro sigillis duplicatam, quarum unum par est apud nos in *Arnsburg*, aliud in *Eberbach* sub eodem tenore reservatum, obtinuimus roborari; Et nichilominus tenorem eundem, propter iugem transeuntium noticiam, parieti Capelle nostre in *Frideberg* affigi fecimus. Cum hac protestatione, quod quicunque predicta inpedierit, vel premissis fraudem fecerit, si condigna satisfactione non penituerit, Anima eius inperpetuum maledictionibus repleatur, deleatur de libro viventium, viscera eius vermibus scaturiant, & sicut *Dathan* & *Abiron* eum vivum terra deglutiat, & cum reprobis condignam habeat portionem.

Datum Anno Domini M CCC XVIII, in vigilia bti *Laurentii* Martiris.

CXLIII.

Quod Commendator provincialis in Franconia *duas emerit villas*, Faulenbach *&* Breitenbrunn, *a* CONRADO *Com.* de Vehingen, & ELIS. de Schlusselburg, *filia* GODFRIDI.

1319.

ex autogr. Wir Cunrat der Edle von Gotes gnaden Grave von Vehingen, und Vrawe Elizabeth, Hern Gotfrides selic, wilent von Schluzzelberg Tochter, unser eliche Wirtin, und alle unser Erben - - bekennen offenlich - -, daz wir mit gesamb-

gesambter Hant willeclich u. einmutteclich verkaufet u. geben haben, den Ersamen geistlichen Mannen, **Bruder Cunrat von Gundelvingen** Lantconmendur des heiligen Ordens von dem Dutschen Huse ze **Francken**, und gemeinlich allen den Brudern dezselben Ordens die zwei Doerfer . . ze **Vulenbach** und . . ze **Breitenbrunnen**, Lute u. Gut, mit aller gulte, acker, wisen, weide, wazzer, und die Gerichte in Velde u. in Dorfe; gesuchte u. ungesuchte - - -, umbe Sechsen hundert Phunt Haller, * die wir von In emphangen haben. — — — * *pretio 1600. libr. Hallens.*

Diz dinges sint Gezuge die Erbern Ritter, Her **Johannes von Ryedern.** Her **Cunrat Rude. Eberhart Vrie** † und ander erber Lute genuc.

† *Huic nomini* [*Frey*] *apponitur :* de Restenhausen, *in Litteris anni* 1317, *de Eo, ac fratre ipsius* ERNESTO *mentionem facientibus.*

Der Brief wart gegeben, do man zalte von Cristus geburte **Druzehen hundert Jar in dem Nunzehenden**, am Dinstage nach Sant **Mathyas** tage. Auch haben wir ze stetunge u. gezucnise aller der vorgen. dinge unser Insigel * an disen brief gehangen. 27. *Febr.* * *in Ectypis n.* 5. 6.

CXLIV.

[Præhabitæ in substantia par, hoc solum discrimine, quod stylo efficaciori concepta sit, Testibusque roborata.]

1319.

Wir Cunrat - - - Grave von **Vehingen**, und **Elsbete**, Herrn **Gotfrides** selic . . von Sluzzelberc Tochter - - - veriehen und bekennen offenliche - - - - Daz wir die zwei Doerfer **Vulenbach** u. **Breitenbrunn**, die von alter zu **Brodselden** gehoerent, und die wir den Ersamen Geistl. Brudern des . . Ordens S. **Marien** - - zu kauffen haben geben, und dez geltes *ex autogr.*

darumme volleclich - - berichtet sin; mit besameter Hant willeclich u. einvelteclich den vorbenanten Brudern — — — uf haben geben ze rethem eigen. Und haben uns vercigen u. versprochen, vuer uns u. vuer alle unser Erben aller der ansprache, und alles dez Rethen daz wir heten, u. haben mochten an denselben Doerfern, und swaz darzu gehoeret.

Diz geschach in Stat ze Spire in Mulenbrunner Hove. Dabi waren Erbere Leute die dise verzihunge horten u. sahen; die wir dez baten gedenck [Zeugen zu seyn.]

Der Erbere geistlich Herre, Her Heinrich von Nipperc, der alte Apt wilent ze Mulenbrunn, und Her Heinrich von Kalb, der nach demselben auch alda Apt waz. * Und die Erbern Burger von dem Rate ze Spire; Her Engelman von Gummersheim, u. Her Ulrich Clupphel, die Burgermeister, und Sygel Huen. Her Wernher zu der Ecke, u. Her Gotschalck Schaff sin bruder. Her Jacob von Luterburc, und Her Wernher von Bobingen.

*, *De utroque* BRVSCH. & BVCEL. *in Catal. silent.*

Und zu eim waren urkunde daz diz war si, und veste u. stete blibe, darumme haben wir .. Grave Cunrat von Vehingen und Vrau Elsbete (*Vxor*) diesen brief mit unsern Insigeln bevestent, die daran hangent. Dirre Brief wart geben nach unsers Herren IHV

13. Martii. XPI geburt [1319] an dem nehesten tage nach S. Gregorien tage des Heil. Babestes.

MENSE *Septembri recognoscit* POPPO *Comes* de Eberstein, *sibi a* Fre CONRADO de Gundelfingen *numeratas esse 700. libras*, *ex pretio castri* Protfeld. *residuas. Aderant:*

WOLFRAMVS *Commendr in* Crautheim. Fr. SCHWICKERVS de Eschenau, *Ord.* S. Ioannis. CONR. de Bremen & WILHELMVS de Steten, *Milites.* HENRICVS Pfaff *de* Aldorf.

Tum

Tum etiam

DIETHERVS de Erenberg, *Commend.* Wirceburgi, & BERTOLDVS de Henneberg, *C.* Norimberge.

CXLV.

„*De eo, quod Dns* CVNO, *dictus* Halber, *dedit no-* „*bis omnia que habuit, in ultima donatione* „*sua.*

1319.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

EGO CVNO Miles, dictus *Halbir*, Castrensis in *Giessin*, omnibus tam presentibus quam futuris quibus presentes exhibite fuerint notum facio, publice recognoscens, quod antiquum fervorem caritatis, quem ego, & quondam HEDEWIGIS conthoralis mea dilecta, ad Religiosos viros Dn. Abbatem & Conventum monasterii de *Arnsburg* - - habuimus, & adhuc habeo, attendens; de ipsorum vicissitudine & mutua dilectione firmiter presumendo, apud ipsos - - - eligens perpetuam mansionem; Ipsis omnia bona mobilia, cuiuscunque sint ponderis, numeri, vel mensure, que in presenti habeo, vel quocunque titulo acquisiero in futurum, & iura ad eadem habita, vel michi debita - -, Donatione inter vivos, facta irrevocabiliter, trado, & in manus Ipsorum pono atque tribuo, ut me, quam diu vixero, de eisdem bonis pascant, & vite necessaria amministrent; Insuper Debita mea, & iniurias per me aliis illatas, quantum se extenderint bona mea iam dicta, solvant & expediant, locis & temporibus oportunis. Et preterea *X.* marce denar. *Wedereubensium* post obitum meum ad Loca pia, per Dn. Abbatem in *Arnsburg* qui p. t. fuerit, quod sue conscientie relinquo, distribuantur, ut ex hoc merces mea apud Altissimum augeatur.

Et quia de bonis meis vivere volo atque pasci, omnem donationem testamentariam seu legatum, propter incumbentem michi egritudinem hoc anno ordinatam, - - - & deputationem Manufidelium ad eandem, presertim cum voluntas hominis in vita ista sit ambulatoria; irrito, revoco & annullo; decernens ipsam nullius existere firmitatis. Salvis tamen legatis predicto monasterio *Arnsburg*, & Altari Scor. *Symonis* & *Iude* Aplor. in Ecclesia *Gizensi* per me constructo, in omnibus memoratis.

In quorum omnium testimonium Sigillum meum ex cer-
22. Oct. ta scientia duxi presentibus appendendum. Datum Anno Domini M CCC XIX. In crastino beatarum *Vndecim milium Virginum.*

NB. HEDEWIG *intus nominata, sive* CVNONIS Halberi *uxor, Litteris aliis indicantibus filia fuit* MACARII Militis *de Linden. Ita quoque Donationi præscriptæ consensum adhibuerunt* HERMANNVS Halber, GODEFRIDVS & HENRICVS *de* Calsmunt.

ANNO 1320. *Iovis post* Vicent. (24. *Ian.*) *Comes* POPPO Eberst., *syngrapha de receptis* 2600. *libris data*, Mergentheimenses *absolvit. Sub testimonio* BERTOLDI de Boltzeshausen *sacerdotis*, FRIDERICI de Lichtental, CONRADI de Bremen, *&* CONRADI de Boltzeshausen *Militum.*

DIE *Iovis post* Vrbani (29. *Maii*) PHILIPPVS de Falckenstein * *senior*, GODEFRIDVS de Bickenbach *senior*, *&* CONRADVS de Bickenbach *iunior*, *una cum Vxoribus suis*, MECHTILDE Hass. SARA de Franckenstein *&* IVTTA de Praumheim, notum fieri *cupiunt*, *quod enata inter ipsos & sacrum Ordinem discordia*, *Centam* Stechenne *concernens*, *delectis submissa Arbitris*,

* *Minzenb.*

[GODFRIDO de Fechenbach & GODFRIDO de Aulenbach *ex parte Dynastarum, Altera:* ZVRICHONE de Steten & ARNOLDO de Saunsheim, *huic* Heilprunnæ, *illo* Mergenthemi, *Commendatoribus*,]

modo sequenti sit decisa. „Daß die Burg und Statt Protselden, Altenprotselden das Dorf, Sulenbach, Breitenbrunn, „das Neuenbuch und das Altenbuch, unser *initio memoratorum* „Zende nit swechen soll.„ *Testes aderant* WALTHERVS de Riedern *Comm.* Prof. *&* Fr. MARQVARDVS de Gostenhoven, *plebanus de* Roelbach.

Ex

Ex appensis Chartæ Sigillis placuit seligere tria. n. VII. VIII. IX.

LVNÆ *ante* Michaelis (23. *Sept.*) *vendunt*, (*iidem qui n. CXLIII.*) *coniuges a* Vehingen, *Administratori Ballivia* Franconicæ, CONRADO *de* Gundelfingen, *Domuique* Protfeld. *ius Patronatus* zu Nidern Protfelden u. Saulenbach. *His adscriptis testibus:*

DIETHERO de Erenberg *Comm.* Heilprunn. WOLFRAMO de Clingenberg. HENRICO de Glatebach. HERTER Milite. (Ritter) VDALRICO vom Stein. POPPONE Zornlin. FRIDERICO de Kuncke. (Edel-Leute.)

CXLVI.

„*De libertate Curie nostre* Enninkeim *ratione Dni* „de Hanowe.

1321.

NOS VLRICVS Dominus *de Hanoyvve*, & AGNES *ex autogr.* conthoralis nostra legitima Omnibus presentibus & futuris cupimus fore notum, recognoscentes publice & expresse; quod nos, ex pacto & tractatu permutacionis seu concambii, inite atque facti cum Religiosis viris, . . Abbate & Conventu . . in *Arnesburg*, super Curia ipsorum in *Ryderin*, quam in nos transtulerunt, salvis omnibus bonis per nos eisdem Religiosis ex lege eiusdem permut. traditis & cambitis, libertamus & eximimus Curiam *ipsorum* in *Enninkeim*, cum singulis bonis & attinenciis eius, ab omni onere, iure debito, & servitute censuum, pensionum, reddituum, exactionum, *precariarum*, hospiciorum, & iurium quorumcunque, quocunque nomine censeantur; sive per nos habitorum, seu aliis infeodatorum a nobis dependencium; in quibus eadem curia *Enninkeim* quondam Patri nostro, seu progenitoribus nostris Dominis *de Hanoywe* & nobis, usque ad tempus prefate permutacionis, [que facta fuit Anno . . MCCCXVIII. circa Natalis Domini,] seu Curie nostre in *Bergin* obligata exstitit & astricta. Renuncian-

tes,

tes, ſollempniter ſtipulando, concordi voluntate & communicatis manibus, pro nobis & noſtris heredibus in perpetuum, omnibus iuribus & ſervitutibus ſupradictis. Promittimus quoque, quod contra premiſſa, quacunque arte, ingenio ſeu colore nullatenus veniemus; ſed pred. Religioſi manebunt in poſſeſſione curie ſue in *Enninkeim* . . exempti & quitati ab omnibus prefatis iuribus . . ſub umbra protectionis noſtre, quam eis ibidem fideliter inpendemus, pacifica & tranquilla. In nos ſumentes onus *precarie* dicte curie *Ennink*. racione prefatorum iurium, de cetero inponende ab hominibus in *Bergin* noſtre curie memorate.

Et ut hec omnia habeant perpetui roboris firmitatem, . . Litteras - - - tradidimus, ſub noſtris Sigillis firmiter communitas. Preſentibus teſtibus, CVNRADO de *Muſchinheim*, DILMANNO de *Dorveldin* Caſtrenſi noſtro, EPPECHINO Sculteto noſtro in *Babinhuſin*, Militibus. HAPPELONE, in *Woneckin*, & dicto *Nutzcher*, in *Hanoywe*, Advocatis noſtris. Et aliis pluribus fide dignis.

Datum Anno Domini M CCC XXI, feria ſecunda poſt Dominicam qua cantatur *Iubilate*.

Curte RIDERN *ſuprad. remuneravit olim Imp.* HENRICVS VI *coniuges* WOLFRAMVM *Schultetum* Francf. & PAVLINAM. *Ab his oblata Cœnobio* Aulisburg, *ceſſit dein* Arnsburgenſi. *Tandem permutatione ſiç facta, Domui* Hanovicæ, *V. dipl. R.* Frid. II. *de* an. 1216. T. II, p. 31. & *Nota p. 33. ſubiuncta.*

CXLVII.

1321.

VNIVERSIS — — —, quod nos METHILDIS, ELISABETH & HEDWIGIS, ſorores germane, filie quondam GODFRIDI *Leſchen* Militis, ſanctimoniales in Clauſtro *Werberg*, * — — — concorditer & pari conſenſu vendidimus - - Religioſis viris, Commendatori - - - apud *Marburg* tres modios ſiliginis, videlicet ex bonis Parentum noſtrorum,

* *Huius incunabula* T. I, p. 189.

rum, sitis in *Nunheim*, quos nobis dare tenebantur de iure, & nobis viventibus persolvere annuatim specialiter promiserunt; quibus in his scriptis bona voluntate simul & semel renunciamus. In cuius rei testimonium & robur - - dedimus hanc Litteram, sigillo nostri Conventus firmiter communitam. - - - Anno Domini M CCC XXI, in die *B. Bartholomei* Apostoli.

CXLVIII.

1322.

NOVERINT universi presentium inspectores - - -, quod nos ALHEIDIS Magistra, totusque Conventus sanctimonialium Ord. *Premonstr.* † in *Dorlor*, * Elemosinam quam GODFRIDVS *Lesche* Miles, & BENEDICTA uxor eius legitima *fel. mem.* nobis de Curia sua in *Nunheim* legaverunt, in Religiosos viros Commendatorem & *FF.* domus *Theut.* prope *Marburg*, nec non HERMANNVM *Lesche*, Militem de *Clyperg*, & suos heredes cum omni suo iure transtulimus & transferimus per presentes, perpetuo habendam pacifice & quiete. - - - Datum Anno .. MCCCXXII, in die *S. Marci* Evangeliste.

† *Secularisatione dudum deperiit.*

* *Non procul* Wezlaria *distans.*

CXLIX.

„*Emptio bonorum in* Morle, *quam fecit inclyta* „*Dna* A. *de* N.

1323.

VNIVERSIS tam presentibus quam futuris Xpi fidelibus Nos AGNES Relicta quondam IOHANNIS Burggravii *in Nurnberg* volumus esse notum, quod quedam certa Bona, existentia in agris terre arabilis, sita in terminis

ville *Morle*, que noſtra pecunia, videl. *LV*. marcis denar. monete uſualis erga fratres carnales, dictos *Halber* de *Wonecke*, iuſto emptionis titulo - - comparavimus, Religioſis . . *C*. & *FFbus* - - apud *Marpurg*, propter Deum pure, & ob ſalutem nec non remedium animarum *p.m.* Dni HENRICI Lantgravii, Terre *Haſſie* Domini, atque Dne METHILDIS Collateralium parentum noſtrorum, & noſtram, Donatione perfecta inter vivos, irrevocabilique, ad *pictantiam* dedimus & donavimus, - - - Hac adiecta conditione, quod Magiſter pictantiarum - - - nobis *VII*. maldra ſiliginis menſure *Wetſlar*. in feſto B. *Michaelis* ſingulis annis preſentet quam diu vixerimus, & miniſtret; poſt obitum vero noſtrum Magiſter . . prefatus dicta *VII*. maldra: tria cum dimidio in Anniverſario Parentum noſtrorum . ., & totidem in anniv. noſtro, *Fratribus* ad pictantiam dabit & miniſtrabit, ut Anniverſaria ſive Memorie - - - bis in anno - - - cum Vigiliis & Miſſis, candelis, compulſationibus, & aliis ſolenniter peragantur; & pro Ipſis, nec non pro nobis inſiſtant ſedulis interceſſionibus apud Deum. Dantes ipſis - - - has Litteras, noſtri Sigilli appenſione roboratas.

Datum Anno Domini *M CCC vigeſimo tertio*, XIII. Kal. Iulii.

CL.

„*Forma Commemorationis Dni* BALDVINI - - *&*
„*ſuorum Progenitorum.*

1323.

VNIVERSIS - - - Xpi fidelibus Nos Commend. & *FF*. Ordinis *Teutonicorum* Domus de *Marpurg*. Mog. dioc. volumus eſſe notum, quod Reverendus in *Xpo Pater*, Dns BALDVINVS, *Dei gratia ſancte* Treverenſis *Eccleſie Archiepiſcopus*, *ſacri Imperii per Galliam Archicancellarius*, nobis noſtreque Domui . . Monaſterium *Schiffenburg* Trev. dioc., quod

quod Canonicis regebatur Regularibus, cum suis Bonis & iuribus, ex causis legitimis atque piis donavit, subiecit, pariter & univit; * Sex marcarum argenti ad pondus *Trever.* singulis annis in crastino *B. Martini* hyemalis, infra *Confluentiam* in Curia dicti *R. Patris* ibidem pensione, sibi suisque Successoribus reservata; Tandem dictus *R. P.* conditionem attendens humanam, & qualiter omni creature, tam sublimi quam humili, pretereuntibus suo cursu diebus vite presentis finis appareat, & quod diem messionis extreme conveniat misericordie operibus prevenire; quodque devotarum orationum suffragia inter alia pietatis opera multum prosint ad misericordiam impetrandam; de dictis *VI.* marcis argenti liberalitatem nobis faciendam esse decrevit, ut ob salutem & remedium animarum recolende memorie Illustris Principis Dni HENRICI Rom. Imp. fratris germani *R. P.* antedicti, Domine . . MARGARETHE, . . Collateralium; nec non Dni HENRICI & BEATRICIS parentum eius, suorumque progenitorum Comitum *Luzenburgensium*; & predecessorum suorum AEpor. *Trev.* singulis annis - - - - Anniversarium sive Memoriam - - - solenniter peragamus. — — — ——

* *conf. T. III. p. 1016.*

In cuius rei testimonium - - - Sigillum nostrum - - -, una cum Sigillo Religiosi viri Dni CAROLI, Ordinis nostri Generalis Magistri - - rogavimus apponi. - - - Datum Anno . . MCCCXXIII, in vigilia Festi *Assumpt. B. M. V.* *14. Aug.*

CLI.

[Connexa cum N. 148. & 147.]

1323.

NOS ECKEHARDVS Prepositus, ODEGEBA Magistra, totusque Conventus Sanctimonialium Ord. *S. Augustini* in *Werberg*, Recognoscimus publice presentium per tenorem, quod HEDWIGIS, METHILDIS & ELISABETH sorores, filie quondam BENEDICTE *Leschen*, nostre

conventuales, manumiserunt, & in presentibus manumittunt & resignant unanimiter, Pensionem trium modiorum siliginis *Wetfl.* mensure annue solutionis, que pensio sibi de quadam curia sita in villa *Nuwenheim* hactenus post obitum matris sue *Benedicte* . . cessit pleno iure. Renunciantes omni iuri ipsis competituro in bonis supradictis.

In cuius rei testimonium & fidem pleniorem, Sigillum nostri Conventus - - est appensum. Datum Anno Domini MCCCXXIII. X. Kal. Septembris. 23. Aug.

CLII.

Fundatio Refectionis Infirmorum, facta per AGNETEM, *ortu Landgraviam.*

1324.

NOS AGNES, Relicta quondam IOHANNIS Burggravii *de Nurnberg*, Recognoscimus & ad universorum notitiam volumus pervenire; quod pro salute ac remedio anime nostre & Parentum nostrorum, nec non ob honorem Omnipotentis DEI, Gloriose Matris sue Virginis MARIE, & B. ELISABETH, dedimus & damus, donavimus presentibus & donamus, pure, libere & irrevocabiliter inter vivos, Provisori hospitalis Infirmorum *S. Francisci* apud *Marpurg*, sub regimine Commendatoris & *Fratrum* domus *Theut.* ibidem existentis, - - - atque ipsis Infirmis in ipso Hospitali decumbentibus, Domum nostram cum fundo & area, sitam iuxta domum der Wurstenbindlin Kinder, ex opposito der Schinbeinin Kinder, cuius aream erga IOHANNEM *Rietesel* Militem emeramus - -, de qua singulis annis in festo *B. Martini* nomine pensionis aut annui Census prefato Provisori *V.* solidi denar. *Marb.* solvebantur, quos & nos ipsi annis singulis Festo tenebamur solvere prenotato; solo nobis in dicta domo usufructu quam diu vixerimus reservato. Ita videlicet, quod cum iubente Domino diem clauserimus extremum, medietas

dietas Censůs cedentis de d. domo, in anniversario obitus recol. mem. Dni HENRICI Lantgravii Terre *Hassie*, ac METHILDIS ipsius conthoralis parentum nostrorum, & reliqua dimidietas . . in anniversario obitus Nostri, pro refectione & consolatione speciali, Infirmis tunc in ipso Hospitali decumbentibus ministrentur.

In cuius rei evidentiam firmiorem, predº Provisori ac Hospitali . . damus . . presentem Litteram, Sigillorum, Venerabilis Dni LVDEWICI *Monaster.* Episcopi, ac Illustris Viri Dni OTTONIS Lantgravii - -, & Nostri, munimine sigillatam in testimonium validum de prescriptis. Datum Anno . . MCCC XXIIII, in crastino *Lucie* virginis. *14. Decemb.*

CLIII.

„*Donatio quinque Mansorum nemoris, dicti* „ Wiseckerwalt.

1325.

NOS OTTO *Dei gratia Lantgravius, Terre* Hassie *Dominus*, una cum Illustri ALHEIDE coniuge nostra, universos & singulos Xpi fideles scire cupimus notitiam subscriptorum. DEVS, qui virtute verbi universa condidit, & qui nobis ubertatem bonorum temporalium misericorditer est largitus; Ipse etiam sui Spiritus gratiam, inter vanitates huius seculi appetere nostra corda docuit sempiternam.

Igitur Magnificorum & devotorum Principum predecessorum nostrorum, qui Ordinem *Fratrum* domus Theutonice Hospitalis S. MARIE *Hierosol.* ex principatibus & dominiis terrarum suarum, possessionibus, bonis, rebus, ac aliis elemosinarum muneribus multipliciter & hilariter ditaverunt, nec non favoribus, honoribus, & effectivis promotionum utilitatibus sollemniter exaltarunt, dignum duximus piis vestigiis inherere,

 In-

Insignia beatitudinis *merita* sanctissime ELISABETH, quondam Lantgravie *Thuringie* Atave nostre, que primo incepit possessiones *Fratrum* d. Ordinis, sicut hodierna die *Marpurg* cernitur, suis facultatibus ampliare, in quantum possumus humiliter venerantes, *Fratribus* eiusdem Ordinis in monte & monasterio *Schiffenburg* degentibus, quinque Mansos nemoris nostri, dicti *Wiseckerwalt*, contiguos molendino ipsorum quod est prope d. montem *Schiffenberg* situm, pro parte nostra, eo quod habemus eiusdem nemoris coheredes, novandos, colendos & perpetue possidendos contulimus, & hilariter conferimus per presentes, in usus universales Monasterii supradicti; nichil nobis iuris vel facti in eisdem mansis penitus reservantes. Sane tamen, quod a modo, & deinceps singulis annis in vigilia Apost. *Petri* & *Pauli*, in qua per nos hec Elemosina est collata, *Fratres* - - - pro salute nostra, quam diu vita fungimur, dummodo Divina ibidem interdicta seu suspensa non fuerint, in mane Missam *Salus populi* exultantibus animis celebrent & decantent. Quibus eodem die due libre *Hall.* de predictis *V.* marcis, specialiter pro vino & piscibus, Commendator . . ministrabit; nobis vero defunctis, in Anniversariis nostris Vigilie & Misse Defunctorum, in remedium animarum nostrarum - - - cum pia & intima devotione studeant decantare; in quibus tunc pred. due libre *Hall.* eisdem *Fratribus* pro *pictancia* debent cum omni promptitudine ministrari. Sperantes in Domino, per hanc Elemosinam salutem nostram auxisse in presenti, & similiter in futuro.

Datum in *Aldenburg*, per manus NICOLAI Protonotarii nostri, sub appensione nostri Sigilli maioris. Anno Domini M CCC XXV, in vig. *P.* & *P.* *Fratre* CUNONE de *Dollendorf*, quem speciali amore prosequimur, sicut per exhibitionem nostri operis & muneris bene patet, Commendatore in *Marpurg* his temporibus in bono regimine existente.

CLIV.

CLIV.

De præsentatione ad Ecclesiam in Wisbaden.

1326.

NOS *Soror* ELIZABETH Abbatissa, & totus Conventus sanctimonialium . . in *Disendal* Ord. *Cist.* Ad memoriam presentium & futurorum - - - volumus pervenire, quod vacante ad presens Ecclesia parochiali in *Wisebaden*, cuius Ius patronatus ad nos, nec non Commendatorem & *FF.* domus *Maguntine* in solidum [ita tamen ut alternis vicibus - - - presentare possimus] pertinere dinoscitur, de nostra bona & expressa voluntate & assensu procedit, tum ad rogatum Nobilis viri Dni GERLACI Comitis *de Nassauwia*, tum eciam quia ex hoc utilitatem & recuperacionem distractorum & occupatorum Bonorum eiusdem ecclesie apud varias personas verisimiliter speramus; quod idem Commend. & *FF.* ad quos hac vice presentare personam ex dicta alternacione pertinet, HEINRICVM Clericum, natum HEINRICI Sculteti in *Wisebaden*, sine nostro preiudicio & lesione conscientiarum, ad presens in minoribus ordinibus constitutum, presentent, investiendum ecclesia de eadem. Renunciantes ex nunc omni Pene applicacioni seu acquisicioni, que nobis ex presentacione eiusdem persone hac vice, ex sententia arbitrali, * seu quacunque alia ordinacione posset competere quoquo modo. Volumus tamen, quod, quociens post hac vice eandem ecclesiam vacare contigerit; inter nos mutuo de presentandis personis observetur ordinacio & disposicio; & sub penis per omnia prout inter nos . . extitit & est diffinitum.

* n. 81.

In cuius rei testimonium has Litteras, nostro Sigillo pendente munitas, dictis Commend. & FF^bus tribuimus in evidentem & perpetuam firmitatem. Datum Anno Domini M CCC XXVI, quarto Idus Maii.

CLV.

CLV.

Mariani FF., *Canonicis Regularibus in* Schiffenberg *nuper suffecti, ditantur VIII. mansis.*

1326.

NOS LVTHERVS Dominus *in Ysenburg*, & ISENGARDIS, conthoralis nostra legitima; Considerantes quod nichil Morte certius, nihil autem vita incertius; cupientes igitur incertam certe mortis horam maturo consilio & salubri remedio, quantum possibile est, previdere; pari consensu, & matura deliberatione inter nos habita, ob nostrarum animarum, nostrorumque progenitorum remedium facere ea decernimus & fieri volumus, que sequuntur. Videlicet, quod Religiosis viris, . . . *Fratribus* domus *Theutonice* monasterii in *Schiffenburg*, nostram partem octo Mansorum in sylva . . *Wiseckerwalt*, prope molendinum dictum Hedwigs Muhle sitorum, pure propter Deum donavimus, & donamus per presentes. Ita videlicet, quod post amborum nostrorum obitum, Anniversarium nostrum in d. monasterio singulis annis, Vigiliis & Missa in perpetuum sollemniter peragere debebunt, quemadmodum est consuetum. Et quivis mansorum XX. iugera debet obtinere.

Preterea Donationem, per Illustrem Principem Dnm OTTONEM Lantgravium Terre *Hassie* Dominum, nec non Nobilem virum HARTRADVM Dominum *in Merenberg* alias etiam factam, * & alios Dominos in eisdem VIII. mansis partem seu ius habentes, † approbamus & ratificamus . .

* cum Ellis. Com. 1323.

† T. III. p. 1204.

In cuius donationis nostre testimonium Sigillum nostrum LVTHERI de *Ysenburg* predicti presentibus duximus appendendum, quo nos ISENGARDIS contentamur. Datum Anno Domini MCCCXXVI, in crastino beati *Martini* Episcopi. XI. Nov.

CLVI.

CLVI.

„*Compromiſſio in Arbitros, ratione Bonorum* „*noſtrorum in* Gulle.

1327.

EGO ARNOLDVS de *Gambach* Magiſter Conſulum in *Marpurg*, & ego BERNHARDVS Scriptor, recognoſcimus publice per preſentes, quod Anno Domini *MCCCXXVII*, ipſa Dominica *Quaſimodog.* conſtituti in noſtra preſencia & aliorum ſubſcriptorum, ARNOLDVS & HERMANNVS fratres carnales, dicti *de Hobenfels*, Armigeri ex parte una, -- HARTMANNVS de *Linden* & .. HERMANNVS *Schudewerfel* Conventuales in *Arnsburg*, nomine Abbatis & Conventus ibidem -- parte ex altera, ſuper Lite & diſcordia .. que inter ipſos vertebatur ex parte cuiusdam *Curialitatis*, faciende ipſis *Arnoldo* & *Hermanno* ex parte Bonorum in *Dorfgulle* & curie in *Amelburg* ut aſſerebant; in nos, tanquam in Arbitros ---- compromiſerunt ſimpliciter & preciſe; Ita ſane, quod, quidquid inter ipſas Partes ordinaremus, ſtatueremus, aut pronunciaremus in Iure, iuris etiam ordine obſervato vel non, quod hoc deberet habere pleni roboris firmitatem; & hoc promiſerunt ſe --- inviolabiliter .. perpetuo ſervaturos.

Et nos, in nos propter bonum pacis & concordie, & ob preces ipſarum Partium ſponte recepto arbitrio, cognitis & cum diligentia ſciſcitatis meritis cauſe partis utriusque; perlectis Litteris, & auditis atteſtacionibus d. Abbatis & Conventus, & ex confeſſionibus ipſorum *Arnoldi* & *Hermanni* ---; communicato ad hoc Diſcretorum conſilio, auctoritate arbitraria --- pronunciamus hoc modo in ſcriptis,

> *Ipſos .. Armigeros in prenominatis bonis, aut curialitate ut aſſerebant de eisdem bonis facienda, penitus nullum ius habere, aut eis poſſe competere .. ullo modo. Abſolventes* [Conventum] *omnino ab ipſorum Armigerorum inpeticione*

ticione ampliori, ipsisque perpetuum silentium imponentes. Addentes in Penam specialem ipsis Armigeris, sicut in se sponte elegerunt; si Ipsi, aut alter ipsorum iam dictam pronunciacionem nostram infringerent, aut infregerit, ipsammet violando, tamquam infames Violatores sue fidei sint habendi.

In cuius rei evidentiam pleniorem nos Arbitri prenotati damus - - presentem Litteram; sigillo Vniversitatis in *Marpurg* - - - - sigillatam. Testes huius pronunt. sunt HARTMANNVS Capellanus, HARTMANNVS eius Cognatus. ERNESTVS *Monetarius*, HENRICVS de *Aquila*, Scabini in *Marpurg*. HERMANNVS Notarius, & quam plures alii fide digni. Datum die quo supra.

CLVII.

„ *Donatio Petrifodine.* „

1328.

NOS OTTO *Dei gratia Terre* Hassie *Landgravius* profitemur, quod de consensu Heredum nostrorum, Religiosis . . Commend. ceterisque *FF^bus* - - - *Marpurg*, ad instantiam *Fr.* GOBELONIS de *Stedebach* Secretarii nostri & Devoti, unam foveam in qua lapides tectuales iam fodiuntur & franguntur, sitam apud indaginem castri nostri *Blanckenstein*, dedimus favorabiliter & liberaliter, atque damus ipsis, suis & dicte Domui usibus perpetuo possidendam. Testimonio presentium Litterarum, quibus nostrum Sigillum in premissorum certitudinem est appensum.

31. Decemb. Datum Anno Domini MCCCXXVIII, in die *B. Sylvestri* Pape.

CLVIII.

CLVIII.

„*De Bonis in* Nydercleen. „

1329.

NOS *Soror* GERDRVDIS Abbatiſſa, totusque Conventus monialium . . *Fontis S. Marie* Ord. *Cyſt.* Mogunt. dioc. Recognoſcimus & preſentibus publice profitemur, quod conſenſu mutuo & unanimi voluntate, accedente etiam conſenſu Dni Abbatis . . in *Arnsburg* Preceptoris & Superioris noſtri, vendidimus & vendimus pro evidenti neceſſitate dicti noſtri Monaſterii - - -, mere proprietatis tytulo in his ſcriptis, Honeſte matrone, Dne HILDEGVNDI, relicte quondam GERLACI *Madirſele* Scabini *Wetſlar.* & ſuis heredibus quos in heredes eligendos duxerit & conſtituendos, Bona noſtra ſita in villa *Nidern Cleen* & terminis ibidem univerſa, que nunc colit & poſſidet CVNRADVS *Swab*, in agris pratis paſcuis, nemoribus, & rebus ac iuribus aliis quibuscunque conſiſtentia, & quocunque tytulo nuncupatis, poſſidenda & habenda in perpetuum, cum omni iure & dominio, nobis - - - competentibus; quibus . . renunciamus ſimpliciter & preciſe; & in pred. *Hildegundim* & ſuos heredes liberaliter transferimus Litteras per preſentes, pro Nonaginta & octo marcis bonorum & uſualium denariorum, nobis - - - numeratis, traditis & pagatis penitus, quos in uſus . . noſtri monaſterii convertiſſe dinoſcimur oportunos.

In quorum omnium teſtimonium & robur, dedimus eidem *Hildegundi* has litteras, Sigillo noſtri Conventus una cum ſigillo Dni Abbatis in *Arnsburg* . ., noſtris precibus firmiter communitas. Nos vero Abbas — — — Datum . . Anno Domini M CCC XXIX, in die Exaltacionis ſancte Crucis precioſe. *14. Sept.*

Anno 1329. *d.* Martini LVDOVICVS *ſenior*, *Comes a* Rieneck, *dictus de* Grünsfeld, *eiusque Coniux* ELISABET Hohloica, *cedunt Ordini ius*, *quod ipſis competebat circa*

Homines in Protfelden, Neuenbuch, Faulenbach *&* Breitenbrunn; *eos tradentes* ZURICHONI *de* Steten *Magistro per Germaniam. Actui interfuere* RUDOLFUS *de* Wertheim *Commend.* Wirceburgi, HENRICUS *de* Heimburg, Norimbergæ, CONRADUS Krebsberger, Protfeldæ; *porro* DIEMARUS de Rieneck, *&* BERTOLDUS Hundelin *de* Grünsfeld.

CLIX.

Proeo, quod Archiepiscopatus Mogunt. *Provisor* BALDUINUS, *in tutelam recepit Domos* Mergenth. Brotfelden Neuenbrunn *&* Argeshoven; WOLFRAMUS de Nellenburg *Magister Ordinis*, *& Commendator* WALTHERUS Rezz *una cum reliquo* Fratrum *cœtu spondent*, LXXX *libras Hall.* Mogunt. *Ecclesiæ quotannis in æviternum pendendas.*

1333.

ex autogr. Wir **Bruder Wolfram von Nellenburg**, Gebieder des Dutschen Ordens zu Dutschen Landen, Und Bruder **Walther**, genant der **Rezze**, Commentur des selben Ordens dun kunt allen Luden, sint (seit) daz der Erwerdige in Gode Vater u. Herre, unser Herre Erzbischof **Baldewin**, Phleger u. Beschirmer des Stieftes zu **Mentze**, durch Got u. des Romeschen Riches, und unser **Bruder** bedde, den Commentur u. unser Dutschen **Brudere** der Huser zu **Mergentheym**, **Brotfel**, zum **Nuwenbrun**, u. **Argeshoven**, Und dieselben .. Huser, unser Lude, und alles unser Gut daz darzu gehoret, in sinen u. des Stieftes zu **Mentze** schirm, mit willen u. verhengnisse des Capitels zu **Mentze** ewigclichen genomen hait, Sie u. ir Gute zu beschirmene wider alle, die En (Ihnen) unrecht teden, ane wider daz Riche, zu aller ire vriheyt, und zu allem irme Rechten, als ander des Stieftes von **Mentze**;

Darumb

Darumb so han wir globet, u. globen an dieseme Brive mit gutem raite u. willen unser Erbern Wisen brudern, dem vorgen. Ertzebischove, sinen Nachkomen u. dem St. zu M. alle Jar zu gebene, ewigelichen Achtzig phunt Haller, genge u. giftiger; die sullen wir sinem Amptmanne zu Bischovesheym - - -, halb uf Sencte Mertins dag, und halb uf S. Walpurge dag antwurten u. reichen. Und die han wir Yme bewiset uf unserm Hove zu . .rn * obwendig Grunsfelt, und uf allen den Guten u. nutzen die darzu gehorent. * illegib.

Und des zu einem ewigen Urkunde u. stedicheyt han wir alle beyde unser Ingesigele an disen Brief gehangen. Der gegeben ist, da man zalte nach Cristus geburte Dritzenhundert Jar, und darnach in deme drie und drizzegesten iare, des nehesten Mandages vor S. Margarethen dage der heilgen Jungfroywen. 12. Iul.

CLX.

„*Compositio & ordinatio super duobus Mansis.*„

1333.

NOS FRIDERICVS Dominus *in Heldrungen*, ALBERTVS & FRIDERICVS, filii nostri dilecti: Recognoscimus presentium per tenorem, quod constituti coram nobis THEODER. de *Raspenberg*, quondam Castellanus in *Bicblingen*, ex parte una, nec non *Fr.* BERTHOLDVS de *Elxleiben* Commendator . . in *Grifstet*, & *Fr.* HENRICVS de *Blicherode* ex parte . . NICOLAI de *Bicblingen*, Commendatoris in *Erfordia* & suorum *Fratrum*, ex alia, super questione duorum Mansorum terre arabilis in pago ville *Rutenstete* sitorum; una Curia, pratis, salictis - - ibidem; que quondam *Theoder.* ex successione paterna iure hereditario sibi competere dicebat, &, quod frater suus HENRICVS de *Raspenberg* Miles prefata bona ERNESTO de *Reveningen* militi vendidit, se nescire, nec unquam resignasse, per iuramentum as-

ſerebat; Verum poſt diſceptationem diutinam a Partibus hinc inde factam, licet prelibatus *Fr. Nicolaus* de *Bicblingen* Com. *Erf.* & ſui *FF.* octo annis continuis dicta bona pacifice poſſederint & quiete, prout in Litteris ſuis deſuper confectis lucidius continetur;

Nos propter bonum pacis & concordie predictos compoſuimus & concordavimus in hunc modum; videlicet, quod d. TH. de *Raſpenberg* & ſui heredes renunciarunt - - omni iuri . ., ſi quod in dictis bonis habere, vel ſibi competere videbatur. — — — Ipſe vero *F. Nicolaus* - - prelibato *Theoderico* quatuor marcas *Northuſenſis* argenti, in feſto Nativ. Domini proxime venturo, in ſignum pacis & concordie miniſtrabit.

In cuius rei evidentiam & robur preſentes Litteras ad preces Partium dedimus, Sigillo noſtro communitas. Teſtes huius ſunt IOHANNES de *Trebere*, VLRICVS *Hircus** Milites. THEOD. de *Raſpenberg* Caſtellanus in *Heldrungen*, & quam plures alii fide digni.

* *Bock.*

12. Dec. Datum & actum Anno . . MCCCXXXIII, Dominica proxima ante diem B. *Lucie*.

CLXI.

1337.

ex autogr. NOS ELIZABETH Abbatiſſa, totusque Conventus Monialium in *Kaldern* Ord. *Ciſterc.* Preſentibus profitemur, quod matura deliberacione prehabita, & unanimi conſenſu vendidimus - - - - Abbati & Conv. in *Arnsburg* bona noſtra, ſeu partem bonorum in *Girmeſſe*, cum omni iure quo ad nos ſpectabant, in quibus - - - hactenus noſtri fuerant coheredes, pro XIIII marcis denar. *Colon.* nobis traditis & perſolutis, ad habenda & poſſidenda perpetuo pacifice & quiete; quam quidem pecuniam in uſus noſtri Cenobii recognoſcimus convertiſſe. Dantes ſuper eo in teſtimonium - - - preſentem Litteram Sigillo noſtro, & ſigillis Strenuorum Militum,

litum, RVDOLFI *Schurensloz* & HEINRICI *Zolner* patencius sigillatam.

Datum Anno . . MCCCXXXVII, feria quinta post Dominicam *Reminiscere*. *10. Mart.*

CLXII.

S. P. Q. MOGVNT. *concedit* Wolframo *de* Nellenburg, *Magistro*, *&* *Domus* Mog. Fratribus *plateam ad Vrbis mœnia, libero ipsorum usui applicandam.*

1339.

Wir die **Burgermeister**, **Rad**, und die **Burger** gemeinlichen der Stat zu **Mentze** veriehen u. bekennen - - -, daſ wir dem Erwirdigen u. Geiſtlichen Herren, **Bruder Wolframe von Nellenburg**, Oberſten Meiſter Dutſches Ordens in Dutſchen Lande, ſime Orden, und dem Dutſchen Huſe das by unſ u. in unſer Stat zu Mentze gelegen iſt; umb ſoliche furdernutze, und nutzberliche Dienſte als Er uns u. unſer Stat getruwelichen gethan u. bewiſet hat, und noch furbaß getun mag; die **Gaſſe**, die gelegen iſt zuſchen **Jacobs Perpelers** ſeligen Hove, und hindene an dem Dutſchen Huſe; dieſelbe gaſſe hie oben aneget gein dem Hofe zum **Rumplen**, bis niden uß uf das **Ort** * desſelben Perpelers hove gein unſer Statte ringmuren, und nit verrer, demſelben Bruder **Wolfframe**, dem dutſchen Huſe in unſer vorgen. St. zu Mentze u. irme Orden aller dinge geboden haben; und geben ſie an diſem Briefe eweclichen zu beſitzen; by den Furworten daſ Sie furbaß, nur dieſelbe Gaſſe, nach irme willen verbuwen mogent; Und mogent auch daby dun u. laſſen, keren u. wenden alles das, das ſie beduncket daſ In erlichen u. nutzlichen ſy; und wir ſie daran nit irren noch hindern ſoln. On alle geverde.

* Ort: *significat* Eck, *angulum; inde* Orthaus; *idem quod* Eckhaus. *Domus angularis.*

So

So geben wir dem egen. Bruder Wolfframe u. sime Orden diesen Brief, besigelt mit unser Stette Ingesigel, und auch mit der Gemeinde Ingesiegel, die beide heran hangent. Geben nach Cristus geburte Druzehen hundirt Jare, in dem Nun und driſſigiſten iare, an dem Fritage nach dem Achzehende dage, den man nennet Octava Epiphanie Domini.

CLXIII.

„*De gratia Dni Abbatis -- possumus habere XXVIII* „*mansos, in terminis* Hohungen *& villis* „*adiacentibus.*„

1345.

ex autogr. Nos Iohannes Dei gratia Abbas, Henricus Decanus, totusque Conventus Ecclesie *Hersfeldensis*, omnibus in perpetuum. Tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, publice recognoscentes, quod nos Religiosos viros Abbatem & Conventum monasterii in *Arnsburg* - -, Confratres nostros spirituales Karissimos pleno dilectionis affectu devocius amplectentes, & pro eorum profectu amplificando sollercius intendentes, liberalitate largiflua, sollempni inter nos tractatu habito super eo omnium Prelatorum nostrorum, concedimus, permittimus, elargimur, & unanimiter consentimus, ut iidem Religiosi - - - *XXVIII* mansos in terminis iurisdictionis nostre *Hohungen*, & aliarum villarum ad eandem iurisdictionem pertinencium, cum omnibus suis attinenciis possint & valeant habere, & quocunque titulo acquirere, & eos in perpetuum pacifice retinere. Ita sane, quod de dictis Mansis curias allodiales, per suos confratres vel servos proprios colendas, non faciant, sed dictos mansos divisim, per colonos rusticos, presertim homines Ecclesie nostre, si conpetenter haberi possunt, colant & disponant; ac nobis & Ecclesie nostre predicte, seu aliis ecclesiis nobis subiectis de eisdem

eisdem mansis solvant & expediant eosdem Census & iura, qui de ipsis ab antiquo solvi & expediri hactenus sunt consueti. Hanc autem concessionem, & indulgentiam gratie singularis, ad bona feodalia - - - - extendi nequaquam volumus, quocunque ingenio sive arte.

